116

30c4

DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

…OMILY FOR RE-
…and keeping cleane, and comely
…*dorning of Churches.*

IT is a common cuſtom vſed of all men, when they intend to haue their friends or neighbours to come to their houſes to eate or drinke with them, or to haue any ſolemne aſſembly to treat and talke of any matter, they will haue their houſes, which they keepe in continuall reparations, to be cleane and fine, leſt they ſhould be counted ſluttiſh, or little to regard their friends & neighbours. How much more then ought the Houſe of GOD, which wee commonly call the Church, to be ſufficiently repaired in all …rably adorned and garniſhed, and to be kept cleane …rt of the people that ſhall reſort thereunto: …holy Scripture, how GODS Houſe, which …emple, and was the mother Church of all Jewry, …ay, and was oftentimes prophaned and defiled, … and vngodlineſſe of ſuch as had the charge there… …kings and Gouernours were in place, then com… …forthwith, that the Church and Temple of …ayred, and the deuotion of the people to bee gathe… …the ſame. Wee reade in the fourth booke of th… …oas, being a godly Prince, gaue commandement… …certaine offrings of the people, towards … …of Gods Temple…

4 Kings 22.

gently and zealouſly goe about to amend and reſtore ſuch plac
appoynted for the Congregation of GODS people to reſort vn
wherein they humbly and ioyntly render thanks to GOD for h
fits,and with one heart and voyce prayſe his holy Name. Third
was ſore diſpleaſed with his people, becauſe they builded, deck
trimmed vp their owne houſes,and ſuffered GODS Houſe t
ruine and decay, to lye vncomely and fulſomely. Wherefore G
ſore grieued with them, and plagued them, as appeareth in the P
Agge 1. Aggeus: Thus ſayth the Lord, Is it time for you to dwell in you
houſes, and the Lords Houſe not regarded? Yee haue ſowe
and gathered in but little, your meat and your clothes haue neyth
you, nor made you warme, and he that had his wages, put it
tomeleſſe purſe. By theſe plagues which God layd vpon his pe
neglecting of his Temple, it may euidently appeare,that God w
his Temple,his Church, the place where his Congregation ſha
to magnifie him,well edified,well repayred,and well maintained.
neyther regarding godlineſſe,nor the place of godly exerciſe,will ſ
Temple in the old Law was commanded to bee built and repa
GOD himſelfe, becauſe it had great promiſes annexed vnto it
cauſe it was a figure, a Sacrament, or a ſignification of Chriſt,
of his Church. To this may bee eaſily anſwered; Firſt, that o
ches are not deſtitute of promiſes, foraſmuch as our Sauiou
ſayth, Where two or three are gathered together in my Name,
I in the middeſt among them. A great number therefore com
Church together in the Name of Chriſt,haue there, that is to ſa
Church,their God and Sauiour Chriſt Ieſus preſent among
gregation of his faythfull people,by his grace, by his fauour a
aſſiſtance,according to his moſt aſſured and comfortable promiſe
then ought not Chriſtian people to build them Temples and C
hauing as great promiſes of the preſence of GOD,as euer had
for the materiall Temple which hee did build? As touching t
poynt,that Salomons Temple was a figure of Chriſt: wee know t
in the time of the cleare light of Chriſt Ieſus the Sonne of GO
ſhadowes, figures, and ſignifications are vtterly gone, all vaine
profitable ceremonies, both Iewiſh and Heatheniſh,fully aboliſh
herefore our Churches are not ſet vp for figures, and ſignific
eſſias and Chriſt to come, but for other godly and neceſſary pu
to ſay, That like as euery man hath his owne houſe t
himſelfe in,to reſt in,with ſuch like commodities: So
will haue his Houſe and place whither the whole

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ
βιβλία τρία.

ARISTOTELIS
de Rhetorica ſeu arte Dicendi Libri tres, *Græcolat.*

Contextu Græco, ad *exemplaria ſelectiora* emendato;

Latino, *Paraphraſi*, vbi opus, intertexto;

Vtroque, etiam *in Particulas* diſtincto.

Margini Interiori, adſcriptis *locis Authoris*, ex ipſo citatis, vel ἐκ παραλλήλου ſimilibus;

Exteriori, adpoſitâ *Analyticâ Methodo:* cuius *Tabulæ Synopticæ*, in ſua loca diſtributæ.

LONDINI
Typis EDUARDI GRIFFINI,
cIↄ. Iↄc. XIX.


Hæc olim Vates ARMA VIRVMQVE canent.

Th. R.
A717 R
24

Ad Sereniſsimum

CAROLVM
MAGNÆ BRITANNIÆ
PRINCIPEM.

PEripatetica olìm Diſciplina, quùm primò floreſceret, Macedonicũ illum Iuvenem, orbi Magnum exhibuit : Ea iàm, vetuſtate penè collapſa, ad Tuam, *Carole* Princeps, Magnitudinem confugit, cuius, tanquàm benigni Solis calore fota reuireſcat. Quo clementiùs dignabere, opuſculum hoc conſpectu beare tuo ; eiúſque Authorem, principem philoſophorum, veteri quaſi ſqualore excuſſo, in Satellitij Tui Gratiam admittere : non qui Te quicquam inſtitutis imbuat novis, ſed quò Principes

doceat exteros, quantis Tu illos, & Agendi & Dicendi virtutibus anteîs; quæ & amandum, & admirandum præſtent, Imperatorem Militibus, Regem Suis. Atque hæc propria quidẽ, & Genij, & Generis Tui; qui IACOBO natus es, eruditiſſimorum Principe, Principum eruditiſſimo; quem quùm Reipublicæ tantæ, & totius Literariæ ſummum Moderatorem nacti ſimus, ad has artes reliquaſque propagandas, exemplis ſublimibus excitamur; adeò vt, non iàm prouocemus Nationes exteras, (parùm id eſt;) ſed & noſtrorũ induſtriâ, & Principũ Præcellentium fœlicitate, triumphemus. His bonis, & per Te, nobis; & pro Se, Tibi indultum voluit benigniſſimus Deus; cui, vt poſteriora primis, præſentibus æterna, cumulatiſſimè præponderent, vota nuncupat indefeſsè

Celſitudini Tuæ

Humillimè devotiſſimus

THEODORUS GOVLSTON.

ARiſtoteles, Academiarum quotquot nutrijt orbis, fœliciſſimus Parens, in Lycæo quadragenarius Scholā aperuit; vbi, dùm Philoſophiæ matutinis, Rhetoricæ pomeridianis, viginti annorum decurſu incumberet, quantum Rhetoricorū voluminum exarauerit, non eſt facile diuinare. Vnum inter cætera, THEODECTIA *εἰσαγωγὴ nuncupatum* [a], *ſub Theodectis, tanquàm genuini Authoris, nomine, (quùm in illius tantùm gratiam eſſet conſcripta,* [b]*) aliquandiù circumferebatur; cui etiam conſimilem libellum, quo populari ſubueniret captui, adiunxit Author, nec infaceto nomine,* GRYLLVM [c]. *Sed iſta, vt & alia, craſſiori filo. Cætera, quùm ſecundis curis, (qui ipſi in omnibus mos fuit) expolienda eſſent,* AVREVM *tandem* OPVS, *quod præ manibus eſt, pertexuit, Vniuerſæ Artis Compendium abſolutiſſimum; hoc eſt,* ARISTOTELICVM; *ſiuè acumen Inuentionis, rerumq́; copiam ſpectes, ſiuè Methodū præceptorum, ſiuè Orationis ſtylum. Cuius eum Operis, tanquam genuini ſui, non puduiſſe, indicio eſt, quòd in eo mentionē paſsìm fecerit ſcriptorum* [d]*, quæ tunc ediderat, ἀναλυτικῶν, τοπικῶν, ἠθικῶν, ποιητικῶν. Neq́; huius Commentarij laudē in aliū quenquā tranſmouit Laertius* [e]*; qui, quùm hoſce libros, non tres, vt ætate noſtrâ, ſed duos tantùm, vt ſuâ, diſtinctos nominet, (ſiuè memoriâ lapſus, ſiuè librariâ fide læſus) eo tamen nomine excuſabilis ſit, quòd argumento librorū retento, numerum mutârit ſolùm, quùm ex duobus prioribus* DE FIDE, *conficeret vnū. Vtcunq́; habet, his libris continetur Dicendi Methodus vniuerſa. Cuius Naturā, qui, hodierno Scholarum more, ſimplicē ſynonymamq́; quæſierit, nugas egerit. Vt enim* LOGICAE, *cæteriſq́; id genus artibus, natura communis nulla, nulla Definitio; ità nec,* RHETORICAM *quæ definiat, Eſſentia compâret vna; quùm, vt Corpori humano, ita huic Oratorio, natura multiplex ſit, partes etiam variè coagmentatæ.* SOLIDVM *ei* ARTIFICIVM, *eſt ipſa* ENTHYMEMATICA FIDES, *tanquàm Corporis Elementaria baſis; quâ teneas,* QVID, & EX QVIBVS *dicas* [f]*: Huic ſuperuenit, quaſi cutaneus color,* ELOCVTIONIS *venuſtas; quâ doceare,* QVOMODÒ *dicas: Tertia, quæ reſtat,* HARMONIA MEMBRORVM, *iuſtaq́;* PARTIVM DISPOSITIO, *ediſſerit,* QVO ORDINE *rerumq́; collocatione dicas. Prima igitur viget eminetq́; oratoria* FIDES: *reliquæ duæ,* ELOCVTIO & DISPOSITIO, *ſi ad Artis normā exigantur* [g]*, ſuperuacaneæ illæ, & Appendiculæ quædam: ſi ad* FIDEM *reuocentur, vt Analoga ad ſuū Caput, & (vt Scholæ balbutiunt) ad* VNVM; *eam, tanquàm Exemplar Ideamq́; intuentur atq́; imitantur ſui. Ex quibus conficitur; de Rhetoricâ, in communi ſignificato, nihil commodè, ſine magna perturbatione potuiſſe dici: quicquid in primâ illâ parte præceptū fuerit, id duabus reliquis, analogicâ ratione, lumen addere. Vndè, vt in cæteris, ità in hac Methodo, permirus Ariſtoteles, cui, cùm in genere quod diceret, nihil eſſet; quæ ad communem Rhetoricæ materiam definitionemq́; ſpectant, in primâ ac principali eius ſpecie, (id eſt,* ENTHYMEMATICÂ FIDE) *artificio accurato expoſuit: id quod ex ſequenti Tabellâ, quaſi prælucente funali, ſummatìm hauries.*

[a] Vide huius lib. 3. ca. 9. p. 26. & Rhet. ad Alex. c. 1. p. 2. & Quintil. lib. 2.
[b] Valer. Max. li. 8. ca. 15.
[c] Laert. in Ariſt.
[d] Conſule Annotat. interior. margin.
[e] In vita Ariſt.
[f] Lib. 3. c. 1. p. 1.
[g] Lib. 3. c. 1. p. 10.

Prima pars Rhetoricæ [De Fide Enthymematicâ,] exprimitur Lib. 1. & 2.

Lib. I.

- Præmiſſis duobus (quæ cap. 2. p. 1. dicentur προχειρήματα) de *Similitudine Rhetoricæ & Dialecticæ*: Deque *Vtilitate huius Artis*: — Cap. 1.
- Accedit ad ipſam *Methodum*, ſeu *Artem*: Vbi
  - Definitâ Rhetoricâ [Quid ſit,] & Diuiſâ Fide in ſuas ſpecies: — Cap. 2.
  - Pertractat *Fidem Enthymematicam* duplicem: Viz.
    - Tùm eam, quæ *huic aut illi Generi* dicendi, *Propria* eſt:
      - Præmiſſo igitur, *Genera Orationum eſſe tria*: & *Fidem illorum Propriã* eſſe duplicem [*Vnam de Quæſtionibus ſingulorum* generũ *Proprÿs*; An ſit Vtile: An Honeſtum, &c. *Alteram de Quæſtionibus dictorũ* generum *Communibus*; An ſit Factum, An Futurum, &c.] — Cap. 3.
      - Declarat *Fidem Propriam*: Ac
        - 1, Illam, quæ ſumitur *de Proprÿs Quæſtionibus ſingulorum Generũ*,
          - *Deliberatiui.* — Vſque ad cap. 9.
          - *Demonſtratiui.* — Cap. 9.
          - *Iudicialis.* — Vſque ad fin. lib.

Lib. 2.

-
  -
    -
      -
        -
          - Ad *Iudicia* imprimis, necnon *ad Deliberationes*, pertinet, Tùm
            - *Morata Fides*, ea quâ mores ſuos exprimit, qui dicit. — Cap. 1.
            - *Affecta Fides*, quâ Audientium Affectus excitantur. — Vſque ad cap. 13.
          - Ad omnia tria Genera referuntur *hominum Mores*, atque ingenia varia; (Siuè ſint Actoris & Rei: Siuè eorum quibus conſultum volumus: Siuè eorum quos ornamus laudibus &c.) *Hÿ mores, conſequuntur cuiuſq;*
            - 1 *Affectus* animi.
            - 2 *Habitus* Morales.
            - 3 *Aetates.* — Ca. 14. 15. & 16.
            - 4 *Fortunas.* — Cap. 17. 18. 19.
        - 2, Illam, quæ eſt *de Quæſtionibus trium Generum Communibus*: [An ſit Factum, An Poſſibile, &c.] — Cap. 20.
    - Tùm eam, quæ *non tantùm* ſumitur *de Quæſtionibus* ſingulorum *Generum Proprÿs vel Communibus*; *ſed* latiſſimè quoquè *extenditur ad Quæſtiones quorumcunque generum Indefinitas*: Vndè dicitur Commvnis *Fides*: eaque 3ª: *Exemplum, Enthymema, & Sententia.* — Vſque ad finem lib. 2ⁱ.

☞ *In Quotationibus marginis interioris, ſequuti ſumus,*
In Organo & Phyſicis, Pacianam Editionem:
In Poetic. Editionem à nobis emittendam:
In cæteris, opera Ariſt. apud Læmarium, 1597.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ ΤΩΝ
εἰς τρία τὸ πρῶτον.

ARISTOTELIS Artis Rhetoricæ
LIBER PRIMVS.

Præmiſſæ ſeu προκείμενα communia de Rhetoricâ.

CAP. I.

Προκείμενα duo ſunt: Vnum, Quòd Rhetorica ſit Dialecticæ ſimilis, Partic. 1. vnde Theorema, Rhetoricam quodam modo conſtare ex Analyticâ ſcientiâ, Par. 13. Alterum, Quòd Rhetorica ſit vtilis, Par. 15. Corollaria duo, Par. 20. & 21.

Ἡ ΡΗΤΟΡΙΚΗ ἐστὶν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ· ἀμφότεραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσιν, ἃ κοινά, [a] τρόπον τινὰ ἁπάντων ἐστὶ γνωρίζειν, καὶ οὐδεμιᾶς ἐπιστήμης ἀφωρισμένης. διὸ καὶ πάντες τρόπον τινὰ [b] μετέχουσιν ἀμφοῖν. πάντες γὰρ μέχρι τινὸς καὶ ἐξετάζειν καὶ ὑπέχειν λόγον, καὶ ἀπολογεῖσθαι καὶ κατηγορεῖν ἐγχειροῦσιν. 2. Τῶν μὲν οὖν πολλῶν, οἱ μὲν, εἰκῇ ταῦτα δρῶσιν· οἱ δὲ, διὰ συνήθειαν ἀπὸ ἕξεως· ἐπεὶ δ' ἀμφοτέρως ἐνδέχεται, δῆλον ὅτι εἴη ἂν αὐτὰ καὶ ὁδοποιεῖν. δι' ὃ γὰρ ἐπιτυγχάνουσιν, οἵ τε διὰ συνήθειαν, καὶ οἱ ἀπὸ ταὐτομάτου, τὴν αἰτίαν θεωρεῖν ἐνδέχεται· τὸ δὲ τοιοῦτον, πάντες ἤδη ἂν ὁμολογήσαιεν,

[a] *Coniunge lib. Elench. ca. 11 par. 8.*

[b] *Vide ibid. p. 9.*

RHETORICA eſt [a] ſimilis *naturâ facultati* Dialecticæ: Ambæ enim in eiuſmodi quibuſdam *rebus* verſantur, quæ cùm communes *ſint*, & nullius ſcientiæ definitæ, ab omnibus quodam modo notificari poſſunt: Quamobrem etiam omnes quodam modo ambarum ſunt participes: Omnes enim quadamtenùs & exquirere & ſuſtinere rationem, & defendere & accuſare aggrediuntur. 2. [b] Ac ex *imperitâ* quidẽ multitudine, alij temerè hæc exercent: alij *etiam* propter conſuetudinem ex habitu: Quoniam verò *hæc* vtroque modo *fieri* contingit, perſpicuum *eſt* licere *hæc ipſa* etiã *certâ* methodo comprehendere. Cur enim vtriq; *id* conſequantur *quod volunt*, tùm qui ob conſuetudinem, tùm qui caſu *hæc exercent*, cauſam intueri contingit; atqui tale *quiddã* iam artis eſſe munus,

[a] Quòd Rhetorica ſit *facultas Dialecticæ ſimilis*, oſtendit; Quià Ambæ diſputandi vim habent *de Quæſtionibus communibus*; quas cunctis, etiam imperitis, quodãmodo declarare, in promptu eſt:

[b] Et ambarum diſputandi rationes, ſiquidem à vulgo hominum partìm naturæ inſtinctu, partìm vſu vulgari exerceantur; ad methodum artificioſam reduci poſſunt: Et proindè ambæ *diſputandi vim habent artificioſam.*

nemo non confitebitur. 3. Ac [c] hodiè quidem, qui artes orationũ componunt, exiguã ipſius *methodi* particulã confecerunt: Nam Fides, *quæ tertia eſt orationis pars*, artificioſa eſt ſolùm: Reliquæ verò *partes, Proœmiũ, Narratio &c*, additamenta *quædam ſunt*. Hij verò, de Enthymematibus quidẽ nihil dicunt, *id* quod eſt corpus Fidei; [d] de ijs verò, quæ ſunt extra rem, *& ad Proœmia, Narrationeſq; &c. ſpectant*, vt plurimùm cõmentantur: 4. [e] Criminatio enim, & miſericordia, & ira, & huiuſmodi animi perturbationes, *quæ in Proœmijs & Narrationibus locum habent*, non de re ſunt, ſed ad Iudicem *faciendũ referuntur*: [f] Adeò vt, ſi in omnibus Iudicijs eueniret, quẽadmodum & in nonnullis nunc euenit ciuitatibus, & maximè in ijs, quæ ſunt benè inſtitutæ, nihil haberent *hi Rhetores*, quod dicerent: Omnes enim, partim arbitrantur oportere ſic leges cauere; partim etiã *hac lege* vtuntur, & prohibent EXTRA REM dicere, ſicut etiam in Areopago: rectè hoc ſtatuentes: Non enim oportet Iudicẽ pervertere, ad iram exacuendo, vel invidiã, vel miſericordiã: Perinde enim *eſt*, ac ſiquis, quâ vſurus eſt regulâ, eam reddiderit perverſam. 5. [g] Præterea verò manifeſtũ *eſt*, eius qui controverſatur, nullũ *aliud officiũ* eſſe, niſi vt demonſtret rẽ eſſe, vel non eſſe; aut factam, vel non factam eſſe: [h] *At* verò vtrum magna, an parua; vtrum iuſta an iniuſta, quæcunq; legiſlator non definivit, *hæc* ipſum profectò Iudicem cognoſcere oportet, & non diſcere à controverſantibus. 6. [i] Ac maximè quidẽ conuenit leges rectè conditas, quæcunq; contingunt, ipſaſmet omnia definire, ac quàm pauciſſima poteſtati Iudicũ relinquere: [k] Primùm, quià facilius *eſt* vnum habere, & paucos, quàm multos, qui prudentiâ prędìti ſint; valeantq; leges ſcribere, & de cauſis decernere. 7. [l] Deinde, legum lationes, cùm multò *antè* tempore de rebus cogitârint, fiunt; at Iu-

τέχνης ἔργον ἐστί. 3. Νῦν μὲν οὖν οἱ τὰς τέχνας τῶν λόγων συντιθέντες, ὀλίγον πεποιήκασιν αὐτῆς μόριον· αἱ γὰρ πίστεις, ἔντεχνόν ἐστι μόνον· τὰ δ' ἄλλα, προσθῆκαι. οἱ δὲ, περὶ μὲν ἐνθυμημάτων, οὐδὲν λέγουσιν, ὅπερ ἐστὶ σῶμα τῆς πίστεως· περὶ δὲ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος τὰ πλεῖστα πραγματεύονται. 4. διαβολὴ γὰρ, καὶ ἔλεος, καὶ ὀργὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη τῆς ψυχῆς, οὐ περὶ τοῦ πράγματός ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν δικαστήν· ὥστ', εἰ περὶ πάσας ἦν τὰς κρίσεις, καθάπερ ἐν ἐνίαις τε νῦν ἐστὶ τῶν πόλεων, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς εὐνομουμέναις, οὐδὲν ἂν εἶχον ὅ, τι λέγωσιν. ἅπαντες γὰρ, οἱ μὲν, οἴονται δεῖν οὕτω τοὺς νόμους ἀγορεύειν· οἱ δὲ, καὶ χρῶνται, καὶ κωλύουσιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, καθάπερ καὶ ἐν ἀρείῳ πάγῳ· ὀρθῶς τοῦτο νομίζοντες· οὐ γὰρ δεῖ τὸν δικαστὴν διαστρέφειν, εἰς ὀργὴν προάγοντας, ἢ φθόνον, ἢ ἔλεον· ὅμοιον γὰρ κἂν εἴ τις, ᾧ μέλλει χρῆσθαι κανόνι, τοῦτο ποιήσει στρεβλόν[e]. 5. Ἔτι δὲ φανερὸν, ὅτι τοῦ μὲν ἀμφισβητοῦντος οὐδέν ἐστιν ἔξω τοῦ δεῖξαι τὸ πρᾶγμα, ὅτι ἐστὶν ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ γέγονεν ἢ οὐ γέγονεν· εἰ δὲ μέγα ἢ μικρὸν, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, ὅσα μὴ ὁ νομοθέτης διώρικεν, αὐτὸν δήπου τὸν δικαστὴν δεῖ γινώσκειν, καὶ οὐ μανθάνειν παρὰ τῶν ἀμφισβητούντων. 6. Μάλιστα μὲν οὖν προσήκει τοὺς ὀρθῶς κειμένους νόμους, ὅσα ἐνδέχεται, πάντα διορίζειν αὐτοὺς, καὶ ὅτι ἐλάχιστα καταλείπειν ἐπὶ τοῖς κρίνουσι· πρῶτον μὲν, ὅτι ἕνα λαβεῖν, καὶ ὀλίγους ῥᾷον, ἢ πολλοὺς εὖ φρονοῦντας καὶ δυναμένους νομοθετεῖν καὶ δικάζειν. 7. Ἔπειθ', αἱ μὲν νομοθεσίαι, ἐκ πολλοῦ χρόνου σκεψαμένων γίνονται· αἱ δὲ κρίσεις,

e Conian. 5. Ethic. ca. 14.

c Rhetoricæ autẽ ipſius (quò Dialecticæ ſimilis ſit) *artificium conſiſtere in Fide*, docet per Refutationem veterum; qui ſimilitudine hâc parùm obſeruatã, duplici nomine lapſi ſunt; tùm quòd nihil tradiderunt de Enthymematis, ex quibus conſtat pars orationis, quæ dicitur Fides:

d Tùm quò de ijs ſolis præceperunt, quæ extra rem ſunt &c. idque patet rationibus duabus:

e 1. *rat: ab ijs quæ ſunt extra rem & quæſtionem*: Ea ſunt concitatio affectuũ, commendatio morum, &c, de quibus ſolis pręcepta tradiderunt veteres.

f Vndè ipſi, in Ciuitatibus benè gubernatis, quæ prohibent affectus commouere, & extra rem dicere, ex arte, quam prodiderunt, verbum facere non poſſent.

g 2. *rat: à re ſeu Quæſtione*, quã de agitur. *vniuerſim* enim, de re & facto, *An ſit, &, An nocuit*, Oratoris ſolùm eſt diſputare, ac docere; quod veteres illi omninò non attigerunt:

h De magno autem & de Iuſto, *An tantũ fecit, an iniuſtè*; partim legiſlatoris eſt, definire; partim Iudicis, per ſeipſum cognoſcere.

i *Speciatim* vero, *Quæſtiones de Magno & Paruo* &c, magna ex parte a legiſlatore definiendæ ſunt, pauca in poteſtate Iudicis relinquenda: idque probat rat: tribus:

k *Prima à perſonis*, legiſlatorum ſci: & Iudicum.

l *Secunda à legibus & Iudicijs ipſis*, eorumque γενέσει· leges enim diù cogitantibus feruntur, Iudicia verò ex tempore.

σεις, ἀλλ' ἐξ ὑπογυίου· ὥστε χαλεπὸν ἀποδιδόναι τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον, καλῶς, τοὺς κρίνοντας. 8. Τὸ δὲ πάντων μέγιστον, ὅτι ἡ μὲν τοῦ νομοθέτου κρίσις, οὐ κατὰ μέρος, οὔτε περὶ τῶν παρόντων, ἀλλὰ περὶ μελλόντων τε καὶ καθόλου ἐστίν· ὁ δ' ἐκκλησιαστὴς καὶ δικαστὴς, ἤδη περὶ παρόντων καὶ ἀφωρισμένων κρίνουσι· πρὸς [d] οὓς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη καὶ τὸ μισεῖν, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον (συνήρτηται) πολλάκις· ὥστε μηκέτι δύνασθαι θεωρεῖν ἱκανῶς τὸ ἀληθές, ἀλλ' ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει τὸ ἴδιον ἡδὺ ἢ λυπηρόν. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων, ὥσπερ [e] λέγομεν, δεῖ ὡς ἐλαχίστων ποιεῖν κύριον τὸν κριτήν· 9. Περὶ δὲ τοῦ γεγονέναι ἢ μὴ γεγονέναι, ἢ ἔσεσθαι ἢ μὴ ἔσεσθαι, ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι, ἀνάγκη ἐπὶ τοῖς κριταῖς καταλείπειν· οὐ γὰρ δυνατὸν ταῦτα τὸν νομοθέτην προϊδεῖν. 10. Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, φανερὸν ὅτι τὰ ἔξω τοῦ πράγματος τεχνολογοῦσιν, ὅσοι τἆλλα διορίζουσιν, οἷον τί δεῖ τὸ προοίμιον, ἢ τὴν διήγησιν ἔχειν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον μορίων· οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἄλλο πραγματεύονται, πλὴν ὅπως τὸν κριτὴν [f] ποιόν τινα ποιήσωσι· περὶ δὲ τῶν ἐντέχνων πίστεων οὐδὲν δεικνύουσι· τοῦτο δ' ἐστίν, ὅθεν ἄν τις γένοιτο ἐνθυμηματικός· 11. Διὰ γὰρ τοῦτο, τῆς αὐτῆς οὔσης μεθόδου περὶ τὰ δημηγορικὰ καὶ δικανικά, καὶ καλλίονος καὶ πολιτικωτέρας τῆς δημηγορικῆς πραγματείας οὔσης, ἢ τῆς περὶ τὰ συναλλάγματα, περὶ μὲν ἐκείνης οὐδὲν λέγουσι, περὶ δὲ τοῦ δικάζεσθαι, πάντες πειρῶνται τεχνολογεῖν, ὅτι ἧττόν ἐστι πρὸ ἔργου τὰ ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν ἐν τοῖς δημηγορικοῖς· καὶ ἧττόν ἐστι κακοῦργον ἡ δημηγορία δικολογίας, ἀλλὰ κοινότερον· 12. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ

d Coniun. 3. Politic. ca. 16.

e Par. 6.

f Coniun lib Categ c.8 par. 1.

dicia, cùm de repentè: Adeò vt difficile *ſit* Iudicibus, *vnicuique* quod iuſtū, & quod vtile *ſit*, *benè iudicando* tribuere. 8. [m] Ex omnibus autē illud maximū *eſt*, quòd legiſlatoris quidē iudicium, non eſt de *rebus* ſingularib⁹, nec de præſentibus, ſed de ijs quæ & futuræ ſunt & vniuerſales; at concionalis auditor & Iudex, ſanè de præſentibus ac definitis iudicant; ad eoſq; & diligere vtique, & odio proſequi, & propria vtilitas adiuncta ſæpenumerò eſt: adeò vt non ampliùs poſſint perſpicere ſatis *id* quod verū eſt, ſed obſcuret iudiciū propria iucunditas, vel moleſtia. Ac de alijs quidem *quæſtionibus*, quemadmodum dicebamus, oportet quàm *poteſt*, pauciſſima Iudicum authoritati permittere. 9. [n] Verùm de *quæſtionibus*, An factum ſit aut non factum; An futurum aut non futurum; An ſit aut non ſit; *hæc* Iudicis ſententiæ relinquere neceſſe *erit*: Non enim fieri poteſt, vt hæc legiſlator prouideat. 10. [o] Iam ſi hæc ita *ſe* habeant, manifeſtū *eſt* ea quæ *ſunt* extra rē, *Magiſtros illos* præcipere, quicunq; alias *orationis partes præter Fidem* delineant: veluti; quid oporteat Procemio, aut Narrationi ineſſe, & reliquarum vnicuique particularū: Nihil enim in ipſis aliud *accuratè* tradunt, niſi vt Iudicem cuiuſdammodi efficiant; de artificioſâ verò fide, nihil oſtendunt; hoc eſt, vnde aliquis fieri Enthymematicus poſſit: 11. [p] Hac enim de causâ, cùm eadem ſit methodus de Orationibus deliberatiuis, & Iudicialibus; ſitq; pulchrior ac ciuilior Deliberationis traditio, quàm *ea* quæ de contractibus *eſt*; de illa tamen nihil dicunt *hi rhetores*, de *cauſis* autem iudicandis omnes conantur artē *&* *præcepta* tradere; [q] *propterea* quòd minùs prodeſt, ea quæ ſunt extra rem dicere in deliberatiuis: ac in Concione *verba facere*, minus malitioſum *quiddam eſt*, quàm diſceptatio de iure, magiſque ad res cōmunes *vtilis*: 12. [r] Hic enim diſceptator

m *Tertia à rebus*, de quibus leges & Iudicia ſunt.

n *Quæſtiones verò de facto, & de damno*, oportet omninò ſententiæ Iudicis remittere.

o Ex dictis part. 4. 5. & ſequ. concludit contra veteres: eos cum procemia, narrationes, & epilogos, fide ipsâ prætermiſsâ adornârint; illa duntaxat, quæ extra quæſtionem ſunt, expoſuiſſe.

p Expoſitus error veterum peperit aliud in ipſis vitium; nempe, vt in ſuis methodis, relictâ Inventione Deliberatiuâ, in Iudiciali ſolâ laborarent:

q Conſilium eorum id fuit; quia in Deliberatiuo genere nihil valet, ea quæ ſunt extra rem, afferre: minúſque fallaciarum vſus eſt, quàm in Iudiciali:

r In deliberationibus enim, ſat eſt, oſtendere rē eſſe vtilē

ceptator de *ſuis & proprijs rebus* iudicat, vt nihil aliud opus fuerit, niſi demonſtrare *rem* ita *ſe* habere, vt ait *is* qui conſilium dat: [f] In Iudicialibus verò, id non ſat *eſt*, ſed è re *dicentis* fuerit, reficere auditorem (ſiquidem de *rebus* alienis iudicium *fit*:) adeò vt *Iudices*, dum ſua *commoda* ſpectant, & ad gratiam *ac voluptatem* audiant; *in ferendâ ſententiâ, cuncta* largiantur ijs qui controuerſantur, non autem *verè* iudicent: [t] Quamobrem etiã multis *in iudicijs*, vt etiam priùs dixi, lex prohibet Extra rem dicere: Illic verò, *in Deliberatiuis*, diſceptatores hoc *per ſe* ſatis obſeruant, *vt nullâ lege ſit opus*. ¶ 13. [u] Quoniã verò manifeſtũ eſt artificioſam *dicendi* methodũ, ad Fidẽ pertinere: Fides autem, demonſtratio quædam eſt: (Tunc enim *Oratori* fidẽ habemus maximè, cùm demonſtratũ eſſe arbitremur) Demonſtratio autẽ Oratoria, eſt enthymema: Atq; hoc quidem, eſt probationum *omnium*, vt ſimpliciter dicam, potentiſſima: [y] Enthymema autem, *eſt* ſyllogiſmus quidam: Quæ verò ad ſyllogiſmum ſimiliter omnem *tam probabilem quàm ſophiſticum pertinent*, Dialecticæ eſt videre, vel ipſius vniuerſæ, vel partis alicuius: [z] Non *eſt* dubium, qui maximè hoc poteſt intueri, ex quibus *propoſitionibus* & quomodo fiat ſyllogiſmus, cum etiam enthymematicum eſſe maximè poſſe; [a] cùm aſſumpſerit, tùm in cuiuſmodi *rebus* verſentur enthymemata, tùm quas habeant differentias ad Logicos ſyllogiſmos. 14. [b] Nam & verum, & ſimile vero, eiuſdem eſt facultatis videre: [c] Simul autem & homines ad verum naturâ conformati ſunt ſatis, & plærunque conſequuntur veritatẽ. [d] Quamobrẽ *qui* probabilia rectè *& artificiosè* tenere *poteſt*, ſimiliter *ſe* habet, ac *is qui* veritatẽ conſequi [e] Ac alios quidẽ, ea quæ ſunt extra rẽ, præcipere, [f] & quã de cauſá magis deflexerint ad iuris diſceptationẽ, *ex antedictis* manifeſtũ *eſt*. ¶ 15. [g] Vtilis autẽ eſt Rhe-

f In Iudicijs verò, ſæpè proprijs cauſæ rebus neglectis, præſtat conciliare ſibi Iudicem: qui quidem, cùm aliorum res, non ſua ipſius, agitur, iure bonoque neglecto, eò animum intendit, vnde affulget ſpes commodi:

t Hinc digreſſiones extra cauſam, in Iudicijs, lege prohibitæ.

u *Ex hactenus dictis Theorema* (Quòd Rhetorica conſiſtat quodammodo ex Syllogiſticâ ſeu Analyticâ ſcientiâ) ſic colligitur. Cùm enim conſtet, Rhetoricæ artificium conſiſtere in fide Enthymematicâ:

y Et Enthymema ſit ſpecies quædam ſyllogiſmi; ſc. Dialecticus:

z Sequitur, qui Syllogiſticam ſcientiam tenet, in genere: eum hoc præſidio fretum, facilè enthymematicam ſeu Oratoriam fidem poſſe acquirere:

a Ita nimirum; ſi Enthymemata Oratoria diſtinxerit à ſyllogiſmis Dialecticis; id quod faciet noſter cap. 2. par. 16.

b Confirmatur dictũ ex eo, quia verum ſyllogiſticum conſyderatur ab eadem facultate, quâ veriſimile Oratorium; ſc. ab Analyticâ:

c Et omnes homines ad verum illud indagandum, ſatis ſuapte natura parati ſunt

d Vnde probabile Oratorium artificiosè intueri, idem fere eſt, ac verum ſyllogiſticum cognoſcere.

e Epilogus dictorũ par. 4. &c,

f Et par. 11. & 12.

g *Quod Rhetorica ſit vtilis*, probat contra ſophiſtas, &c, 1. *Ab*

ὁ κριτὴς περὶ τῶν οἰκείων κρίνει· ὥστ' οὐδὲν ἄλλο δεῖ, πλὴν ἀποδεῖξαι, ὅτι οὕτως ἔχει, ὥς φησιν ὁ συμβουλεύων· ἐν δὲ τοῖς δικανικοῖς, οὐχ ἱκανὸν τοῦτο, ἀλλὰ πρὸ ἔργου ἐστὶν ἀναλαβεῖν τὸν ἀκροατήν· περὶ ἀλλοτρίων γὰρ ἡ κρίσις· ὥστε, πρὸς τὸ αὑτῶν σκοπούμενοι, καὶ πρὸς χάριν ἀκροώμενοι, διδόασι τοῖς ἀμφισβητοῦσιν, ἀλλ' οὐ κρίνουσι. διὸ καὶ πολλαχοῦ, ὥσπερ καὶ πρότερον εἶπον g, ὁ νόμος κωλύει λέγειν ἔξω τοῦ πράγματος· ἐκεῖ δ' αὐτοὶ οἱ κριταὶ τοῦτο τηροῦσιν ἱκανῶς. ¶ 13. Ἐπεὶ δὲ φανερόν ἐστιν, ὅτι ἡ μὲν ἔντεχνος μέθοδος, περὶ τὰς πίστεις ἐστίν· ἡ δὲ πίστις, ἀπόδειξίς τις· τότε γὰρ πιστεύομεν μάλιστα, ὅταν ἀποδεδεῖχθαι ὑπολάβωμεν· ἔστι δ' ἀπόδειξις ῥητορικὴ, ἐνθύμημα· καὶ ἔστι τοῦτο, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κυριώτατον τῶν πίστεων· τὸ δὲ ἐνθύμημα, συλλογισμός τις· περὶ δὲ συλλογισμοῦ ὁμοίως ἅπαντος, τῆς διαλεκτικῆς ἐστιν ἰδεῖν, ἢ αὐτῆς ὅλης, ἢ μέρους τινός· δῆλον δ' ὅτι ὁ μάλιστα τοῦτο δυνάμενος θεωρεῖν, ἐκ τίνων, καὶ πῶς γίνεται συλλογισμὸς, οὗτος καὶ ἐνθυμηματικὸς ἂν εἴη μάλιστα, προσλαβὼν περὶ ποῖά τέ ἐστι τὰ ἐνθυμήματα, καὶ τίνας ἔχει διαφορὰς πρὸς τοὺς λογικοὺς συλλογισμούς. 14. Τό, τε γὰρ ἀληθὲς, καὶ τὸ ὅμοιον τῷ ἀληθεῖ, τῆς αὐτῆς ἐστι δυνάμεως ἰδεῖν· ἅμα δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸ ἀληθὲς πεφύκασιν ἱκανῶς h, καὶ τὰ πλείω τυγχάνουσι τῆς ἀληθείας· διὸ πρὸς τὰ ἔνδοξα στοχαστικῶς ἔχειν, τοῦ ὁμοίως ἔχοντος καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειάν ἐστιν. ὅτι μὲν οὖν τὰ ἔξω τοῦ πράγματος οἱ ἄλλοι τεχνολογοῦσι, καὶ διότι μᾶλλον ἀπονενεύκασι πρὸς τὸ δικολογεῖν φανερόν. ¶ 15. Χρήσιμος

g *Par. 4.*

h *Coniunge Metaphyſ. l. 1. c. 1.*

[i] Centinn. Rhetor. ad Alex. c.1.

σιμος δέ ἐστιν ἡ ῥητορική [i], διά τε τὸ φύσει εἶναι κρείττω τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια, τῶν ἐναντίων· ὥστε ἐὰν μὴ κατὰ τὸ προσῆκον αἱ κρίσεις γίγνωνται, ἀνάγκη δι' αὑτῶν ἡττᾶσθαι· τοῦτο δέ ἐστιν ἄξιον ἐπιτιμήσεως. 16. Ἔτι δὲ πρὸς ἐνίους, οὐδ' εἰ τὴν ἀκριβεστάτην ἔχοιμεν ἐπιστήμην, ῥᾴδιον ἀπ' ἐκείνης πεῖσαι λέγοντας· διδασκαλίας γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν ἐπιστήμην λόγος. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, ἀλλ' ἀνάγκη διὰ τῶν κοινῶν ποιεῖσθαι τὰς πίστεις καὶ τοὺς λόγους· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς ἐλέγομεν [k] περὶ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐντεύξεως. 17. Ἔτι δὲ, τἀναντία δεῖ δύνασθαι πείθειν, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς συλλογισμοῖς· οὐχ ὅπως ἀμφότερα πράττωμεν· οὐ γὰρ δεῖ τὰ φαῦλα πείθειν· ἀλλ' ἵνα μήτε λανθάνῃ πῶς ἔχει, καὶ ὅπως ἄλλου χρωμένου τοῖς λόγοις αὐτοῖς μὴ δικαίως, λύειν ἔχωμεν. τῶν μὲν οὖν ἄλλων τεχνῶν οὐδεμία τἀναντία συλλογίζεται· ἡ δὲ διαλεκτικὴ καὶ ἡ ῥητορικὴ, μόναι τοῦτο ποιοῦσιν· ὁμοίως γάρ εἰσιν ἀμφότεραι τῶν ἐναντίων· τὰ μέντοι ὑποκείμενα πράγματα οὐχ ὁμοίως ἔχει, ἀλλ' ἀεὶ τἀληθῆ καὶ τὰ βελτίω τῇ φύσει εὐσυλλογιστότερα καὶ πιθανώτερα, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. 18. Πρὸς δὲ τούτοις, ἄτοπον, εἰ τῷ σώματι μὲν αἰσχρὸν, μὴ δύνασθαι βοηθεῖν ἑαυτῷ, λόγῳ δ' οὐκ αἰσχρόν· ὃ μᾶλλον ἴδιόν ἐστιν ἀνθρώπου τῆς τοῦ σώματος χρείας. 19. Εἰ δ', ὅτι μεγάλα βλάψειεν ἂν ὁ χρώμενος ἀδίκως τῇ τοιαύτῃ δυνάμει τῶν λόγων, τοῦτό γε κοινόν ἐστι κατὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν, πλὴν ἀρετῆς, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν χρησιμωτάτων, οἷον ἰσχύος, ὑγιείας, πλούτου, στρατηγίας· τούτοις γὰρ ἄν τις

[k] Topic. 1.c.2 p.4.

torica, propterea quòd naturâ meliora ſunt vera & iuſta, quàm contraria: Quare, niſi prout conuenit, Iudicia exerceantur, neceſſe eſt, *meliora* per ipſa *contraria* ſuperari: Hoc autē *eſt* reprehenſione dignū. 16. [h] Præterea verò, apud nonnullos, quamvis exquiſitiſſimam haberemus rei ſcientiam, nequaquam *tamen* facile *eſſet*, per illam perſuadere dicendo: Diſciplinæ namque *eruditæ* eſt illa, quæ à ſcientia *proficiſcitur*, oratio: Hoc autem fieri non poteſt, *vt eruditiori diſciplinâ perſuadeatur indoctis*; [i] ſed neceſſe *eſt* ex communibus ducere fidē, & rationes: quemadmodum in Topicis dicebamus de collocutione cum imperitâ hominum multitudine. 17. [k] Deinde verò oportet contraria poſſe perſuadere, quemadmodum etiā in ſyllogiſmis Dialecticis, non quò vtraq; faciamus (non enim oportet mala perſuadere;) ſed vt [l] neq; lateant quomodo *illa ſe* habent; &, [m] cùm alius rationibus ipſis vtatur minùs rectè, *eaſdem nos* ſoluere poſſimus. [n] Ac aliarum quidem artium nulla ſyllogiſmo res contrarias concludit: Dialectica verò & Rhetorica ſolæ id faciunt: Æquè enim ſunt ambæ contrariorū: [o] Quanquam res *iiſdē* ſubiectæ non æquè *ſe* habent, ſed ſemper veræ, & meliores naturâ aptiores *ſunt*, vt ſyllogiſmo confirmentur, &, vt ſimpliciter dicam, magis idoneæ *ſunt* ad perſuadendum, *quàm contrariæ.* 18. [p] Adhæc, abſurdum eſt, ſi corpore quidem turpe *ſit*, non poſſe opitulari ſibi ipſi *quenquam*; Oratione verò *non poſſe*, turpe non *ſit*, quæ magis propria eſt hominis, quàm *ipſe* corporis vſus. 19. [q] Si verò *obijciat quis*, valdè læſurum eſſe *eum*, qui huiuſmodi dicendi facultate iniuſtè vtatur: hoc *crimen* commune *profectò* eſt & aduerſus omnia bona præter virtutē *moralem*; & maximè aduerſus vtiliſſima: velut robur, valetudinem, diuitias, diſciplinam militarem: Hijs enim profuerit

incommodo in Iudicijs: Abſque huius enim ope, vera & æqua, ob infantiam Oratoris, ſuperantur à contrarijs.

[h] *Secunda rat. ab Auditoribus imperitis*; apud quos ſubtilis & erudita oratio à principijs alicuius ſcientiæ profecta, minimè fidem facit; quia principia illa nondum ijs ſunt comperta:

[i] Sed oportet apud illos pervulgatâ vti ratione, & argumentis, quæ ex communibus ducuntur; qualia ſunt ex hac arte perdiſcenda.

[k] *Tertia rat. à facultate diſputandi in vtramq; partem*: quæ duplicis commodi cauſâ, paranda nobis eſt;

[l] *Primū eſt*, vt, quomodo res malæ confirmentur, ſciaſt

[m] *Alterum*, vt fallaces rationes reprehendere, & confutare valeas.

[n] Hanc autem facultatem à nulla alia arte habemus, præterquam à Dialecticâ & Rhetoricâ: Quippe quæ ambæ ſimili modo verſantur circa res contrarias:

[o] Tametſi res iiſdem ſubiectæ ſimili modo ſe non habeant: ſiquidem pars melior ſemper facilius ab Oratore defenditur &c.

[p] *Quarta rat. à turpi per collationem*: Si enim ignavus ſit is, qui vim vi depellere non poteſt, quod eſt corporis: certè & is meritò contemnendus, qui accuratæ alterius orationi reſiſtere neſcit &c.

[q] Criminatio Rhetoricæ (quòd per eam homines improbi reip. detrimenta importent: & proinde periculoſam eſſe) Soluitur; id enim non rei, ſeu facultatis vitium eſſe; ſed hominum, qui perversè præclara hâc arte vterentur.

r Epilog, dictor. à par. 1.

ſ Et à par. 15.

t *Subtexuntur antedictũ corollaria duo: Primum, Rhetoricã eſſe artem* ϛοχαςικὴν: officium enim ipſius non eſſe perſuadere (vt putauit Gorgias apud Platon:) ſed omnia omninò videre, quæ ad perſuadendum faciunt: Perſuadere autem, eſſe finem ab hoc officio diuerſum.

u *Secundum Corollar: contra Hippiam minor:* apud Platon: Similẽ etiã hac ex parte Rhetoricam eſſe Dialecticæ: quòd non modò videat id, quod eſt appoſitum ad perſuadendum, ſicut Dialectica; ſed illud etiã, quod videtur appoſitum, ſicut Sophiſtica:

x Differt tantùm nominibus tenùs; In Dialectica enim, alter Dialecticus, alter Sophiſta dicitur: In Rhetorica, ambo Oratores appellantur.

rit quis maximè, ſi vtatur iuſtè; nocuerit, ſi iniuſtè. ¶ 20. [r] Ac neq; eſſe quidem alicuius generis definiti Rhetoricã, ſed *tale*, qualis *eſt* Dialectica, [ſ] & vtilem eſſe, *ex dictis* manifeſtũ *eſt*. [t] Neque etiam Perſuadere eſſe munus ipſius, ſed videre, quæcunque appoſita ſint ad perſuadendum in quâque re; quemadmodũ etiam fieri conſtat in alijs artibus omnibus: Neque enim medicinæ *eſt*, ſanum facere, ſed quouſque *fieri* contingit, euſque perducere: Licet enim etiam illos, qui recuperare non poſſunt ſanitatẽ, *tamen* curare benè. ¶ 21. [u] Adhæc, eiuſdem eſſe *facultatis*, tùm appoſitum ad perſuadendum, tùm quod apparet appoſitum, videre; *vt* etiam in Dialecticâ, tùm ſyllogiſmum, tùm *qui* apparet ſyllogiſmus: Sophiſtica enim non eſt in facultate, ſed in præelectione: [x] tamen hîc quidem, *in Rhetoricâ*, alius erit orator ſecundum ſcientiam, alius verò ſecundum præelectionem: Ibi verò, *in Dialecticâ*, Sophiſta quidem, ſecundum præelectionem; Dialecticus autem, non ſecundum præelectionem, ſed ſecundum facultatem.

ὠφελήσειε τὰ μέγιστα, χρώμενος δικαίως· καὶ βλάψειεν, ἀδίκως. ¶ 20. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν, οὔτε ἑνός τινος γένους ἀφωρισμένου ἡ ῥητορική, ἀλλὰ καθάπερ ἡ διαλεκτική· καὶ ὅτι χρήσιμος, φανερόν· καὶ ὅτι οὐ τὸ πεῖσαι ἔργον αὐτῆς [1], ἀλλὰ τὸ ἰδεῖν τὰ ὑπάρχοντα πιθανὰ περὶ ἕκαστον, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τέχναις πάσαις· οὐδὲ γὰρ ἰατρικῆς, τὸ ὑγιᾶ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις οὗ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προαγαγεῖν· ἔστι γὰρ καὶ τοὺς ἀδυνάτους μεταλαβεῖν ὑγιείας, ὅμως θεραπεῦσαι καλῶς. ¶ 21. Πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τῆς αὐτῆς, τό, τε πιθανὸν καὶ τὸ φαινόμενον ἰδεῖν πιθανόν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς διαλεκτικῆς συλλογισμόν τε καὶ φαινόμενον συλλογισμόν· ἡ γὰρ σοφιστικὴ οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει· πλὴν ἐνταῦθα μὲν ἔσται, ὁ μὲν, κατὰ τὴν ἐπιστήμην· ὁ δὲ, κατὰ τὴν προαίρεσιν, ῥήτωρ· ἐκεῖ δὲ, σοφιστὴς μὲν, κατὰ τὴν προαίρεσιν, διαλεκτικὸς δὲ, οὐ κατὰ τὴν προαίρεσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν.

1 *Coniunge 1. Top. c. 3*

Quid ſit Rhetorica: & Fides Quotuplex.

Cap. II.

Definitio Rhetoricæ, part. 1. Fides duplex Artificioſa & artis expers, p. 2. Artificioſa triplex, Morata; affecta; argumentoſa, à pa 3. Argumenta ſunt Enthymema & exemplum, quorũ collationes proponit duas, Vnam, cum ſylleg. & Inductione Dialecticâ, par. 9: Alteram, cum ſyllog & inductione in genere, penes formam Analyticam, par. 10: Eaſque fuſiùs exponit, Priorem quidem à par. 13: Poſteriorem à part. 17.

a Propoſitio communis eorũ, quæ in ſequentibus dicentur;

b Et ſpecialis eorum, quæ in hoc capite.

c Præmiſsâ igitur definitione Rhetoricæ, quæ ab ipſius officio ſumitur.

[a] IAm verò de ipſa methodo conemur dicere, & Quomodo, & ex quibus poterimus conſequi *ea* quæ præmiſerimus. [b] Rurſus igitur, veluti de integro *ordientes*, *cùm* definiuerimus ipſam, Quid ſit, reliqua dicamus [c] Sit igitur Rhetorica, facultas de quaque re videndi, quod contingit eſſe idoneum ad faciendam fidem:

ΠΕρὶ δὲ αὐτῆς ἤδη τῆς μεθόδου πειρώμεθα λέγειν, πῶς τε καὶ ἐκ τίνων δυνησόμεθα τυγχάνειν τῶν [a] προκειμένων· πάλιν οὖν, οἷον ἐξ ὑπαρχῆς ὁρισάμενοι αὐτὴν τίς ἐστι, λέγωμεν τὰ λοιπά. Ἔστω δ' ἡ ῥητορική, δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν· τοῦτο

a *Cap. 1. p. 1. &c.*

τοῦτο γὰρ οὐδεμιᾶς ἑτέρας ἐστὶ τέχνης ἔργον· τῶν γὰρ ἄλλων ἑκάστη περὶ τὸ αὑτῇ ὑποκείμενόν ἐστι διδασκαλικὴ, καὶ πειστική· οἷον ἰατρικὴ, περὶ ὑγιεινὸν καὶ νοσερόν· καὶ γεωμετρία, περὶ τὰ συμβεβηκότα πάθη τοῖς μεγέθεσι· καὶ ἀριθμητικὴ, περὶ ἀριθμόν· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν· ἡ δὲ ῥητορικὴ, περὶ τοῦ δοθέντος, ὡς εἰπεῖν, δοκεῖ δύνασθαι θεωρεῖν τὸ πιθανόν. διὸ καὶ φαμὲν [b] αὐτὴν, οὐ περί τι γένος ἴδιον ἀφωρισμένον* ἔχειν τὸ τεχνικόν*. ¶ 2. Τῶν δὲ πίστεων, αἱ μὲν ἄτεχνοί εἰσιν, αἱ δὲ ἔντεχνοι. ἄτεχνα δὲ λέγω, ὅσα μὴ δι' ἡμῶν πεπόρισται, ἀλλὰ προϋπῆρχεν· οἷον, μάρτυρες, βάσανοι, συγγραφαὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἔντεχνα δὲ, ὅσα διὰ τῆς μεθόδου καὶ δι' ἡμῶν κατασκευασθῆναι δυνατόν· ὥστε δεῖ τούτων, τοῖς μὲν, χρήσασθαι· τὰ δὲ, εὑρεῖν. ¶ 3. Τῶν δὲ διὰ τοῦ λόγου πεισομένων πίστεων τρία εἴδη ἐστίν· αἱ μὲν γὰρ, εἰσὶν ἐν τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος· αἱ δὲ, ἐν τῷ τὸν ἀκροατὴν διαθεῖναί πως· αἱ δὲ, ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ, διὰ τοῦ δεικνύναι, ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι. 4. Διὰ μὲν οὖν τοῦ ἤθους, ὅταν οὕτω λεχθῇ ὁ λόγος, ὥστε ἀξιόπιστον ποιῆσαι τὸν λέγοντα· τοῖς γὰρ ἐπιεικέσι πιστεύομεν μᾶλλον καὶ θᾶττον, περὶ πάντων μὲν, ἁπλῶς· ἐν οἷς δὲ τὸ ἀκριβὲς μή ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἀμφιδοξεῖν, καὶ παντελῶς. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο συμβαίνειν διὰ τὸν λόγον, ἀλλὰ μὴ διὰ τὸ προδεδοξάσθαι ποιόν τινα εἶναι τὸν λέγοντα· οὐ γὰρ, ὥσπερ ἔνιοι τῶν τεχνολογούντων τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ λέγοντος, ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην πρὸς τὸ πιθανόν· ἀλλὰ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος.

[b] Cap. 1.
* p. 1.
* p. 2.

[d] Hoc enim nullius alterius eſt artis munus: [e] cæterarum enim *artium* vnaquæque, circa rem ipſi ſubiectam exercet vim docendi & perſuadendi: velut Medicina circa ſanabile & morboſum; & Geometria circa affectiones quæ accidunt magnitudinibus; & Arithmetica circa numerum: Similitèr verò etiam reliquæ artes & ſcientiæ: [f] At Rhetorica de *quaque re* datâ, vt ita dicam, videtur poſſe intueri, quod appoſitum eſt ad faciendam fidem. Quamobrē etiam affirmamus, ipſam non circa aliquod proprium *ac* definitum genus habere *vim* artificioſam. ¶ 2. [g] Fides autem, vna non artificioſa eſt, altera artificioſa. [h] *Rationes* non artificioſas voco, quæcunque non à nobis excogitatæ ſunt, ſed antè extabant; veluti, teſtes, quæſtiones, Syngraphæ, & quæcunque *ſunt* huiuſmodi. [i] Artificioſas verò, quæcunque vt methodo *& operâ noſtrâ* comparentur, fieri poteſt: Quare oportebit, illis quidem vti, has verò etiam inuenire. ¶ 3. [k] Ac eius *quæ* ratione excogitatur, fidei ſpecies tres ſunt: nam vna conſiſtit in moribus eius qui dicit: altera in eo, vt auditor aliquo modo affectus ſit: tertia in ipſa ratione, eò quòd quis verè oſtendat, vel appareat oſtendere. 4. [l] Atque ob mores quidem, quoties ita prolata fuerit oratio, vt fide dignum reddiderit *eum*, qui dicit: [m] Probis enim magis & celeriùs credimus, ſimpliciter quidem, *ac generatim* in omnibus *rebus*; in *ijs* verò, in quibus exacta *cognitio* non ineſt, verùm opinio dubia, etiam præcipuè: [o] Oportet verò etiam id accidere propter orationē, ſed non quia anticipatum fuerit opinione, cuiuſdam modi eſſe eum, qui dicit: [p] Non enim *ſentiendum nobis eſt*, ſicut quidam Dicendi *magiſtri* in arte ſuâ ponunt etiam probitatem ipſius Dicentis; quaſi *morata eius oratio*, nihil conferat *ad id*, *quod* ad fidem *eſt* appoſitum; ſed *ea* propemodùm, vt ita dicam, potentiſſimam continet fidem

[d] Et explicatur per diſtinctionem ab alijs artibus omnibus:

[e] Illæ enim circa proprias res ſuas ſingulæ verſantur: i. affectiones tractant demonſtrantuè illas; quæ ſingulis ipſarum ſunt propriæ: vt Inductione liquet.

[f] Rhetorica autem è contra circa quamlibet quæſtionem vim ſuam exercet: id contemplando, quod ad illā adſtruendam vel evertendam faciat.

[g] Fidei oratoriæ genera colliguntur per diſtinctiones tres: *Prima diſtinct*: *Fides* alia artificialis; alia artis expers.

[h] Artis expers fides, quæ.

[i] Artificialis, quæ.

[k] *Secunda diſt. Fides artificialis triplex*: Morata, Affecta, & Argumentoſa.

[l] *Morata Fides*, eſt quæ tales dicentis mores exprimit, vt falſa illum dicere, qui audiunt, nullo modo putent:

[m] Ratio definitionis; Citò enim facileque aſſentimur ijs, quos viros bonos ſanctoſque eſſe autumamus:

[o] Bona autem de moribus dicentis æſtimatio excitari debet oratione eius artificioſā; non neceſſariò autem ex vita illius anteacta:

[p] Hallucinati enim ſunt veteres, qui præceptum hoc, quaſi neceſſarium poſuerunt; vt qui dicit, ſit vir probus: cùm tamen ſatis oratori ſit, ſi ad tempus boni viri perſonam oratione ſuâ ſibi affinxerit.

fidem. 5. q Ob auditores autem *fit fides*, quoties in affectum, orationis *vi* perducti fuerint: non enim ſimilitèr iudicamus dùm mœremus, atque *dùm* gaudemus; neque *dùm* amamus, ac *dùm* odio habemus: r Qua de re etiam ſolâ, affirmamus conari præcepta tradere eos, qui nunc artem conſcribunt. Ac de his quidem ſingulis, apertè agetur, cùm de affectibus dicemus. 6. ſ Ob rationes verò fidem habent; cùm verum, aut *id* quod *ſpecie tenus* apparet, oſtenderimus ex ijs, quæ in quibuſque *rebus ſunt appoſita* ad perſuadendum. 7. t Quoniã verò fides ex his eſt, manifeſtũ *eſt* tria hæc conſequi, eſſe *eius*, qui concludere ſyllogiſmo poterit & qui ſpeculari de moribus ac virtutibus, & tertio *loco*, qui de affectibus; *nempe* & quid vnuſquiſque affectuum ſit, & quale quid; atque ex quibus *auditori* inſeratur, & quomodo: Vndè colligitur, Rhetoricam, velut agnatũ quiddam eſſe Dialecticæ, & eius quæ de moribus eſt, tractationis, quam iuſtum eſt appellare Ciuilem. 8. u Quamobrem etiam *vafrè* ſubit perſonam ciuilis *ſcientiæ* Rhetorica: & * qui *ſibi* vendicant hanc *Rhetores, iniquè eam vendicant*, partim quidem, propter ignorantiam; partim verò, propter oſtentationem; partim etiam propter alias cauſas humanas: x Eſt enim particula quædam Dialecticæ, & effigies, quemadmodum etiam exordientes dicebamus: de re enim definitâ neutra ipſarum eſt ſcientia, *quæ tradat*, quomodo *res illa* ſe habeat; ſed facultates quædam ſunt parandi rationes. Ac de facultate quidem ipſarum, & quomodo ſe habeant inter ſe, dictum eſt propemodum ſatis. ¶ 9. y Quæ verò *cernuntur in eo*, quòd ratione oſtendant, vel ſpecie tenus appareant oſtendere; quemadmodum etiam in Dialecticis; *eorum* quidem vnum, Inductio eſt; alterum autem, ſyllogiſmus; quoddam verò, qui apparet ſyllogiſmus: ita hîc quoq;

5. Διὰ δὲ τῶν ἀκροατῶν, ὅταν εἰς πάθος ὑπὸ τοῦ λόγου προαχθῶσιν· οὐ γὰρ ὁμοίως ἀποδίδομεν τὰς κρίσεις λυπούμενοι καὶ χαίροντες, ἢ φιλοῦντες καὶ μισοῦντες· πρὸς ὃ καὶ μόνον πειρᾶσθαι φαμὲν c πραγματεύεσθαι τοὺς νῦν τεχνολογοῦντας. περὶ μὲν οὖν τούτων δηλωθήσεται καθ' ἕκαστον, ὅταν περὶ τῶν παθῶν λέγωμεν d. 6. Διὰ δὲ τῶν λόγων πιστεύουσιν, ὅταν ἀληθὲς ἢ φαινόμενον δείξωμεν, ἐκ τῶν περὶ ἕκαστα πιθανῶν. 7. Ἐπεὶ δ' αἱ πίστεις διὰ τούτων εἰσί, φανερὸν ὅτι ταῦτα τρία ἐστὶ λαβεῖν, τοῦ συλλογίσασθαι δυναμένου, καὶ τοῦ θεωρῆσαι τὰ περὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰς ἀρετάς, καὶ τρίτον τὰ περὶ τὰ πάθη, τί τε ἕκαστόν ἐστι τῶν παθῶν, καὶ ποῖόν τι, καὶ ἐκ τίνων ἐγγίνεται, καὶ πῶς· ὥστε συμβαίνει τὴν ῥητορικὴν, οἷον παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς εἶναι, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν πολιτικήν. 8. Διὸ καὶ ὑποδύεται ὑπὸ τὸ σχῆμα τὸ τῆς πολιτικῆς ἡ ῥητορική· καὶ οἱ ἀντιποιούμενοι ταύτης, τὰ μὲν, δι' ἀπαιδευσίαν· τὰ δὲ, δι' ἀλαζονείαν· τὰ δὲ, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας ἀνθρωπικάς· ἔστι γὰρ μόριόν τι τῆς διαλεκτικῆς καὶ ὁμοίωμα, καθάπερ καὶ ἀρχόμενοι εἴπομεν e· περὶ οὐδενὸς γὰρ ὡρισμένου οὐδετέρα αὐτῶν ἐστιν ἐπιστήμη, πῶς ἔχει, ἀλλὰ δυνάμεις τινὲς τοῦ πορίσαι λόγους. περὶ μὲν οὖν τῆς δυνάμεως αὐτῶν, καὶ πῶς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, εἴρηται σχεδὸν ἱκανῶς. ¶ 9. Τῶν δὲ διὰ τοῦ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς, f τὸ μὲν, ἐπαγωγή ἐστι· τὸ δὲ, συλλογισμός· τὸ δὲ, φαινόμενος συλλογισμός· καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως·

q *Affecta fides*, eſt quæ motus eos, quos cauſa requirit, in auditorum animis excitat: Rat: variatis enim animorum motibus, variantur etiam iudicia.

r Hoc genus fidei magiſtri veteres tradiderunt, quo animi commouerentur; ceteras rationes faciendæ fidei omiſerunt.

ſ *Argumentoſa fides*, eſt quæ argumentis ex re ipſa petitis oritur &c.

t Ex tribus his fidei oratoriæ generib⁹ explicatis, Theorema deducit: Rhetoricam eſſe naturâ affinem tùm Dialecticæ facultati, propter argumenta; tùm Philoſophiæ morali, propter mores, & affectus.

u Illuſtratio vtriuſq; membri; Hinc enim Rhetorica, quamuis inferiorem ſe videt; politica tamen videri vult: & * Rhetores nõnulli, præcepta ſe de ciuitatibus regendis tradere profitebantur, &c: Sed hæc vafrè & iniquè:

x Rhetorica enim non eſt politica ſcientia; ſed potiùs effigies & ſimulachrũ quoddã Dialecticæ: vti dixi ca. 1. Hæ enim ambæ nullius rei definitæ naturam quærunt, quod facit Politica: ſed viã tantùm docent, rẽ argumentis confirmandi, vel euertendi.

y *Tertia Diſtinctio; Fidei Argumentoſæ duo genera; Enthymema & exemplum*: Horum Collationes proponit duas; *Vnam cum Syllogiſmo & Inductione Dialectica*: Hæc enim cum illis ità conueniunt, vt Enthymema ſit ſyllogiſmus; & exemplum Inductio.

c *Cap. 1. pa. 3.*

d *Lib. 2. cap. 2. & ſequent.*

e *Cap. 1. pa. 1.*

f *Topic. 1. cap. 10. pa. 1.*

ὁμοίως· ἔστι γάρ, τὸ μὲν παράδειγμα, ἐπαγωγή· τὸ δ' ἐνθύμημα, συλλογισμός. καλῶ δ', ἐνθύμημα μὲν, ῥητορικὸν συλλογισμόν· παράδειγμα δὲ, ἐπαγωγὴν ῥητορικήν. ¶ 10. Πάντες δὲ τὰς πίστεις ποιοῦνται διὰ τοῦ δεικνύναι, ἢ παραδείγματα λέγοντες, ἢ ἐνθυμήματα· καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν πως. ὥστ' εἴπερ καὶ ὅλως ἀνάγκη συλλογιζόμενον, ἢ ἐπάγοντα δεικνύναι ὁτιοῦν, ἢ ὁντιναοῦν (δῆλον δ' ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν [h].) ἀναγκαῖον ἑκάτερον αὐτῶν ἑκατέρῳ τούτων τὸ αὐτὸ εἶναι. 11. Τίς δ' ἐστὶ διαφορὰ παραδείγματος καὶ ἐνθυμήματος, φανερὸν ἐκ τῶν τοπικῶν [i]· ἐκεῖ γὰρ περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἐπαγωγῆς εἴρηται πρότερον· ὅτι, τὸ μὲν, ἐπὶ τῶν πολλῶν καὶ ὁμοίων δείκνυσθαι ὅτι οὕτως ἔχει, ἐκεῖ μὲν, ἐπαγωγή ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ, παράδειγμα· τὸ δὲ, τινῶν ὄντων, ἕτερόν τι διὰ ταῦτα συμβαίνειν παρὰ ταῦτα, τῷ ταῦτα εἶναι [k], ἢ καθόλου, ἢ ὡς ἐπιτοπολὺ, ἐκεῖ μὲν, συλλογισμός· ἐνταῦθα δὲ, ἐνθύμημα καλεῖται. 12. Φανερὸν δ' ὅτι καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀγαθὸν, τὸ εἶδος τῆς ῥητορικῆς· καθάπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς μεθοδικοῖς εἴρηται, καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει· εἰσὶ γάρ, αἱ μὲν, παραδειγματώδεις [l] ῥητορεῖαι· αἱ δὲ, ἐνθυμηματικαί· καὶ ῥήτορες ὁμοίως, οἱ μὲν, παραδειγματώδεις· οἱ δὲ, ἐνθυμηματικοί. πιθανοὶ μὲν οὖν οὐχ ἧττον οἱ λόγοι οἱ διὰ τῶν παραδειγμάτων· θορυβοῦνται δὲ μᾶλλον οἱ ἐνθυμηματικοί. τὴν δ' αἰτίαν αὐτῶν, καὶ πῶς ἑκατέρῳ χρηστέον, ἐροῦμεν ὕστερον [m]. ¶ 13. Νῦν δὲ περὶ αὐτῶν τούτων μᾶλλον διορίσωμεν καθαρῶς· ἐπεὶ γὰρ τὸ πιθανὸν, τινὶ πιθανόν ἐστι,

h *Analy. Prior. l. 2. c. 23. p. 1.*

i *Topic. l. 1. c. 12.*

k *Coniun. 1. Topic. c. 1. & alibi.*

l *Vide 8. Topic. c. 14 p. 14.*

m *Infrà lib 2. c. 21. p 9. & 10. & lib. 3. c. 17. p. 6.*

ſimilitèr *ſe res habet* : nam exemplū, eſt inductio; Enthymema, Syllogiſmus *eſt*. [z] Ac Enthymema quidèm voco, oratorium ſyllogiſmum; Exemplum verò, Inductionem oratoriā. ¶ 10. [a] Omnes autē *Oratores qui* fidem oſtendendo faciunt, *eam faciunt* aut exempla proferentes, aut Enthymemata; & præter hæc *duo*, nullum quodammodò *genus aliud* : quare ſiquidem etiam omninò neceſſe *eſt*, ſyllogiſmo aut Inductione vtentem, oſtendere quamcunque *rem*, aut *hominem* quemcunque (perſpicuum autem eſt nobis hoc ex Analyticis:) neceſſarium *erit* vtrumque ipſorum, cum vtroque horum idem eſſe. 11. [b] Quæ verò ſit differentia Exempli & Enthymematis, manifeſtum *eſt* ex Topicis (ibi enim de ſyllogiſmo & Inductione dictum eſt prius:) *nempè*, cùm in multis & ſimilibus oſtendatur, *rem* ità *ſe* habere, *vt dicimus*; ibi quidem, Inductionem eſſe; hîc verò, Exemplum: At cùm quibuſdam poſitis, aliud quid ex his euenit præter hæc, eò quòd hæc ſint, vel in vniuerſum, vel plerumque; ibi quidem ſyllogiſmum, hîc verò Enthymema vocari. 12. [c] Manifeſtum verò *eſt* quòd Rhetoricæ forma etiā *ex his duobus* bonis vtrumlibet *in ſe* habeat: nam quemadmodum etiam in methodicis *libris* dictum eſt, & in his ſimilitèr *res ſe* habet: [d] ſunt enim, aliæ quidem orandi rationes, Exemplorum *plenæ*; aliæ verò, Enthymematum: & oratores ſimilitèr, alij quidem, exemplis *delectantur*, alij verò Enthymematibus: [e] àtque ad perſuadendum quidem, non minùs valent orationes, quæ exemplis *rem confirmant*: [f] perturbant verò magis, quæ *conſtant* ex Enthymematibus. Cauſam autem ipſorum, & quomodo vtroque *argumentandi genere ſit* vtendum, dicemus poſteriùs. ¶ 13. [g] Nunc verò de his ipſis *apertiùs* & dilucidiùs definiemus: Quoniam enim, quod appoſitum eſt ad perſua-

z Sed tamen ab ijſdem differunt: ſiquidem Enthymema non ſimplicitèr eſt Syllogiſmus, ſed oratorius; & ſimilitèr exemplum, Inductio oratoria.

a *Alteram cum Syllogiſmo & Inductione in genere*; *penes formam Analyticam*: Quâ ratione, *hæc omninò conueniunt*, & planè eadem ſunt *cum illis*:

b Veruntamen *inter ſeſe* Exemplum & Enthymema *manifeſtè differunt*; ijſdem nimirum differentijs, quib[us] diſtinguuntur Syllogiſmus & Inductio; quorum hæc, ſimulachra quædam ſunt:

c *Corollarium*; Rhetoricæ forma omnis, dotata eſt vtrovis tàm exemplorum, quàm Enthymematum bono:

d Omninò enim, Perorandi rationes, aliæ fuſiores ſunt, quæ exemplis conſtant; Aliæ totæ poſitæ ſunt in Enthymematibus &c.

e Speciatim verò, vtræque rationes æquè ad perſuadendum valent:

f Vehementiùs tamen percellunt enthymemata, vt inuiti etiam, qui audiunt, ad credendum rapiantur.

g Collationes propoſitas iam fuſiùs exponit: *Priorem quidem*, quæ fiebat *cum Syllogiſmo & Inductione Dialectica*; ſic: *Generatim enim*, Cùm propo-

fitiones omnes ad perſuadendũ aptæ, ad aliquẽ perſuadendũ referantur; & * aliæ ſua vi perſuadeant abſque probatione vlteriore; veluti principia:

* Aliæ verò, quòd ipſæ ex alijs fidem acceperunt; quæ propriè dicuntur probabiles:

* Cùmq; omnes artes in obeundo ſuo munere, non ſpectant propoſitiones eas, quæ referuntur ad ſingulas perſonas; ſed eas quæ ad ipſa genera:

h Colligitur, vt, nec alias artes, ità nec *Rhetoricam conſyderare propoſitiones* probabiles eas, quæ ſingulis hominibus videantur, ſed eas *quæ videntur toti alicui generi*, eorum ſc: hominum, qui animo benè affecti ſunt: atque hac in re, conuenit illa cum Dialecticâ:

i Differt autem; Quòd illius propoſitiones, ſint in diſputando; Rhetoricæ verò, in conſultando vtiles.

k *Speciatim verò*, Rhetoricæ officiũ, eſt de ijs quæſtionibus & rebus dicere, de quibus conſultatio inſtituitur; & apud eiuſm. perſonas, qui nequeunt per rationes longinquas ſeu proſyllogiſticas, rem aſſequi:

l Cæterum conſultatio inſtituitur de ijs, quæ contingunt alitèr ſe habere:

m Et rationes proſyllogiſticæ facilè comprehendi nequeunt; Cùm .n. Aliæ concludantur ex ijs, quæ adhuc proſyllogiſmo concluſæ ſunt; Aliæ ex illis quæ non ſunt probabiles:

n Illæ quidem ab auditoribus propter longitudinẽ, facilè comprehendi nequeunt;

o Hæ verò minimè probabiles videntur eſſe.

p Cùm igitur munus Rhetoricæ ſic ſe habeat; & munus

perſuadendum, alicui vt perſuadeat appoſitum eſt: & *. vnum quidẽ, ſtatim *atque auditur*, ſuâ vi appoſitum ad perſuadendum exiſtit atque credibile; * alterũ verò, eò quòd oſtendi videatur ex eiuſmodi: * nulla autem ars conſyderat ſingulare; velut, medicina *non ſpectat*, quid Socrati ſalubre ſit vel Calliæ, ſed quid tali *ægroto in genere*, vel talibus (hoc enim artificioſum *eſt*; ſingulare autem, infinitum, & ſub ſcientiam non cadens:) [h] ne Rhetorica quidem ſingulare probabile intuebitur; veluti Socrati vel Hippiæ; ſed quod talibus: quemadmodum etiam *facit* Dialectica: etenim illa Syllogiſmo concludit, non ex quibuſlibet (apparent enim quædam etiam ijs qui delirant) [i] ſed illa quidẽ, ex ijs quæ *alium* rationem deſyderant; Rhetorica verò, ex ijs quæ in conſultationem vtique venire conſueuerunt. 14. [k] Eſt autem munus ipſius, & de eiuſmodi *rebus*, de quibus conſultamus, arteſque nullas *traditas* habemus, *dicere*: & apud eiuſmodi auditores, qui non poſſunt per multa *interiecta rem* contueri, neque ratiocinari è longinquo. 15. [l] Atqui conſultamus de ijs quæ contingere apparent vtroque modo *ſe* habere: nam de ijs, quæ impoſſibilia *ſunt*, vt aliter vel facta ſint, vel futura ſint, vel *ſe* habeant, nemo conſultat, ſic *ea ſe habere* exiſtimans. (nullum enim alitèr, niſi ſic, *& de eiuſmodi rebus* contingit conſilium dare:) [m] contingit autem concludere ſyllogiſmo, & colligere, alia quidem, ex ſyllogiſmo concluſis priùs; alia verò, ex non concluſis quidem ſyllogiſmo, ſed ſyllogiſmo indigentibus, eò quòd non ſint probabilia: ac neceſſe *eſt* ex iſtis, [n] illud quidem, non eſſe facile ad conſequendum, propter longitudinem: (nam diſceptator ſupponitur eſſe ſimplex:) [o] hæc verò, minùs appoſita ad perſuadendum, quia neque ex confeſſis ſint, neque *ex* probabilibus. 16. [p] Quare neceſſarium

καὶ τὸ μὲν, εὐθὺς ὑπάρχει δι' αὑτὸ πιθανὸν καὶ πιστόν· τὸ δὲ, τῷ δείκνυσθαι δοκεῖν διὰ τοιούτων· οὐδεμία δὲ τέχνη σκοπεῖ τὸ καθ' ἕκαστον [n]· οἷον ἡ ἰατρικὴ, τί Σωκράτει τὸ ὑγιεινόν ἐστιν ἢ Καλλίᾳ, ἀλλὰ τί τῷ τοιῷδε, ἢ τοῖς τοιοῖσδε (τοῦτο γὰρ, ἔντεχνον· τὸ δὲ καθ' ἕκαστον, ἄπειρον καὶ οὐκ ἐπιστητόν·) οὐδὲ ἡ ῥητορικὴ τὸ καθ' ἕκαστον ἔνδοξον θεωρήσει· οἷον Σωκράτει ἢ Ἱππίᾳ· ἀλλὰ τὸ τοιοῖσδε, καθάπερ καὶ ἡ διαλεκτική· καὶ γὰρ ἐκείνη συλλογίζεται, οὐκ ἐξ ὧν ἔτυχε [o]· φαίνεται γὰρ ἄττα καὶ τοῖς παραληροῦσιν· ἀλλ' ἐκείνη μὲν, ἐκ τῶν λόγου δεομένων· ἡ δὲ ῥητορική, ἐκ τῶν ἤδη βουλεύεσθαι εἰωθότων· 14. Ἔστι δὲ τὸ ἔργον αὐτῆς, περί τε τοιούτων περὶ ὧν βουλευόμεθα, καὶ τέχνας μὴ ἔχομεν, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀκροαταῖς οἳ οὐ δύνανται διὰ πολλῶν συνορᾶν, οὐδὲ λογίζεσθαι πόρρωθεν. 15. Βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν φαινομένων ἐνδέχεσθαι ἀμφοτέρως ἔχειν [p]· περὶ γὰρ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἢ γενέσθαι, ἢ ἔσεσθαι, ἢ ἔχειν, οὐδεὶς βουλεύεται, οὕτως ὑπολαμβάνων· οὐδὲν γὰρ πλέον ἢ οὕτως ἐνδέχεται συμβουλεύειν· ἐνδέχεται δὲ συλλογίζεσθαι καὶ συνάγειν, τὰ μὲν, ἐκ συλλελογισμένων πρότερον· τὰ δὲ, ἐξ οὐ συλλογιστῶν μὲν, δεομένων δὲ συλλογισμοῦ, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἔνδοξα· ἀνάγκη δὲ τούτων, τὸ μὲν μὴ εἶναι εὐεπακολούθητον, διὰ τὸ μῆκος· ὁ γὰρ κριτὴς ὑπόκειται εἶναι ἁπλοῦς· τὰ δὲ, μὴ πιθανὰ, διὰ τὸ μὴ ἐξ ὁμολογουμένων εἶναι, μηδ' ἐνδόξων· 16. Ὥστε ἀναγκαῖον τὸ,

n Coniun. Ethic. 2. c. 2. & alib.

o Coniun. 1 Topic. c. 11. p. 9.

p Coniun. Ethic. 3. cap. 5.

τό, τε ἐνθύμημα εἶναι καὶ τὸ παράδειγμα περὶ τῶν ἐνδεχομένων ὡς τὰ πολλὰ ἔχειν καὶ ἄλλως· τὸ μὲν παράδειγμα, ἐπαγωγήν· τὸ δ' ἐνθύμημα, συλλογισμόν· καὶ ἐξ ὀλίγων τε καὶ πολλάκις ἐλαττόνων, ἢ ἐξ ὧν ὁ πρῶτος συλλογισμός· ἐὰν γὰρ ᾖ τι τούτων γνώριμον, οὐδὲν δεῖ λέγειν· αὐτὸς γὰρ τοῦτο προστίθησιν ὁ ἀκροατής· οἷον, ὅτι Δωριεὺς στεφανίτην ἀγῶνα νενίκηκεν, ἱκανὸν εἰπεῖν, ὅτι ὀλύμπια γὰρ νενίκηκε· τὸ δ', ὅτι στεφανίτης τὰ ὀλύμπια, οὐδὲ δεῖ προσθεῖναι· γινώσκουσι γὰρ πάντες. ¶ 17. Ἐπεὶ δ' ἐστὶν, ὀλίγα μὲν τῶν ἀναγκαίων ἐξ ὧν οἱ ῥητορικοὶ συλλογισμοί εἰσι· τὰ γὰρ πολλὰ περὶ ὧν αἱ κρίσεις καὶ αἱ σκέψεις [q], ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν· περὶ ὧν μὲν γὰρ πράττουσι, βουλεύονται [r] καὶ σκοποῦσι· τὰ δὲ πραττόμενα, πάντα τοιούτου γένους ἐστί· καὶ οὐδὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐξ ἀνάγκης τούτων· τὰ δ' ὡς ἐπιτοπολὺ συμβαίνοντα καὶ ἐνδεχόμενα, ἐκ τοιούτων ἀνάγκη ἑτέρων συλλογίζεσθαι· τὰ δ' ἀναγκαῖα, ἐξ ἀναγκαίων· δῆλον δ' ἡμῖν καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν [s]. φανερὸν ὅτι ἐξ ὧν τὰ ἐνθυμήματα λέγεται, τὰ μὲν, ἀναγκαῖα ἔσται· τὰ δὲ, πλεῖστα ὡς ἐπιτοπολύ· λέγεται γὰρ ἐνθυμήματα ἐξ εἰκότων καὶ σημείων· ὥστε ἀνάγκη τούτων ἑκάτερον ἑκατέρῳ ταὐτὸ εἶναι. 18. Τὸ μὲν γὰρ εἰκός ἐστιν [t], ὡς ἐπιτοπολὺ γινόμενον· οὐχ ἁπλῶς δὲ, καθάπερ ὁρίζονταί τινες· ἀλλὰ τὸ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, οὕτως ἔχον πρὸς ἐκεῖνο πρὸς ὃ εἰκός, ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος. 19. Τῶν δὲ σημείων [u], τὸ μὲν, οὕτως ἔχει, ὡς

q *Coniun. lib. de Interpr. c.* 8.

r *Coniun. 3. Ethic. cap.* 3.

s *Analy. Prior. l.* 1. *c.* 8. *p.* 2.

t *Coniun. Analyt. Prior l.* 2. *c.* 28. *p.* 1.

u *Coniun. Analyt. Prior. l.* 2. *cap.* 27.

eſt, cùm Enthymema, tùm exemplum eſſe de ijs quæ contingunt, vt plurimùm etiam aliter *ſe* habere: Exemplum quidẽ, inductionẽ; enthymema verò, ſyllogiſmũ; q & cùm ex paucis *propoſitionibus conſtare*; tùm ſæpè ex paucioribus, quàm *conſtat* primus ſyllogiſmus: ſi enim ſit aliqua *propoſitionum* harum *in Enthymemate vel Inductione*, nota, *hanc* enunciare non eſt opus; quoniam *naturæ ſuæ impulſu* hanc ipſe auditor adiungit: veluti, quòd DORIEVS Coronarium certamen vicit, ſatis *eſt* dicere, quia OLYMPIA vicerit: Illud autem, CORONARIVM *certamen eſſe* Olympia, minimè opus eſt *oratorem* adiungere: cognoſcunt enim omnes. ¶ 17. r Quoniam autem ſunt pauca è neceſſarijs, ex quibus oratorij Syllogiſmi conficiuntur: quàm plurima enim, de quibus iudicia, ac conſyderationes *ſunt*, contingit etiam aliter *ſe* habere: (quæ enim agunt *homines*, de ijs conſultant & conſyderant; quæ verò aguntur, omnia huiuſce generis *ſunt*; & nihil horum, propè dixerim, ex neceſſitate *eſt*:) s ea autem quæ plerunque accidunt & contingunt, neceſſe *eſt* ex alijs huiuſmodi *contingentibus* ſyllogiſmo concludi; ea verò quæ neceſſaria, ex neceſſarijs: (perſpicuum autẽ etiã hoc nobis *eſt* ex Analyticis) t Manifeſtũ *eſt*, eorũ ex quibus Enthymemata ducuntur, alia quidẽ, neceſſaria futura eſſe; plurima verò, quæ plerunq; *ſe habent*: u ducuntur enim Enthymemata ex veriſimilibus & ſignis: vt neceſſe *ſit* horum vtrumq; cum vtroq; idẽ eſſe. 18. x Veriſimile enim eſt, quod plerumque fit; non ſimpliciter autẽ, quemadmodum definiunt nonnulli; ſed quod *ſumitur* de ijs *rebus ſeu quæſtionibus*, quæ contingunt aliter *ſe* habere, ita *ſe* habens ad illud, ad quod *eſt* veriſimile, vt vniuerſale ad *ſuum* ſpeciale. 19. y Ex ſignis autem, vnum quidem, ita *ſe* habet, vt ſingu-

illud in enthymemate & exemplo poſitum ſit: Sequitur, hæc duo, contra atq; Syllogiſmum, & Inductionem, *de quæſtionibus eſſe ijs, quæ contingant aliter ſe habere*;

q Et *conſtare* non ex rationib⁹ proſyllogiſticis, ſed *ex propoſitionibus paucis* &c, ſæpè etiam non niſi ex vna, aut altera &c.

r *Poſterior collatio Enthymemat. & exempli* cum Syllogiſmo & Inductione, *penes formã Analyticam*, diſtinctiùs iam exponitur, *Primùm quidem de Enthymemate*, in hunc modum: Quoniam enim rationes neceſſariæ, ex quibus oratoria argumenta conſtant, pauciores reperiuntur: Nam ea de quibus oratores dicunt, plæraq; omnia ſunt contingentia; pauca verò, aut nulla ferè neceſſaria: s Atqui contingentia ex rationibus contingentibus, illaſi vi concludi ſolent; neceſſaria verò ex neceſſarijs:

t Sequitur; rationes illas, ex quibus oratoria Enthymemata ducuntur, *alias eſſe neceſſarias*; *alias, quæ plerunq; ſe habent*.

u Hæ autem rationes, eædem ſunt cũ *Veriſimilibus, & Signis*.

x *Veriſimile* enim, eſt ratio, ſeu id quod plærnnque fit, in ijs quæ contingunt in vtramque partem: & habet ſe, vt vniuerſale ad Speciale.

y *Signorum* autem Species colliguntur diſtinctionibus duabus 1: *Alind ſignum* ſe habet, vt

ſingulare ad vniuerſale; Aliud *è contra.*

z *Secunda eſt ſubdiſtinctio: Horum enim,* Aliud, eſt *Neceſſarium*; diciturq; Tecmerium; Aliud, *non neceſſarium.*

a *Quod ad ſubdiſtinctionem*; ea ſigna ſunt neceſſaria, ex quibus *fit ſyllogiſmus*, qui vitio caret: è contra, ea non neceſſaria, ex quibus *fit Paralogiſmus.*

b *Quod ad diſtinctionem attinet*; ſignum illud, quod eſt *vt ſingulare ad vniuerſale*; Aliud eſt *in tertia figura:*


ſingularium aliquid ad vniuerſale; alterũ verò, vt vniuerſale aliquid ad ſpeciale: z Horum autem *ſignorum* illud quidem, quod neceſſarium *eſt*; Tecmerium *vocatur*: at quod non *eſt* neceſſarium, nomine *ſpeciali* caret, *quod* differentiam *ipſius à ſuperiori ſigno exprimat.* 20. a Ac neceſſaria quidẽ voco *ea*, ex quibus fit ſyllogiſmus: Quamobrem etiam huiuſmodi ſignũ *neceſſarium*, eſt Tecmerium: cùm enim *oratores* putent non contingere, vt *aduerſarius id* ſoluat, quod *ab ipſis* dictum eſt, tunc putant *à ſe* allatum eſſe Tecmerium, tanquam oſtenſum *planè ſit*, & terminatum: quia Tecmar & terminus idem eſt, iuxta antiquam *Græcorum* linguam. 21. b Ex ſignis autem illud quidem, *quod eſt* vt ſingulare ad vniuerſale, ità *ſe habet*; veluti, ſi quis diceret, ſignum eſt, SAPIENTES eſſe iuſtos, quia SOCRATES ſapiens erat & iuſtus.

τῶν καθ' ἕκαστόν τι πρὸς τὸ καθόλου· τὸ δέ, ὡς τῶν καθόλου τι πρὸς τὸ κατὰ μέρος. τούτων δέ, τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τεκμήριον· τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον, ἀνώνυμόν ἐστι κατὰ τὴν διαφοράν. 20. Ἀναγκαῖα μὲν οὖν λέγω, ἐξ ὧν γίνεται συλλογισμός· διὸ καὶ τεκμήριον τὸ τοιοῦτον τῶν σημείων ἐστίν· ὅταν γὰρ μὴ ἐνδέχεσθαι οἴωνται λῦσαι τὸ λεχθέν, τότε φέρειν οἴονται τεκμήριον, ὡς δεδειγμένον καὶ πεπερασμένον· τὸ γὰρ τέκμαρ καὶ πέρας ταὐτόν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν. 21. Ἔστι δέ, τῶν σημείων, τὸ μέν, ὡς τὸ καθ' ἕκαστον πρὸς τὸ καθόλου, ὧδε· οἷον εἴ τις εἴπειεν σημεῖον εἶναι, ὅτι οἱ σοφοὶ δίκαιοι· Σωκράτης γὰρ σοφὸς ἦν καὶ δίκαιος·

Syllogiſmus inutilis in 3. figurâ.

σ ϖ
I. *Socrates eſt iuſtus:*
σ ϱ
I. *Socrates eſt ſapiens: ergo*
ϱ ϖ
A. *Sapiens eſt iuſtus.*

Iuſtus



Sap. Socr.

Signum ſolubile in tertiâ figurâ.

Socrates eſt iuſtus.

----------*ergo*

Sapiens eſt iuſtus.

c Eſtque hæc ſigni ſpecies, ſolubilis; quia non eſt ſyllogiſtica.

d Aliud eſt *in prima figura*; eſtque ſignum inſolubile, quod ſolùm appellatur Tecmerium.

c Atq; hoc quidẽ, ſignũ eſt; ſed ſolui poteſt, etiamſi verũ ſit *id quod* dictum *eſt*: non .n. *veram* ſyllogiſmi formã *hoc* ſeruat. 22. d Hoc autẽ, veluti, ſi quis diceret, ſignũ *eſſe* ALIQVEM ægrotare, quia FEBRIM habet; vel *Aliquam* peperiſſe, quia LAC *in vberibus* habet, *eſt ſignũ* neceſſarium; id quod è ſignis omnibus ſolùm eſt Tecmeriũ: ſolum enim ſi verum ſit, ſolui non poteſt.

τοῦτο μὲν οὖν σημεῖόν ἐστι· λυτὸν δέ, κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ εἰρημένον· ἀσυλλόγιστον γάρ· 22. Τὸ δ', οἷον εἴ τις εἴπειε σημεῖον ὅτι νοσεῖ, πυρέττει γάρ· ἢ τέτοκεν· ὅτι γάλα ἔχει, ἀναγκαῖον· ὅπερ τῶν σημείων τεκμήριον μόνον ἐστί· μόνον γὰρ ἂν ἀληθὲς ᾖ, ἄλυτόν ἐστι·

Syllogi-

Syllogiſmus vtilis in prima figurâ.		*Tecmerium, quod eſt inſolubile in prima figura.*
β α		
Da. *Qui febrim habet, ægrotat.*	*Aegrot.* α	--------------
γ β		
Ri. *Quidam habet febrim: ergo*	β *Febrĩ habens* γ	*Quidã habet febrim : ergo*
γ α		
I. *Quidam ægrotat.*	*Quidam*	*Quidam ægrotat.*

23. Τὸ δὲ, ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος ἔχον· οἷον εἴ τις εἴπειεν, ὅτι πυρέττει, σημεῖον εἶναι· πυκνὸν γὰρ ἀναπνεῖ·

23. [e] Illud autem *genus*, quod *ſe habet*, vt vniuerſale ad ſuũ particulare, *ita eſt*; veluti ſi quis diceret, ALIQVEM febri laborare, ſignum eſſe, quia FREQVENTER anhelat.

[e] *Signum autem, vt vniuerſale ad ſpeciale, eſt in ſecunda figura:*

Syllogiſmus inutilis in ſecundâ figurâ.		*Signum ſolubile in ſecundâ figurâ.*
ν μ		
A. *Qui febri laborat, frequenter anhelat:*	*Febri lab. Frequ. anh.*	----------------
ξ μ		
I. *Aliquis frequenter anhelat:*	ν μ	*Aliquis frequenter anhelat : ergo*
ξ ν *ergo*	ξ	
I. *Aliquis febri laborat.*	*Aliquis*	*Aliquis febri laborat.*

λυτὸν δὲ καὶ τοῦτο, κἂν ἀληθὲς ᾖ· ἐνδέχεται γὰρ καὶ μὴ πυρέττοντα πνευστιᾶν. τί μὲν οὖν εἰκός ἐστι, καὶ τί σημεῖον, καὶ τί τεκμήριον, καὶ τί διαφέρουσιν, εἴρηται μὲν καὶ νῦν· μᾶλλον δὲ φανερῶς καὶ περὶ τούτων, καὶ διὰ τὴν αἰτίαν, τὰ μὲν, ἀσυλλόγιστά ἐστι· τὰ δὲ συλλελογισμένα, ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς [x] διώρισται περὶ αὐτῶν. 24. Παράδειγμα δὲ, ὅτι μὲν ἐστὶν ἐπαγωγὴ, [y] καὶ περὶ ποῖα ἐπαγωγὴ [z], εἴρηται· ἔστι δὲ, οὔτε ὡς μέρος πρὸς ὅλον, οὔτε ὡς ὅλον πρὸς μέρος, οὔτε ὡς ὅλον πρὸς ὅλον· [a] ἀλλ' ὡς μέρος πρὸς μέρος, ὅμοιον πρὸς ὅμοιον, ὅταν ἄμφω μὲν ᾖ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος· γνωριμώτερον δὲ θάτερον ᾖ θατέρου, παρά-

[x] *Analyt. Prior. l. 2. c. 27.*
[y] *Supra par. 9.*
[z] *Supra par. 16.*
[a] *Coniun. Analyt. Prior. l. 2. ca. 24. ſ. 4.*

[f] Solui autem poteſt etiam hoc, tametſi verum ſit: Contingit enim, etiam non laborantem febri, anhelitu premi. Quid igitur veriſimile ſit, & quid ſignũ & quid Tecmeriũ, & quid differant inter ſe, dictum quidem eſt etiam in præſenti: Apertiùs verò etiam de his *omnibus*, & quâ de causâ alia *ex iſtis* ſyllogiſmi formam non ſeruent, alia ſyllogiſmo *vero* concluſa ſint, in Analyticis *accuratè* definitum eſt de ipſis. 24. [g] Exemplum verò, quòd inductio quidem ſit, & circa quales *res ſit* inductio, *antea* dictum eſt: Eſt autem, [h] neque vt pars ad totum *ſe habens*, neque vt totum ad partem, neque vt totum ad totum; ſed [i] *quod eſt*, vt pars ad partem, ſimile ad ſimile, cùm ambo quidem ſubſint eidem generi, ſed notius alterum ſit altero, *id, inquam*, eſt exemplum:

[f] Eſtque hæc ſigni ſpecies etiam ſolubilis.

[g] Expoſitâ Enthymêmatis formâ Analyticâ; ſequitur *forma exempli*; de quo Quòd ſit inductio, & de Quibus, antea docuimus parr. 16. Nunc tenendum; Quid ſit,

[h] Tum *negatiuè*; Quatenùs ſcilicet differt à ſyllogiſmo & ſignis, &c.

[i] Tum *poſitiuè*: eſt enim ſe habens, vt ſimile ad ſimile, &c; cùm ambo eidem generi ſubijciuntur, &c.

k Illuſtratio, tùm *priorìs partis definitionis*, ab exemplis; de Dionyſio ſatellitium corporis ſui petente, &c.

l Tùm *poſterioris*.

emplū: [k] veluti, Quod TYRANNIDEM affectet Dionyſius, cùm cuſtodiā poſtulet: etenim PISISTRATVS priùs affectans, poſtulauit cuſtodiā, & cùm obtinuiſſet, tyrannidem *Athenis* occupauit: & THEAGENES, Megaris: Et alij, quoſcunque *idem factitaſſe* ſciunt, exemplum omnes fiunt Dionyſij, quem nondum ſciunt *homines*, an ob hanc cauſam petat; *ſcilicet, vt tyrannidem occupet*: [l] Omnia autem hæc *ſubſunt* eidem vniuerſali; Quòd AFFECTAT *is* tyrannidem, *qui* cuſtodiam petit. Ac ex quibus quidem ducatur, quæ videtur eſſe fides demonſtratiua, dictum eſt.

δειγμά ἐστιν· οἷον, ὅτι ἐπιβουλεύει τυραννίδι Διονύσιος, αἰτῶν τὴν φυλακήν [b]· καὶ γὰρ Πεισίστρατος πρότερον ἐπιβουλεύων, ᾔτει φυλακήν, καὶ λαβὼν ἐτυράννησε· καὶ Θεαγένης, ἐν Μεγάροις [c]· καὶ ἄλλοι ὅσους ἴσασι, παράδειγμα πάντες γίνονται τοῦ Διονυσίου, ὃν οὐκ ἴσασί πω, εἰ διὰ τοῦτο αἰτεῖ· πάντα δὲ ταῦτα ὑπὸ τὸ αὐτὸ καθόλου, ὅτι ὁ ἐπιβουλεύων τυραννίδι, φυλακὴν αἰτεῖ. ἐξ ὧν μὲν οὖν λέγονται αἱ δοκοῦσαι εἶναι πίστεις ἀποδεικτικαί, εἴρηται.

b Coniun. 3. Polit. ca. 15.

c Coniun. 5. Polit. c. 5.

De Enthymematibus proprijs & communibus: deq́ tribus orationum generibus.

CAP. III.

Enthymematica fides duplex; Vna propria ex formis proprijs; Altera communis ex locis communibus ducta, à Part. 1. vndè colligitur methodus operis ſequentis, vt priùs dicatur de formis, Part. 5. Genera orationum eſſe tria, à Part. 7. Fines ſingulorum ſeu Quæſtiones proprias, eſſe tres, à Part. 11. De quibus propoſitiones ſeu formæ propriæ ſumendæ ſunt, Part. 15. Quæſtiones alias eſſe generum communes, de quibus itidem ſumendæ ſunt quædam formæ, Part. 16.

a Præmit. Enthymemat. apud Rhetores, ſicut & Syllogiſmor. apud Logicos, duo eſſe genera:

b Alia ſunt *Oratoria ſeu Dialectica tantùm*; quippe quibus ſolùm vtitur Rhetorica ſeu Dialectica; interim vt ſint alijs artibus communia:

c Alia ſunt *ex ſingularum artium & facultatum proprijs rationib. formata*: Quib. etiā Oratori vel Dialect. vti conceditur, ſi modicè id faciat.

d Hinc, *Iſta propria*, ſæpè auditorib. falsò putantur Oratoria vel Dialectic. & * Rhetores vel Dialectici, dùm immodicè ipſa proferunt, excūt è finib. ſuis, & perſonā quam profitentur, exuunt.

e Diſtinctionem propoſitam apertiùs explicat: Syllogiſmi enim *illi Dialectici, & Enthymemata Oratoria* ſunt ea, quæ immediatè continentur, & ducuntur ſolùm à communibus locis.

[a] ENthymematum verò magna eſt differentia, & quæ propè omnes maximè latuit; ea quæ etiā *eſt* ſyllogiſmorū in Dialecticâ methodo: [b] Ipſorū enim alia quidē, ſecundum *facultatē* Rhetoricā ſe habent (ſicut etiam ſyllogiſmorū *alij*, ſecundùm Dialecticā methodū;) [c] alia verò, ſecundùm alias artes & facultates *ſingulas*, partìm extantes, partìm nondùm compertas. [d] Quamobrē etiā *oratores vel Dialectici ipſi per Enthymemata hæc, quæ ſingularū artiū propria ſunt* & facilè fallunt auditores, & * dū magis attingunt *ea*, quàm par eſt, tranſeunt à ſeipſis, *i. à Rhetorica vel Dialectica, in eā artē, cuius illa ſunt propria*. 2. [e] Magis autē apertum erit quod dicitur, *ſi id* pluribus *fuerit* explicatū: Dico enim & Dialecticos & Rhetoricos ſyllogiſmos eſſe, de quibus locos dicimus:

ΤΩν δὲ ἐνθυμημάτων μεγάλη διαφορά, καὶ μάλιστα λεληθυῖα σχεδὸν πάντας, ἐστίν, ἥπερ καὶ περὶ τὴν διαλεκτικὴν μέθοδον τῶν συλλογισμῶν· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν, ἐστὶ κατὰ τὴν ῥητορικήν, ὥσπερ καὶ κατὰ τὴν διαλεκτικὴν μέθοδον τῶν συλλογισμῶν· τὰ δέ, κατ' ἄλλας τέχνας καὶ δυνάμεις, τὰς μέν, οὔσας· τὰς δέ, οὔπω κατειλημμένας· διὸ καὶ λανθάνουσί τε τοὺς ἀκροατάς, καὶ μᾶλλον ἁπτόμενοι κατὰ τρόπον, μεταβαίνουσιν ἐξ αὐτῶν. 2. Μᾶλλον δὲ σαφὲς ἔσται τὸ λεγόμενον, διὰ πλειόνων ῥηθέν· λέγω γὰρ διαλεκτικούς τε καὶ ῥητορικοὺς συλλογισμοὺς εἶναι, περὶ ὧν τοὺς τόπους λέγομεν· ἔτι

δ'

δ' εἰσὶν οἱ κοινῇ περὶ δικαίων, καὶ φυσικῶν, καὶ περὶ πολιτικῶν, καὶ περὶ πολλῶν διαφερόντων τῷ εἴδει· οἷον, ὁ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον τόπος· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ἔσται ἐκ τούτου συλλογίσασθαι, ἢ ἐνθύμημα εἰπεῖν περὶ δικαίων, ἢ φυσικῶν, ἢ περὶ ὁτουοῦν· καίτοι ταῦτα εἴδει διαφέρει. 3. Ἴδια δὲ, ὅσα ἐκ τῶν περὶ ἕκαστον εἶδος καὶ γένος προτάσεών ἐστιν· οἷον, περὶ φυσικῶν εἰσὶ προτάσεις, ἐξ ὧν οὔτε ἐνθύμημα, οὔτε συλλογισμός ἐστι περὶ τῶν ἠθικῶν· καὶ περὶ τούτων ἄλλαι, ἐξ ὧν οὐκ ἔσται περὶ τῶν φυσικῶν· ὁμοίως δὲ τοῦτο ἔχει ἐπὶ πάντων. 4. Κἀκεῖνα μὲν οὐ ποιήσει περὶ οὐδὲν γένος ἔμφρονα· περὶ οὐδὲν γὰρ ὑποκείμενόν ἐστι· ταῦτα δὲ, ὅσῳ τις ἂν βέλτιον ἐκλέγηται τὰς προτάσεις, λήσει ποιήσας ἄλλην ἐπιστήμην τῆς διαλεκτικῆς καὶ ῥητορικῆς· ἂν γὰρ ἐντύχῃ ἀρχαῖς, οὐκ ἔτι διαλεκτικὴ, οὐδὲ ῥητορικὴ, ἀλλ' ἐκείνη ἔσται ἧς ἔχει τὰς ἀρχάς. ¶ 5. Ἔστι δὲ τὰ πλεῖστα τῶν ἐνθυμημάτων ἐκ τούτων τῶν εἰδῶν λεγόμενα, τῶν κατὰ μέρος καὶ ἰδίων· ἐκ δὲ τῶν κοινῶν, ἐλάττω. καθάπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς, [a] καὶ ἐνταῦθα διαιρετέον τῶν ἐνθυμημάτων τά τε εἴδη καὶ τοὺς τόπους, ἐξ ὧν ληπτέον. 6. Λέγω δὲ, εἴδη μὲν, τὰς καθ' ἕκαστον γένος ἰδίας προτάσεις· τόπους δὲ, τοὺς κοινοὺς ὁμοίως πάντων· πρότερον οὖν εἴπωμεν περὶ τῶν εἰδῶν. ¶ 7. Πρῶτον δὲ λάβωμεν τὰ γένη τῆς ῥητορικῆς, ὅπως διελόμενοι πόσα ἐστὶ, περὶ δὲ τούτων χωρὶς λαμβάνωμεν τὰ στοιχεῖα καὶ τὰς προτάσεις. 8. Ἔστι δὲ τῆς ῥητορικῆς εἴδη τρία τὸν ἀριθμόν. τοσοῦτοι

[a] *Top. l. 2. & ſeq. per totum.*

[f] hij autē *loci* ſunt ij, qui communitèr *ſumi ſolent, tùm* de iuſtis, & naturalibus, & de ciuilibus; tùm de multis differentibus ſpecie, *quæ ſunt artium diuerſarum*: veluti, locus de Magis, & de Minùs *veriſimili*: nihilo enim magis licebit ex hoc *loco* ſyllogiſmum formare, aut Enthymema proferre de *rebus* iuſtis vel naturalibus, quàm de *alia re* quacumque: quanquam hæ quoq; res, *iuſtæ ſc: vel naturales*, ſpecie *inter ſe* differunt. 3. [g] Proprij verò *Syllogiſmi ſunt*, quicumque ex propoſitionibus vnicuiq; ſpeciei aut generi *inſitis* conſtant: veluti, de naturalibus ſunt propoſitiones, ex quibus neque Enthymema, neq; ſyllogiſmus eſt de moralibus: & de his aliæ, ex quibus non erit de naturalibus: ſimilitèrq; hoc *ſe* habet in omnibus. 4. [h] Atq; illa quidem, *communia*, non efficient *te* in aliquo genere peritum: quia circa nullam *certā* materiam *occupatæ* ſunt: [i] hæc verò, *proprias ſcilicet* propoſitiones, quantò quis meliora ſeligat, clàm efficiet diuerſam ſcientiam à Dialecticâ & Rhetoricâ: nam ſi incidat in principia *alicuius ſcientiæ*, iam non eſt *facultas* Dialectica, neq; Rhetorica; ſed illa euadet *ſcientia*, cuius principijs vtitur. ¶ 5. [k] Sunt autem plurima Enthymemata ex his ducta formis, quæ ſpeciales *ſunt* & propriæ; ex communibus verò *locis*, pauciora. [l] Itaq; quemadmodū etiam in Topicis *fecimus, ità* & hîc, diſtinguendæ *ſunt* enthymematū & formæ, & loci, ex quibus ſumenda *illa ſint*. 6. Voco autem, [m] formas quidem, ſecundum quodq; *orationis* genus proprias propoſitiones; [n] locos verò, qui paritèr ſunt omniū *generum* communes. [o] Priùs igitur dicamus de formis *quàm de locis cōmunibus*. ¶ 7. [p] Primùm autē aſſumamus genera Rhetoricæ, vt, *poſtquam hæc* diſtinxerimus, quot ſint, de his quidē, ſeparatìm aſſumamus *ipſorum* elementa & propoſitiones proprias. 8. [q] Genera autem Rhetoricæ, ſunt numero tria: Totidē namque

[f] *Loci communes* qui.

[g] Syllogiſmi autem *ſingularū artium proprij*, ſunt ij, qui conſtant ex propoſitionibus earundem artium proprijs; quæ quidem ad artes alias tranſferri nequeunt; quales ſunt Propoſition. Phyſicæ, Ethicæ, &c.

[h] *Communes etiam loci*, ex quibus ſyllogiſmi Dialectici vel Oratorij petuntur, tametſi multos, multoſque didiceris, nunquā facient te in vlla arte verè & Analyticè eruditum: [i] *Propoſitiones autem proprias* quò quis exquiſitiores capeſſit, clam aberrat ab arte Rhetoricâ vel Dialectica; ſiquidem propoſitiones illæ, quibus iam vtitur, non ſunt communia, ſed artis alicuius ſpecialis propria.

[k] His vſq; à part. 1. præmiſſis; methodus ſequer. ſic colligitur. Enthymemata ex propoſitionibus ducta, plura ſunt; ex communibus locis, perpauca.

[l] Ergo in opere ſequenti, ſigillatim recenſendæ erunt tùm *propoſitiones* ſeu formæ, tùm etiam *loci*:

[m] Atqui *formæ* ſunt propriè propoſit. in quoque ſpeciali genere adhibitæ, Deliber. Demonſtrat. Iudiciali:

[n] *Loci*, non magis huic quàm illi materiei addicti ſunt:

[o] Priùs igitur ex naturæ ordine dicamus de *formis*:

[p] Imprimis autem præſumenda ſunt *ſpecialia orationum genera*; de quibus ſumendæ ſunt formæ propriæ, &c.

[q] *Genera hæc tria eſſe, & quæ illa ſint*, probat ratione triplici:

Ab auditoribus; Ab ijs qui dicunt; à rebus ipſis earumque temporibus: Prçter hæc tria, *fines* etiam ſunt in vnoquoque genere; verùm illi ad Auditores propriè referuntur.

1 *r Auditores tres ſunt.* Concio; Iudex; Auſcultator:

ſ Vnde colligitur, tria eſſe genera, *Deliberatiuum, Demonſtratiuum, Iudiciale.*

2 *t Ex ijs qui dicunt, eorumq́; officijs diuerſis*, quæ ter bina ſunt, diſtinguuntur hæc tria genera: Deliberationis enim duo ſunt officia ſeu partes; *Hortatio & Dehortatio.*

u Iudicij etiam duæ; *Accuſatio & Defenſio.*

x Demonſtratiui itidem generis partes duæ; *Laudatio & Vituperatio.*

3 *y Ex rebus ipſis ſecundùm tres temporum differentias ſpectatis* diſtinguuntur etiam tria genera:

Deliberans enim diſceptat *de rebus futuris*;

z In Iudicijs & foro dicenti propoſitæ ſunt *res præteritæ*;

a Demonſtratiui generis diſceptatio propriè eſt *de rebus & factis præſentibus*;

b Interdum tamen, minuſq; propriè de præteritis vel futuris.

c *Fines autem (quos ad Auditorem referri antea dixit)* dicentibus tribus propriè proponuntur tres: quamuis quandoque admiſcent aliorum generum fines:

d Proprius enim deliberanti finis, eſt *vtile & pernicioſum*;

e Ei qui in Iudicijs verſatur, *Iuſtum & iniuſtum*;

namque exiſtunt etiam Auditores orationum: *Omnis* enim oratio ex tribus conſtat, tùm ex eo qui loquitur, tùm *ex re* de qua loquitur, tùm *ex eo* ad quem: Ac finis *eius qui dicit*, ad hunc refertur, intelligo, ad Auditorē: r Neceſſe autem *eſt* Auditorem, aut Auſcultatorem *quendam* eſſe, aut Diſceptatorem; & quidem diſceptatorē aut præteritorum, aut futurorum: eſt verò qui futura diſceptat, veluti qui in concione audit; qui præterita, veluti Iudex; qui facultatem *& vim Oratoris*, velut Auſcultator: ſ Quare ex neceſſitate tria erunt genera Orationum Oratoriarum; Deliberatiuum, Iudiciale, Demonſtratiuū. 9. t Deliberationis autē, vna quidem *pars, eſt* Hortatio; altera, Dehortatio: ſemper enim tùm qui priuatim deliberant, tùm qui publicè concionantur, horum alterum faciunt: u Iudicij verò, vna *pars*, accuſatio; altera, defenſio: horum enim alterutrum facere neceſſe *eſt*, *eos* qui controuerſantur: x at Demonſtratiui, vna *pars, eſt* laudatio; altera, vituperatio. 10. y Tempora verò vniuſcuiuſq; horum *accommodata* ſunt, deliberanti quidem, futurum: nam de futuris deliberat, vel hortando, vel dehortando: z iudicia verò tractanti, præteritum: nam de rebus factis ſemper, vnus accuſationem, alter defenſionem inſtituit. a At in demonſtrando *verſanti*, maximè proprium quidem *eſt* præſens: nam ſecundum ea quæ inſunt, laudant, aut vituperant omnes: b Sed *tamen* adhæc vtuntur ſæpè *alijs temporibus duobus*, & præterita *ſcilicet* in memoriam reuocantes, & de futuris coniecturam facientes. ¶ 11. c Finis autem ſingulis his *dicentibus* diuerſus eſt; & tribus ſunt tres: d deliberanti quidem, vtile & pernicioſum: qui enim adhortatur, *rem* ſuadet, vt meliorem; qui dehortatur, diſſuadet, vt deteriorem: Alios verò etiam *fines* ad hunc ſimul aſſumit, vel iuſtum aut iniuſtum, vel honeſtum aut turpe: e Iudicia verò

γὰρ καὶ οἱ ἀκροαταὶ τῶν λόγων ὑπάρχουσιν ὄντες· σύγκειται μὲν γὰρ ἐκ τριῶν ὁ λόγος, ἔκ τε τοῦ λέγοντος, καὶ περὶ οὗ λέγει, καὶ πρὸς ὅν· καὶ τὸ τέλος πρὸς τοῦτόν ἐστι, λέγω δὲ τὸν ἀκροατήν· ἀνάγκη δὲ τὸν ἀκροατὴν, ἢ θεωρὸν εἶναι, ἢ κριτήν· κριτὴν δὲ, ἢ τῶν γεγενημένων, ἢ τῶν μελλόντων· ἔστι δ', ὁ μὲν περὶ τῶν μελλόντων κρίνων, οἷον ἐκκλησιαστής· ὁ δὲ περὶ τῶν γεγενημένων, οἷον ὁ δικαστής· ὁ δὲ περὶ τῆς δυνάμεως, οἷον ὁ θεωρός· ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη τρία γένη τῶν λόγων τῶν ῥητορικῶν, συμβουλευτικὸν, δικανικὸν, ἐπιδεικτικόν. 9. Συμβουλῆς δὲ, τὸ μὲν, προτροπή· τὸ δὲ, ἀποτροπή· ἀεὶ γὰρ καὶ οἱ ἰδίᾳ συμβουλεύοντες, καὶ οἱ κοινῇ δημηγοροῦντες, τούτων θάτερον ποιοῦσι· δίκης δὲ, τὸ μὲν, κατηγορία· τὸ δὲ, ἀπολογία· τούτων γὰρ ὁποτερονοῦν ποιεῖν ἀνάγκη τοὺς ἀμφισβητοῦντας· ἐπιδεικτικοῦ δὲ, τὸ μὲν, ἔπαινος· τὸ δὲ, ψόγος. 10. Χρόνοι δὲ ἑκάστου τούτων εἰσὶ, τῷ μὲν συμβουλεύοντι, ὁ μέλλων· περὶ γὰρ τῶν ἐσομένων συμβουλεύει, ἢ προτρέπων, ἢ ἀποτρέπων· τῷ δὲ δικαζομένῳ, ὁ γενόμενος· περὶ γὰρ τῶν πεπραγμένων ἀεὶ, ὁ μὲν, κατηγορεῖ· ὁ δὲ, ἀπολογεῖται· τῷ δ' ἐπιδεικτικῷ, κυριώτατος μὲν ὁ παρών· κατὰ γὰρ τὰ ὑπάρχοντα ἐπαινοῦσιν, ἢ ψέγουσι πάντες. προσχρῶνται δὲ πολλάκις καὶ τὰ γενόμενα ἀναμιμνήσκοντες, καὶ τὰ μέλλοντα προεικάζοντες. ¶ 11. Τέλος δὲ ἑκάστοις τούτων ἕτερόν ἐστι· καὶ τρισὶν οὖσι, τρία· τῷ μὲν συμβουλεύοντι, τὸ συμφέρον καὶ βλαβερόν· ὁ μὲν γὰρ προτρέπων, ὡς βέλτιον συμβουλεύει· ὁ δὲ ἀποτρέπων, ὡς χεῖρον ἀποτρέπει· τὰ δ' ἄλλα πρὸς τοῦτο συμπαραλαμβάνει, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, ἢ καλὸν ἢ αἰσχρόν· τοῖς δὲ δικαζομέ-

δικαζομένοις, τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον· τὰ δ᾽ ἄλλα καὶ οὗτοι συμπαραλαμβάνουσι πρὸς ταῦτα· τοῖς δὲ ἐπαινοῦσι καὶ ψέγουσι, τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρόν· τὰ δ᾽ ἄλλα καὶ οὗτοι πρὸς ταῦτα ἐπαναφέρουσι. 12. Σημεῖον δὲ, ὅτι τὸ εἰρημένον, ἑκάστοις τέλος· περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἐνίοτε οὐκ ἂν ἀμφισβητήσαιεν· οἷον, ὁ δικαζόμενος, ὡς οὐ γέγονεν, ἢ ὡς οὐκ ἔβλαψεν· ὅτι δ᾽ ἀδικεῖ, οὐδέποτ᾽ ἂν ὁμολογήσαιεν· οὐδὲν γὰρ ἂν ἔδει δίκης· 13. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ συμβουλεύοντες, τὰ μὲν ἄλλα πολλάκις προΐενται· ὡς δὲ ἀσύμφορα συμβουλεύουσιν, ἢ ἀπ᾽ ὠφελίμων ἀποτρέπουσιν, οὐκ ἂν ὁμολογήσαιεν· ὡς δ᾽ οὐκ ἄδικον τοὺς ἀστυγείτονας καταδουλοῦσθαι, καὶ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας, πολλάκις οὐδὲν φροντίζουσιν· 14. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἐπαινοῦντες, καὶ οἱ ψέγοντες, οὐ σκοποῦσιν εἰ συμφέροντα ἔπραξεν, ἢ βλαβερά· ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπαίνῳ πολλάκις τιθέασιν, ὅτι ὀλιγωρήσας τοῦ αὑτῷ λυσιτελοῦντος, ἔπραξέ τι καλόν· οἷον Ἀχιλλέα ἐπαινοῦσιν, ὅτι ἐβοήθησε τῷ ἑταίρῳ Πατρόκλῳ, εἰδὼς ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἐξὸν ζῆν· τούτῳ δὲ, ὁ μὲν τοιοῦτος θάνατος, κάλλιον· τὸ δὲ ζῆν, συμφέρον. ¶ 15. Φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἀνάγκη περὶ τούτων ἔχειν πρῶτον τὰς προτάσεις· τὰ γὰρ τεκμήρια, καὶ τὰ εἰκότα, καὶ τὰ σημεῖα, προτάσεις εἰσὶ ῥητορικαί· ὅλως μὲν γὰρ συλλογισμὸς ἐκ προτάσεών ἐστι· τὸ δ᾽ ἐνθύμημα, συλλογισμός ἐστι, συνεστηκὼς ἐκ τῶν εἰρημένων προτάσεων. ¶ 16. Ἐπεὶ δὲ οὔτε πραχθῆναι οἷόν τε, οὔτε πραχθήσεσθαι τὰ ἀδύνατα, ἀλλὰ τὰ δυνατά· οὐδὲ τὰ μὴ γενόμενα, ἢ μὴ ἐσόμενα, οὐχ οἷόν τε, τὰ μὲν, πεπρᾶχθαι· τὰ δὲ, πραχθήσεσθαι· ἀναγκαῖον καὶ τῷ συμβουλεύοντι καὶ τῷ δικαζομένῳ, καὶ τῷ ἐπιδεικτι-

tractantibus, iuſtum & iniuſtum: alios verò etiam hi ſimul aſſumunt ad hos: [f] At laudantibus & vituperantibus, honeſtũ & turpe: alios autem & hi ad hos *fines* referunt. 12. [g] Quòd autem ſingulis *dicentibus* fines *iam* dicti, *ſint propoſiti*, *illud* indicio *eſt*: Nam de alijs quidẽ *finibus* interdùm non controuerſarentur ij, *qui litigant*; velut, qui iudicio *prouocatus*, quòd *res* facta non ſit, vel quòd *ipſe* non nocuerit, *interdùm non negat*; at *ſe* iniuſtè feciſſe, nunquam confitebitur: Ità enim nihil eſſet opus iudicio. 13. [h] Similitèr verò etiam qui deliberant, alia quidem ſæpenumerò dimittunt; *ſe* verò inutilia conſulere, aut ab vtilibus dehortari, non confitebuntur: Quin & non iniuſtum *eſſe*, finitimos & nullam iniuriam inferentes in ſeruitutem redigere, *id* ſępè non verentur *aſſerere*. 14. [i] Simili modo etiam qui laudant, & qui vituperant, non conſyderant vtiliáne egerit, an pernicioſa; ſed & in laude ſæpè ponunt, *aliquem*, neglecto eo, quod ſibi prodeſſet, honeſtum aliquod *facinus* feciſſe: [k] velut Achillem laudant, quòd adiuuerit ſodalem Patroclum, cùm ſciret ſe, *ſi hoc feciſſet*, mori oportere, *cùm alioqui ipſi* liceret viuere: at illi, eiuſmodi quidem mors, honeſtius *quiddam fuit*; ſed viuere, *fuiſſet* vtile. ¶ 15. [l] Manifeſtum autem *eſt* ex ijs quæ dicta ſunt, neceſſe *oratori eſſe*, de *finibus* his vt primùm habeat propoſitiones: Tecmeria enim, & veriſimilia, & ſigna, propoſitiones ſunt oratoriæ: etenim omninò ſyllogiſmus ex propoſitionibus conſtat: Enthymema verò, ſyllogiſmus eſt, conſtitutus ex ijs, quæ dictæ ſunt, propoſitionibus. ¶ 16. [m] Quoniam autem euenire nequit, vt facta ſint, vel in futurum facta fuerint, *quæ* impoſſibilia *ſunt*, ſed *quæ* poſſibilia; neq; ea quæ non facta *ſunt*, nec erunt, euenire poteſt, vt facta ſint, aut vt *in futurum* facta fuerint: Neceſſariũ eſt tùm deliberanti, tùm iudicia tractanti, tùm in demonſtrando verſanti, habere

D pro-

[f] Laudanti & vituperanti, *Honeſtum & turpe.*

[g] Quod autem hij ſunt proprij ſingulorũ fines & quæſtiones, illud argumento eſt; quòd de aliorum generum finibus, ſi premantur ab aduerſarijs, aliquando non contendunt, ſed ipſos ſibi eripi æquo animo patiuntur; proprios autẽ fines retinere & tueri toto pectore conantur: hoc enim faciunt Tùm qui in foro & iudicijs verſantur;

[h] Tùm qui in Deliberationibus;

[i] Tùm etiam qui in Demonſtratiuo genere laudant aut vituperant:

[k] Exempl. ex Platonis Sympoſio de Achille Iliad. φ.

[l] Ex præmiſſis diſtinctionibus colligitur; De quibus propriæ propoſitiones ſumendæ ſint, & quã methodo: nimirum, 1. ſumendas eſſe *de proprijs generũ finibus* ſeu quæſtionibus, *ſc. de vtili, honeſto, & iuſto*: id quod faciet toto hoc lib. 1.

[m] Deinde etiam ſumendas eſſe *de quæſtionibus generum communibus*; *ſc. de facto, futuro, poſſibili*: (quod fiet lib. 2. cap. 20.)

propoſitiones de Poſſibili & Impoſſibili; & *de quæſtionibus*, An Factum ſit, necne; &, An Erit, necne. 17 Præterea verò, [a] quoniam omnes tùm qui laudant & qui vituperant, tùm qui hortantur & qui dehortantur, tùm qui accuſant & qui defendunt, non ſolùm quæ dicta ſunt, oſtendere conantur; ſed etiam *rem* magnam *eſſe* vel paruam *eam, quæ eſt* vel bona aut mala, vel honeſta aut turpis, vel iuſta aut iniuſta, ſiue *hæc ſimpliciter* per ſe dicant, ſiue adinuicèm *è regione* comparent; perſpicuum *eſt*, oportere etiam *tùm* de Magnitudine & Paruitate, tùm de Maiori & Minori, propoſitiones habere, & in [o] vniuerſum, [p] & in vnoquoque *orationum genere*: veluti, *in Deliberatiuo*, quodnam *ſit* Maius bonú, vel Minus; [q] & *in Iudiciali, quæ ſit* Maior Iniuria, vel Iuſta Actio; [r] & ſimiliter etiam in alijs. Ac de quibus quidem neceſſariò oportebit aſſumere propoſitiones, *iam* dictum eſt.

[a] Itemq; *de Magno & paruo*:

Id quod faciet [o] tùm *in vniuerſum*, lib. 2. ca. 20. par. 35.
[p] Tùm *in ſingulis generibus*: in Deliberatiuo quidem, li. 1. cap. 7.
[q] In Iudiciali, lib. 1. cap. 15
[r] In Demonſtratiuo, lib. 1. cap 9. par. 47.

κῶ, ἔχειν προτάσεις περὶ δυνατοῦ καὶ ἀδυνάτου· καὶ εἰ γέγονεν, ἢ μή· καὶ εἰ ἔσται, ἢ μή. 17. Ἔτι δὲ, ἐπεὶ ἅπαντες καὶ ἐπαινοῦντες καὶ ψέγοντες, καὶ προτρέποντες καὶ ἀποτρέποντες, καὶ κατηγοροῦντες καὶ ἀπολογούμενοι, οὐ μόνον τὰ εἰρημένα δεικνύναι πειρῶνται· ἀλλὰ καὶ ὅτι μέγα ἢ μικρὸν, ἢ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ κακὸν, ἢ τὸ καλὸν ἢ τὸ αἰσχρὸν, ἢ τὸ δίκαιον ἢ τὸ ἄδικον, ἢ καθ' αὐτὰ λέγοντες, ἢ πρὸς ἄλληλα [b] ἀντιπαραβάλλοντες, δῆλον ὅτι δέοι ἂν καὶ περὶ μεγέθους καὶ μικρότητος, καὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος, προτάσεις ἔχειν, καὶ καθόλου καὶ περὶ ἑκάστου· οἷον, τί μεῖζον ἀγαθὸν ἢ ἔλαττον, ἢ ἀδίκημα ἢ δικαίωμα· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων. περὶ ὧν μὲν οὖν ἐξ ἀνάγκης δεῖ λαβεῖν τὰς προτάσεις, εἴρηται.

[b] *Coniun. l. 5 de gen. animal. cap. 7.*

Tabula de Fide Propria generis deliberatiui.

In Fide Generis Deliberatiui duo ſunt;

- 1. Ea *De quibus* deliberatur, ſeu ſubiecta quæſtionum deliberatiuarum: quæ deſcribuntur, Qualia & Quot ſint. — Cap. 4.
- 2. Ea *Ex quibus* deliberatur; i *Elementa* & ☞ *Formæ*: Itaque
  - 1. Communitèr quidem, in quâuis Deliberatione, hæc *Elementa* ſeu *Formæ* duplicia ſunt:
    - Alia ſunt *Elementa* de felicitate, eiuſque partibus. — Cap. 5.
    - Alia ſunt *Elementa* & *Formæ* de bono ac vtili: eoque vel
      - Simplicitèr poſito: vt *Elementa* & *Formæ* de eo, An ſit bonum vel vtile. — Cap. 6.
      - Comparatè dicto: i. de bono & magno ſimul cõiunctis: vt *Elementa* & *Formæ* de eo, An ſit melius, vel vtilius. — Cap. 7.
  - 2. In Ciuitate ad Populum, vel in Senatu ad Principes viros; *Elementa*, ſunt ſingularum rerumpublicarum fines; *Formæ*, ſunt earundem inſtituta varia, quæ ad fines illos conducunt. — Cap. 8.

☞ *Formas, quæ in opere sequ. ſophiſticam rationem habent, notabit marginalis* ∽

De

De quibus ſit Delibe-ratio.

CAP. IIII.

Eorum de quibus deliberatur, deſcriptio, qualia ſint, à Par. 1. Et diuiſio; quinque eſſe illa numero, à Par. 4. Conſultatur enim de apparationibus pecuniarũ, Par. 7. De bello & pace, Par. 9. De cuſtodia regionis, Par. 11. De re cibariâ, Par. 13. De legum latione, Par. 15.

ΜΕτὰ δὲ ταῦτα διαιρετέον ἰδίᾳ περὶ ἑκάστου τούτων· οἷον, περὶ ὧν συμβουλὴ, καὶ περὶ ὧν οἱ ἐπιδεικτικοὶ λόγοι· τρίτον δὲ, περὶ ὧν αἱ δίκαι. 2. Πρῶτον μὲν οὖν ληπτέον, περὶ ποῖα ἀγαθὰ ἢ κακὰ ὁ συμβουλεύων συμβουλεύει· ἐπειδὴ οὐ περὶ ἅπαντα, ἀλλ' ὅσα ἐνδέχεται καὶ γίνεσθαι, καὶ μή· ὅσα δὲ ἐξ ἀνάγκης ἢ ἐστὶν ἢ ἔσται, ἢ ἀδύνατον εἶναι ἢ γενέσθαι, περὶ τούτων οὐκ ἔστι συμβουλή. 3. Οὐδὲ δὴ περὶ τῶν ἐνδεχομένων ἁπάντων· ἔστι γὰρ καὶ φύσει ἔνια [a], καὶ ἀπὸ τύχης γινόμενα ἀγαθὰ, τῶν ἐνδεχομένων καὶ γίγνεσθαι καὶ μή· περὶ ὧν οὐδὲν πρὸ ἔργου τὸ συμβουλεύειν· ἀλλὰ δῆλον ὅτι περὶ ὅσων ἐστὶ τὸ βουλεύεσθαι· τοιαῦτα δ' ἐστὶν ὅσα πέφυκεν ἀνάγεσθαι εἰς ἡμᾶς, καὶ ὧν ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἐφ' ἡμῖν ἐστί· μέχρι γὰρ τούτου σκοποῦμεν, ἕως ἂν εὕρωμεν, εἰ ἡμῖν δυνατὰ, ἢ ἀδύνατα πρᾶξαι. ¶ 4. Καθ' ἕκαστον μὲν οὖν ἀκριβῶς διαριθμήσασθαι καὶ διαλαβεῖν εἰς εἴδη περὶ ὧν εἰώθασι χρηματίζειν· ἔτι δ', ὅσον ἐνδέχεται περὶ αὐτῶν διορίσαι κατὰ τὴν ἀλήθειαν, οὐ δεῖ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ζητεῖν, διὰ τὸ μήτε τῆς ῥητορικῆς εἶναι τέχνης, ἀλλ' ἐμφρονεστέρας καὶ μᾶλλον ἀληθινῆς· πολλῷ δὲ πλείω δέδοται καὶ νῦν αὐτῇ,

a Vid. 3. Ethic. c. 5.

a POſt hæc verò diſtinguendũ *eſt* ſeparatìm de vnoquoque horum; veluti, de quibus deliberatio *ſit*, & de quibus demonſtratiuæ orationes; tertiò autem, de quibus iudicia. 2. b Ac primùm quidem ſumendum *eſt*, *is* qui deliberat, de cuiuſmodi bonis, aut malis deliberat: c Siquidem non de omnibus *deliberat*, ſed *de ijs* quæcunque contingit, & factum iri, & non *factum*: Quæcumque verò ex neceſſitate aut ſunt vel erunt; aut impoſſibile *eſt*, eſſe vel factum iri, de his *quidẽ* non eſt deliberatio. 3. d Proptereà nec de ijs *quidem*, quæ *fieri* contingit, omnibus (inter ea enim quæ contingit & fieri & non *fieri*, nonnulla ſunt bona, quæ vel à naturâ, vel à fortunâ fiunt, de quibus deliberare nihil quicquam prodeſt:) e Sed perſpicuum *eſt*, *de ijs deliberare homines*, de quibuſcumque conſultationem inire licet: f Eiuſmodi verò ſunt, quæcumque ſuâpte naturâ ad nos referuntur, & quorum principiũ generationis, in noſtra poteſtate *ſitum* eſt: Nam vſque eò *conſultando* conſyderamus, donec inuenerimus, poterimuſne *ea* nos, an non poterimus efficere. ¶ 4. g Ac vt ſingula quidẽ exactè *deinceps* enumerentur, & in ſpecies diſtribuantur *ea*, de quibus ſoliti ſunt *homines in concione* ſtatuere: Prætereà verò, vt quantum contingat, de ipſis ex veritate definiatur, *hæc* non oportet in præſentiâ requirere; h *proptereà* quòd & *id* non eſt artis Rhetoricæ, ſed prudentioris, & *quæ* veriùs res explicet; * & *quia* multò plura data ſunt, etiam nunc ipſi,

 quàm

a Propònit, in ſingulis tribus generibus percurrendis, ante omnia diſtinguendas eſſe res, ſeu quæſtiones, de quibus quæritur.

b *In Genere* itaque *Deliberatiuo*, primò ſumit, ea de quibus deliberatur, Qualia ſunt, *in genere*:

c Non enim eſſe illa, quæ ſint ἀναγκαῖα vel ἀδύνατα; ſed quæ ἐνδεχόμενα, contingentia:

d Nec eſſe quæuis contingentia; vt putà, quæ fiant φύσει, vel quæ τύχῃ:

e Verùm ea quæ φρονίμοι, i. non quæ ſtulti vel inſani facerent, ſed quæ prudentes viri:

f Talia ſunt *ea, quorum finis ad nos refertur, & principium agendi in arbitrio noſtro poſitum eſt.*

2 g *Speciatim ea*, quæ in delib. cadunt, enumeraturus, *notat*, illa nec ſubtili rat. diſtribuenda, nec philoſophicè definiẽda eſſe: ſiquidẽ hîc non tàm cor. veritat. quàm vſum indagamus:

h Rat. 2x; tùm quia curioſè hæc pertractare, pertinet ad ſcientiã Moral. *tũ quia Rhetoricæ plurima etiã poſtulata aliena conceſſi, nedum quicquam, ei proprium, eripui: vt exactiorem dictarum rerum diſquiſitionem, ipſa ſibi ven-

dicare minimè debeat:

[i] Confi m. rat. tenuis.n. admodum eſt Rhetorica : quia partim conſtat ex Analyt. ſcientiâ, quoad formã ſyllogiſt. partim ex morali, propter mores & affectus:

[k] Similis autẽ eſt Dialecticæ & Sophiſt. quaten. eſt facultas parandi rationes &c.

[l] Has autẽ facul. qui nimis exquiſitè concinnare velit, vt ſcientias; naturã ipſarũ penitùs diſſoluet; ſiquidem dum illarum dignitatem magis, quàm ferre poſſint, ſtudioſè exornet, clam in ipſas ſcientias reales incidet.

[m] Redit ad propoſitam notã; res ciuiles nobis, modo adhibito, & quantùm Oratori neceſſariæ fuerint, diſtinguendas eſſe; plenior ẽ ear. explicat. morali ſcientiæ relinqui oportere:

[n] Diuidit igitur *res Deliberatiuas*, quæ ſunt maioris ponderis, *in quinque genera.* [o] Deliberationem namque ineunt [1] De apparationibus pecuniarum, [2] De bello & pace, &c.

[p] *De apparationibus ſeu vijs parandarum pecuniarum* in rep. qui ſententiam dicturus eſt, duo ſciat oportet; Tùm reditus ſc. & vectigalia publica, &c.

[q] Tùm etiam ſumptus.

[r] Hæc autem cognitio χρηματιστικὴ tota petenda eſt, & ex patrimonij priuati augendi diligentiâ; & ex aliorum populorum inuentis, ad hanc rẽ idoneis.

[ſ] *De bello & pace, quæ iamiam inſtant,* attendendum erit, tùm Quæ ſit potentia, ſeu copiæ

quàm requirunt ipſius propria theoremata. 5. [i] Nam quod etiam priùs dixeramus, *idipſum* verum eſt, Rhetoricam, compoſitam quidem eſſe, cùm ex Analyticâ ſcientiâ, tùm ex Ciuili, quæ in moribus *verſatur*; [k] ſimilem verò eſſe, partim Dialecticæ, partim ſophiſticis rationibus: [l] Quantò *magis* autem quis vel Dialecticam, vel hanc *Rhetoricam*, non tanquam facultates, ſed *vt* ſcientias conetur inſtruere, *eò magis* naturam ipſorum clàm demolietur; *quia* migrat, dùm *eas* ornat, intra *ſepta eiuſmodi* ſcientiarum, quæ ſubiectas quaſdam res *conſyderant*, nec *ſunt* ſolius rationis. [m] Veruntamen, quæcunque operæ pretium eſt, vt diſtinguantur; ac præterea, relinquunt *exactiorem* contemplationẽ ciuili ſcientiæ, dicamus etiam in præſenti. *6.* [n] Ferè enim, de quibus conſultant omnes, & de quibus concionantur *illi*, qui deliberant, *res* præcipuæ ſunt quinque numero: [o] Atque hæ ſunt, & de [1] Apparationibus pecuniarum; & *de* [2] Bello ac Pace; præterea verò, de [3] Cuſtodia regionis; & de ijs quæ [4] Importantur & Exportantur; & de [5] Legum latione. ¶ 7. [p] Quare, de Apparationibus quidèm pecuniarum qui deliberaturus fuerit, *eum* oportebit reditus ciuitatis ſcire, qui & quanti *ſint*, vt, & ſiquis *negligentiâ* prætermiſſus ſit, *veteribus* adiungatur; & ſi quis minor *ſit, quàm ſtudio adhibito confici poſſit*, augeatur: [q] Præterea verò, ſumptus ciuitatis omnes; vt ſi quis ſuperuacaneus *ſit*, tollatur; & ſi quis maior, *quàm opus ſit*, minor efficiatur: Non enim ſolùm ad *facultates* quæ adſunt, adiungendo, ditiores *homines* fiunt, ſed etiam detrahendo de ſumptibus. 8. [r] Hæc autem, non ſolùm ex *rerum* priuatarum experientiâ contingit contueri; ſed neceſſarium quoque *eſt* eorum, quæ alij inuenerunt, *peritum & hiſtoricum* eſſe, ad *eam quæ* de his *habetur*, deliberationem. ¶ 9. [ſ] De Bello autem & Pace, *oportebit* facultatem ſcire ciui-

τῶν οἰκείων θεωρημάτων. 5. Ὅπερ γὰρ καὶ πρότερον εἰρηκότες τυγχάνομεν, ἀληθές ἐστιν, ὅτι ἡ ῥητορικὴ, σύγκειται μὲν ἔκ τε τῆς ἀναλυτικῆς ἐπιστήμης [b], καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πολιτικῆς [c]· ὁμοία δ' ἐστὶ, τὰ μὲν, τῇ διαλεκτικῇ [d]· τὰ δὲ, τοῖς σοφιστικοῖς λόγοις [e]. ὅσῳ δ' ἄν τις, ἢ τὴν διαλεκτικὴν, ἢ ταύτην, μὴ καθάπερ ἂν δυνάμεις, ἀλλ' ἐπιστήμας πειρᾶται κατασκευάζειν, λήσεται τὴν φύσιν αὐτῶν ἀφανίσας, τῷ μεταβαίνειν ἐπισκευάζων εἰς ἐπιστήμας ὑποκειμένων τινῶν πραγμάτων, ἀλλὰ μὴ μόνον λόγων· ὅμως δὲ, ὅσα πρὸ ἔργου μέν ἐστι, διελεῖν· ἔτι δ', ὑπολείπει σκέψιν τῇ πολιτικῇ ἐπιστήμῃ, εἴπωμεν καὶ νῦν. 6. Σχεδὸν γὰρ, περὶ ὧν βουλεύονται πάντες, καὶ περὶ ἃ ἀγορεύουσιν οἱ συμβουλεύοντες, τὰ μέγιστα τυγχάνει πέντε τὸν ἀριθμὸν ὄντα· ταῦτα δ' ἐστὶ, περί τε πόρων, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης· ἔτι δὲ, περὶ φυλακῆς τῆς χώρας, καὶ τῶν εἰσαγομένων καὶ ἐξαγομένων· καὶ περὶ νομοθεσίας· ¶ 7. Ὥστε, περὶ μὲν πόρων [f] τὸν μέλλοντα συμβουλεύσειν, δέοι ἂν τὰς προσόδους τῆς πόλεως εἰδέναι, τίνες, καὶ πόσαι, ὅπως, εἴ τε τις παραλείπεται, προστεθῇ· καὶ εἴ τις ἐλάττων, αὐξηθῇ. ἔτι δὲ, τὰς δαπάνας τῆς πόλεως ἁπάσας, ὅπως εἴ τις περίεργος, ἀφαιρεθῇ· καὶ εἴ τις μείζων, ἐλάττων γίνηται· οὐ γὰρ μόνον πρὸς τὰ ὑπάρχοντα προστιθέντες πλουσιώτεροι γίνονται, ἀλλὰ καὶ ἀφαιροῦντες τῶν δαπανημάτων. 8. Ταῦτα δ', οὐ μόνον ἐκ τῆς περὶ τὰ ἴδια ἐμπειρίας οὐκ ἐνδέχεται συνορᾶν· ἀλλ' ἀναγκαῖον καὶ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένων, ἱστορικὸν εἶναι, πρὸς τὴν περὶ τούτων συμβουλήν. ¶ 9. Περὶ δὲ πολέμου καὶ εἰρήνης, τὴν δύναμιν εἰδέναι τῆς πόλεως,

[b] Cap 1. p. 13.
[c] Cap. 2. p. 7.
[d] Cap. 1. p. 1.
[e] Cap. 1. p. vlt.
[f] Vid. Oeconom l. 2.
[g] Vide 1. Polit c. 11.

λεως, ὁπόση τε ὑπάρχει ἤδη, καὶ πόσην ἐνδέχεται ὑπάρξαι· καὶ ποία τις, ἥ τε ὑπάρχουσά ἐστι, καὶ ἥτις ἐνδέχεται προσγενέσθαι· ἔτι δὲ, πολέμους τίνας, καὶ πῶς πεπολέμηκεν· οὐ μόνον δὲ τῆς οἰκείας πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῶν ὁμόρων, ταῦτα ἀναγκαῖον εἰδέναι· 10. Ἢ καὶ πρὸς οὓς ἐπίδοξον πολεμεῖν, ὅπως, πρὸς μὲν τοὺς κρείττους, εἰρήνη ἄγηται· πρὸς δὲ τοὺς ἥττους, ἐπ᾽ αὐτοῖς ᾖ τὸ πολεμεῖν· καὶ τὰς δυνάμεις, πότερον ὅμοιαι, ἢ ἀνόμοιαι· ἔστι γὰρ καὶ ταύτῃ πλεονεκτεῖν, ἢ ἐλαττοῦσθαι· ἀναγκαῖον δὲ καὶ πρὸς ταῦτα, μὴ μόνον τοὺς οἰκείους πολέμους τεθεωρηκέναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ἄλλων, πῶς ἀναβαίνουσιν· ἀπὸ γὰρ τῶν ὁμοίων τὰ ὅμοια γίγνεσθαι πέφυκεν. 11. Ἔτι δὲ, περὶ φυλακῆς τῆς χώρας μὴ λανθάνειν, πῶς φυλάττεται, ἀλλὰ καὶ τὸ πλῆθος εἰδέναι τῆς φυλακῆς, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τοὺς τόπους τῶν φυλακτηρίων· 12. (τοῦτο δ᾽ ἀδύνατον, μὴ ἔμπειρον ὄντα τῆς χώρας) ἵν᾽ εἴτ᾽ ἐλάττων ἡ φυλακὴ, προστεθῇ. καὶ εἴ τις περίεργος, ἀφαιρεθῇ· καὶ τοὺς ἐπιτηδείους τόπους τηρῶσι μᾶλλον. 13. Ἔτι δὲ, περὶ τροφῆς [h], πόση δαπάνη ἱκανὴ τῇ πόλει, καὶ ποία ἥ αὐτοῦ τε γιγνομένη καὶ εἰσαγώγιμος· καὶ τίνων τ᾽ ἐξαγωγῆς δέονται, καὶ τίνων εἰσαγωγῆς [i]· ἵνα πρὸς τούτους καὶ συμβολαὶ καὶ συνθῆκαι γίγνωνται· 14. Πρὸς δύο γὰρ διαφυλάττειν ἀναγκαῖον ἀνεγκλήτους τοὺς πολίτας, πρός τε τοὺς κρείττους, καὶ πρὸς τοὺς εἰς ταῦτα χρησίμους. ¶ 15. Εἰς δ᾽ ἀσφάλειαν, ἅπαντα μὲν ταῦτα ἀναγκαῖον δύνασθαι θεωρεῖν· οὐκ ἐλάχιστον δὲ περὶ νομοθεσίας ἐπαΐειν· ἐν γὰρ τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία

h *Vide 7. Polit. c. 5.*

1 *Coniun.* 2 *Oeconomic.*

tatis; & quanta iam adſit, & quantam contingat poſſe exiſtere; & qualis *ſit ea*, tùm quæ habetur, tùm ſi-quam contigerit *illi* adiungi: [t] Præterea verò, bella quænam, & quomodo geſſerit *ciuitas*: [u] Non ſolùm autem hæc, quæ *ſunt* propriæ ciuitatis, ſed *etiam* quæ finitimarum, neceſſariũ eſt ſcire. 10. [x] Præſertim *verò etiam* aduerſus quos opinio *eſt* bellum *quandoque* geſſum iri; vt cum potentioribus quidẽ, pax cuſtodiatur; cum minoribus verò, in ipſorum *arbitrio* ſit bellare: [y] Et copias *hoſtium futurorum*, vtrum ſimiles ſint, aut diſſimiles: Conſiſtit enim etiam in hac *parte*, vt plus valeamus, aut inferiores ſimus. [z] Neceſſarium verò eſt, etiam ad has *res ſuſcipiendas*, non ſolùm propria bella animaduertiſſe, ſed etiam aliorum, quem euentum habuerint: Ex ſimilibus enim ſimilia naturalitèr procreari ſolent. ¶ 11. [a] Præterea verò, de Cuſtodiâ regionis, non oportet latêre, [1] quomodo cuſtodiatur, ſed & [2] multitudinem ſcire cuſtodiæ; & [3] formam, & [4] loca præſidiorum; 12. [b] (hoc autẽ fieri non poteſt, niſi ab *homine ipſius* regionis perito) vt ſi minor *ſit* cuſtodia, *quàm oportet*, augeatur; & ſi-quæ *ſit* ſuperuacanea, tollatur; & *ciues* loca opportuna maiori *curâ* tueantur. ¶ 13. [c] Præterea verò, de re Cibaria *ſciendum*, [1] quantum alimentum ſit ſatis ciuitati; & [2] quale *ſit*, tùm quod hîc innaſcitur, tùm quod *huc* importatur; & [3] quarum rerum exportatione *noſtri ciues* indigeant, & quarum importatione; vt cum iis, *qui ad has ſunt vtiles*, etiam conuentiones & pactiones fiant. 14. [d] Apud duo enim *hominum genera* cuſtodire neceſſe eſt inculpatos ciues, cùm apud potentiores, tùm apud eos qui in his *rebus importandis vel exportandis ſunt nobis* vtiles. ¶ 15. [e] Atque hæc quidem omnia, incolumitatis causâ neceſſe eſt contemplari poſſe: Non minimũ autem *eſt*, legum ferendarum *rationem* intelligere: In legibus enim conſiſtit

militares ciuitatis propriæ;

t Tùm etiam quæ bella ſtrenuè geſſerit, & quo euentu:

u Nec tantùm res geſtas ſuæ reip. ſed ciuitatum etiam finitimarum.

x *De bello*, quod cum occultis hoſtibus *quandoque futurũ exiſtimatur*, tenendum; Tùm an futurum ſit cum hoſtibus, qui viribus nos ſuperârunt; an qui inferiores fuerunt:

y Tùm an eorum copiæ ſint noſtris ſimiles: pedeſtres, Nauales, &c.

z Nec tantùm ſpectanda ſunt ſuæ reip. bella cum hoſtibus geſta, quem exitum habuerint, &c. ſed aliorum etiam populorum.

a *De Cuſtodia regionũ*, ſeu tuendis finibus, quatuor expendenda ſunt, &c.

b Cognitio autẽ horum non aliunde manat, quàm ex peritiâ regionis vniuerſæ.

c *De re cibariâ*, ſeu Annonâ reip. tenenda ſunt tria &c.

d Videndum, ne ciues tui apud eos offendant, qui vel acceptam iniuriam bello vlciſci, vel res victui neceſſarias negare poſſunt.

e Res quatuor iam dictæ ſartã tectam ciuitatem conſeruant; potiſſimùm verò id facit *legum ferendarum facultas*:

ſalus ciuitatis. 16. [f] Quare neceſſarium *eſt, eum qui de repub. dicit*, ſcire, tùm quot ſint Rerumpub. formæ, [g] tùm qualis proſit cuique, & à quibus vt corrumpantur, naturam habeant, ſiue propria *ſint cuiuſque* ciuitatis, ſiue *ſint ei* contraria. [h] Dico autem à proprijs corrumpi, quia præter optimam Rempub. aliæ omnes tùm *ſi* remittantur, tùm *ſi* intendantur, corrumpuntur; [i] veluti, Democratia, non ſolùm *ſi* remittatur, debilior fit, vt tandem perueniat ad Oligarchiam; ſed etiam *ſi* intendatur nimis: [k] Sicut & naſi aduncitas, atque *ei contraria* ſimitas, non ſolùm ſi remittantur, perueniunt ad medium, *i. naſum rectum*; ſed etiam *è contra*, ſi nimia aduncitas vel ſimitas facta fuerit, ita diſponunt naſum, vt ne naris quidem *vlla* videatur eſſe. 17. [l] Vtile verò *eſt* ad legumlationes, non ſolùm intelligere, quæ Reipublicæ *forma nobis* proſit, cùm ex præteritis contempletur *quiſpiam*; [m] ſed etiam quæ *formæ* ſint apud alias *nationes*, cognoſcere, quales *ſcilicet formæ & leges* qualibus congruant. 18. [n] Quare perſpicuum *eſt*, ad legumlationem quidem, *libros* de regionum peregrinationibus vtiles eſſe, (hinc enim accipere licet gentium leges:) 19. [o] Ad ciuiles verò deliberationes, eorum qui de rebus geſtis ſcribunt, hiſtorias *conducere:* Sed omnia hæc *ad* Ciuilis ſcientiæ, non ad Rhetoricæ munus pertinent. Ac quæ quidèm tenere oportet, de quibus *quis* deliberaturus eſt, tot ſunt *præcipua & maxima*.

plura *bona*, quàm vnum aut pauciora, *dummodò* illud vnũ aut pauciora connumerentur, ſint maius bonum : *Illa* enim ſuperant ; at quod *ijſdem* continetur, *& ineſt, ab ipſis* ſuperatur. 5 [i] Et ſi maximũ *in vno genere* ſuperet maximũ *in alio* ; etiam *ipſorũ generũ* vnum *ſuperabit* alterũ: [k] Et *viciſſim*, quorumcunq; *generum* vnũ *excedat* alterũ, etiã maximũ *in vno eorũ*, *excedit* maximũ *in altero*; [l] veluti, ſi maximus vir muliere maximâ maior *eſt*, etiam omninò viri mulieribus *ſunt* maiores: [m] Et ſi viri mulieribus omninò maiores *ſunt*, etiam vir maximus maximâ muliere maior *eſt* : Proportione enim reſpondent *inter ſe* exuperantiæ *ipſorũ* generum, & maximarũ *rerũ quæ ſunt* in ipſis. 6. [n] Et quando, hoc quidem illi conſequens ſit, illud verò huic nequaquam : Conſequens verò *vnum alteri* eſt, vel *quia* ſimùl *conſequitur*, vel *quia* deinceps, vel *quia* facultate : Ineſt enim vſus Conſequentis in *vſu* Antecedentis : [o] Simùl autem conſequens eſt, *ex: g. ſi* ſanus eſt, vt viuat; huic verò illud non *ſimùl & neceſſariò eſt conſequens* : [p] Poſteriùs verò *conſequens eſt*; *ſi* diſcit *vt* ſciat : [q] Facultate verò, *ſi* ſacrilegium fecit *vt* ſurripiat : Qui enim ſacrilegiũ fecerit, etiã ſurripiet. 7. [r] Et cùm *duo ſeorſim* eandẽ rẽ *ſuperant*, quæ maiori [1] *mole, motu, &c. illã* ſuperant, *ea* maiora *ſunt* : Neceſſe enim *eſt* vt *hæc* ſuperent etiam *id quod eſt re propoſita* maius. 8. [2] Et maioris boni efficientia, maiora *ſunt* ([ſ] hæc enim definitio eſt *maioris boni*, vt *ipſum* ſit maioris efficiens.) [t] Et *id* cuius efficiens maius, eodem modo : Si enim ſalubre magis eligendũ, quàm iucundum, & maius bonũ *ſit*; etiam ſanitas *erit* maior quàm voluptas *ſeu iucunditas*. 9. [3] Et quod magis eligendum *eſt* per ſe quàm quod non per ſe : velut, robur, quàm ſalubre : [u] Hoc enim non ſui gratiâ ; illud verò ſui *gratiâ expetitur* ; id quod Bonum eſſe *definiuimus*. 10 [4] Et *ſi* alterum quidem ſit finis, alterum verò non finis, *illud eſt*

τοῦ ἑνὸς· καὶ τῶν ἐλαττόνων, συναριθμουμένου τοῦ ἑνὸς ἢ τῶν ἐλαττόνων, μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι· ὑπερέχει γάρ· τὸ δὲ ἐνυπάρχον, ὑπερέχεται. 5. καὶ ἐὰν τὸ μέγιστον τοῦ μεγίστου ὑπερέχῃ, [d] καὶ αὐτὰ αὐτῶν· καὶ ὅσα αὐτὰ αὐτῶν, καὶ τὸ μέγιστον τοῦ μεγίστου· οἷον, εἰ ὁ μέγιστος ἀνὴρ γυναικὸς τῆς μεγίστης μείζων, καὶ ὅλως οἱ ἄνδρες τῶν γυναικῶν μείζους· καὶ εἰ οἱ ἄνδρες τῶν γυναικῶν ὅλως μείζους, καὶ ἀνὴρ ὁ μέγιστος τῆς μεγίστης γυναικὸς μείζων· ἀνάλογον γὰρ ἔχουσιν αἱ ὑπεροχαὶ τῶν γενῶν, καὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτοῖς· 6. καὶ ὅταν, τόδε μὲν τῷδε ἕπηται, ἐκεῖνο δὲ τούτῳ μή· ἕπεται δέ, ἢ τῷ ἅμα, ἢ τῷ ἐφεξῆς, ἢ τῇ δυνάμει [e]· ἐνυπάρχει γὰρ ἡ χρῆσις ἡ τοῦ ἑπομένου ἐν τῇ θατέρου. ἕπεται δέ, ἅμα μέν, τῷ ὑγιαίνειν τὸ ζῆν, τούτῳ δὲ ἐκεῖνο οὔ· ὕστερον δέ, τῷ μανθάνειν τὸ ἐπίστασθαι· δυνάμει δέ, τῷ ἱεροσυλεῖν τὸ ἀποστερεῖν· ὁ γὰρ ἱεροσυλήσας, κἂν ἀποστερήσειε· 7. καὶ τὰ ὑπερέχοντα τοῦ αὐτοῦ μείζονι, μείζω· ἀνάγκη γὰρ ὑπερέχειν καὶ τοῦ μείζονος· 8. καὶ τὰ μείζονος ἀγαθοῦ ποιητικά, μείζω· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ μείζονος ποιητικῷ εἶναι· καὶ οὗ τὸ ποιητικὸν μεῖζον, [f] ὡσαύτως· εἰ γὰρ τὸ ὑγιεινὸν αἱρετώτερον τοῦ ἡδέος, καὶ μεῖζον ἀγαθόν, καὶ ἡ ὑγίεια τῆς ἡδονῆς μείζων· 9. καὶ τὸ αἱρετώτερον καθ᾽ αὑτό, [g] τοῦ μὴ καθ᾽ αὑτό· οἷον, ἰσχὺς, ὑγιεινοῦ· τὸ μὲν γάρ, οὐκ αὐτοῦ ἕνεκα· τὸ δέ, αὐτοῦ, ὅπερ ἦν τὸ ἀγαθόν [h]· 10. κἂν ᾖ, τὸ μὲν τέλος [i], τὸ δὲ μὴ τέλος· τὸ

[c] Coniun. 3. Topic. cap.2. p.2.

[d] Coniun. 3. Top. ca. 2. p. 17. 18.

[e] Coniun ca.6. pa.4.

[f] Coniun. 3. Top. ca. 3. pa 3.

[g] Coniun 3. Top. c. 1. pa 7.

[h] Supr p 3. & c. 6. p. 2.

[i] Coniun 3. Top. ca. 1 p 14.

τὸ μὲν γὰρ, ἄλλου ἕνεκα· τὸ δὲ, αὐτοῦ· οἷον, τὸ γυμνάζεσθαι, τοῦ εὖ ἔχειν τὸ σῶμα· 11. καὶ τὸ ἧττον προσδεόμενον θατέρου, ἢ ἑτέρων· αὐταρκέστερον γάρ· ἧττον δὲ προσδεῖται τὸ ἐλαττόνων ἢ ῥᾳόνων προσδεόμενον· 12. καὶ ὅταν, τόδε μὲν ἄνευ τοῦδε μὴ ᾖ, ἢ μὴ δυνατὸν ᾖ γενέσθαι, θάτερον δὲ ἄνευ τούτου· αὐταρκέστερον δὲ τὸ μὴ δεόμενον· ὥστε φαίνεται μεῖζον ἀγαθόν· 13. κἂν ᾖ ἀρχὴ, τὸ δὲ μὴ ἀρχή. κἂν ᾖ αἴτιον, τὸ δ' οὐκ αἴτιον, διὰ τὸ αὐτό· ἄνευ γὰρ αἰτίου καὶ ἀρχῆς, ἀδύνατον εἶναι, ἢ γενέσθαι· 14. καὶ δυοῖν ἀρχαῖν, τὸ ἀπὸ τῆς μείζονος ἀρχῆς, μεῖζον. καὶ δυοῖν αἰτίοιν, τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος αἰτίου, μεῖζον. καὶ ἀνάπαλιν δὲ, δυοῖν ἀρχαῖν, ἡ τοῦ μείζονος ἀρχὴ, μείζων· καὶ δυοῖν αἰτίοιν, τὸ τοῦ μείζονος αἴτιον, μεῖζον· 15. δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἀμφοτέρως μεῖζόν ἐστι φαίνεσθαι· καὶ γὰρ εἰ ἀρχὴ τόδε, τὸ δὲ μὴ ἀρχή, δόξει μεῖζον εἶναι· καὶ εἰ μὴ ἀρχὴ, τὸ δὲ, ἀρχή· τὸ γὰρ τέλος, μεῖζον, καὶ οὐκ ἀρχή· ὥσπερ ὁ Λεωδάμας κατηγορῶν ἔφη Καλλιστράτου, τὸν βουλεύσαντα τοῦ πράξαντος μᾶλλον ἀδικεῖν. οὐ γὰρ ἦν πραχθῆναι μὴ βουλευσαμένου· πάλιν δὲ καὶ Χαβρίου, τὸ πράξαντα τοῦ βουλεύσαντος· οὐ γὰρ ἂν γενέσθαι, εἰ μὴ ἦν ὁ πράξων· τούτου γὰρ ἕνεκα ἐπιβουλεύουσιν, ὅπως πράξωσι· 16. καὶ τὸ σπανιώτερον τοῦ ἀφθόνου· οἷον, χρυσὸς σιδήρου, ἀχρηστότερος ὤν· μείζων γὰρ ἡ κτῆσις, διὰ τὸ χαλεπωτέραν εἶναι·

maius bonũ: [x] Hoc enim alterius gratiâ; at illud ſui *gratiâ ſuſcipitur*; veluti, exerceri, vt benè *ſe* habeat corpus. 11. [5] Et quod minùs *eſt* indigens altero, vel alijs: ſuis enim *opibus eſt* magis contentum: [y] *Illud* autem minùs indiget, quod paucioribus *tantùm* vel facilioribus indiget. 12. [z] Et quando, vnum quidem, ſine hac re non ſit, vel non poſſibile ſit factum eſſe; alterum verò, ſine hâc *omninò ſit:, ità vt non ſit alterius indigens:* [*] *Illud* autẽ quod nõ *eſt alterius* indigens, magis *eſt* ſeipſo contentũ: [a] Quare apparet maius *eſſe* bonum. 13. [6] Et ſi *vnum* principium ſit, alterum verò non principium: Et ſi *vnum* ſit cauſſa, alterum verò; non cauſa; propter eandem *rationem illud maius eſt*: Nam ſine cauſa vel principio, impoſſibile *eſt rem* eſſe, vel factam eſſe: 14. [b] Et cùm duo *ſint* principia, quod *eſt* à maiore principio, maius *eſt*: [c] Et cùm duæ cauſæ, quod *eſt* à maiore cauſa, maius *eſt*. Et [*] *proinde* è conuerſo; cùm principia duo *ſint*, maioris *rei* principiũ, maius: [*] Et cùm cauſæ duæ, maioris *rei* cauſa, *res* maior. 15. [d] Perſpicuum igitur *eſt* ex ijs quæ dicta ſunt, quòd vtroq; modo aliquid *ſpecie tenus* maius apparere poteſt: [e] Etenim, & ſi hoc *ſit* principiũ, illud verò non principium, videbitur maius eſſe; [f] & ſi hoc, principium, illud verò non principiũ: *Quod* enim finis *eſt*, & non principiũ, maius *eſt*: [g] vt Leodamas dixit, accuſans Calliſtratum; "EVM QVI conſuluerit, quàm *qui malè* egerit iniuſtiùs feciſſe: Quippe quòd non actum fuiſſet, niſi *quis* conſuluiſſet. [h] Rurſus verò etiam Chabriam *accuſans, dixit*, "EVM GRAVIÙS *peccâſſe* qui egerit, quàm qui conſuluerit: quòd non factum eſſet, niſi fuiſſet, qui ageret: Nam huius *rei* gratiâ conſilium *homines* ineunt, vt agant. 16. [7] Et quod rarius, quàm quod copioſum *eſt*; velut, aurũ, quàm ferrum, *tametſi* minores vſus præbeat: *Eius* enim poſſeſſio *eſt* maior, *ſeu pretioſior*; *quia paratu* eſt *illa* difficilior.

 17. [i] Alio

[x] Probatur ex definit. bon 1[a]: quia huiuſmodi bonum propter ſe ſuſcipitur, non propter aliud.

5° Rat. *tùm eius, quòd minus indigeat*:

[y] Probatur ex definitione boni 4[a]:

[z] *Tùm eius, quòd ſine illo eſſe poſſit*; ità vt non ſit illius indigens.

[*] Id aut. q[d] altero non indiget, eſt magis contentum.

[a] Proin q[d] ſine illo eſſe poſſit, ſpecie apparet maius bonum.

6° Ratione *Principij, & cauſæ*: Hîc *Aliæ formæ*, conſtant *ex collatione terminis duorum*: viz.
Vel vnius principij, cum vna re producta;
Vel vnius cauſæ, cum vno effectu.

[b] *Aliæ formæ* conſtant *ex collatione terminorum trium*: ſc.
Vel vnius rei productæ cum duobus principijs;
[c] Vel vnius effectus cum duabus cauſis.

[*] Conuerſa, tùm prioris partis;
[*] Tùm poſterioris.

[d] Ex ſupradictis, corollarium 1[x], quod ſpecie tenus apparet eſſe verum: Nam

[e] Et id quod eſt principium, videtur maius eo, quod non eſt princip. vt patet ex p. 13.

[f] Et id quod eſt non principium (ſc. finis) maius eo quod eſt princip. vti collig. ex p. 10[a].

[g] Vtriuſque horum exemplum, eſt Leodamas Orator, qui variatis temporib[us], prout cauſa poſtulabat, nunc omnem vim *in principio & conſilio* poſitam eſſe dixit; vt in Calliſtrato:

[h] Nunc in *fine & opere*, vt in Chabria.

7° Ratione *Raritatis, ſeu paucitatis*: Rara enim ob pretium & dignitatem, maiora ſunt; quia difficiliùs acquiruntur.

[i] Vel *Copiæ*: Copioſa enim ob vſum fructumque, qui frequentèr ex ipſis capitur, potiora habentur.

[k] Exempl. ex Pindaro, 1ª Ode Olymp.

[l] Et vniuerſim; *Ratione difficilioris* acquiſitionis: probatur forma ex part. 16.

[m] Vel *facilioris*; probatur hoc ex cap. præced. part. 28.

8ª Ratione *Oppoſitorum*; Siue *contrariorum*;

[n] Siue *Priuatiuorum*;

[o] Siue *Relatorum*; quorum formæ: 1ª, *Perfectus habitus* maior eſt quàm *diſpoſitio* ad eundem: ſiue in bonis;

[p] Siue in malis:

* Prob. ex par. 10.

2ª Quorum *opera*, honeſtiora & turpiora ſunt, etiam *habitus ipſi*, ex quibus *illa* manant, maiores ſunt:

* Et vice verſa.

[q] Probatio vtriuſq; partis, à communi axiomate.

3ª Quarum facultatum & diſpoſitionum *exuperantiæ* honeſtiores, & optabiliores ſunt, etiam *ipſæ facultates* & *diſpoſitiones*. [r] Exempl. in rebus naturalibus:

[ſ] In rebus moralibus.

[t] Et retrò.

4ª Quarum rerum *cupiditates* honeſtiores, vel meliores, etiã res *ipſæ cupitæ*, honeſtiores, &c.

[u] Et vicisſim.

5ª Quorum *ſcientiæ* honeſtiores, & meliores, etiam *res ipſæ ſcibiles* obiectæ, honeſtiores, &c.

[x] Et Conuerſim.

17. [i] Alio autem modo, copioſum *eſt maius* eo quod rarũ; quià *eius* vſus ſuperat *vſum alterius*: Quod enim ſæpè *in vſu eſt*, ſuperat *illud* quod rarò: Vnde dicitur à *Poëta*,

" [k] *Optima quidẽ elementorũ eſt aqua.*

18. [l] Et omninò *quod paratu eſt* difficilius, *maius eſt* eo quod facilius: *Quia* enim rarius: 19. [m] Alio autem modo, quod facilius, eo quod difficilius: *Se* enim *ita* habet vt volumus. 20. [8] Et cuius contrarium maius, *illud & maius eſt*. 21. [n] Et cuius priuatio maior, *eodem modo*. 22. [o] Et virtus *perfecta maior eſt*, quàm non virtus, [1] *ſeu diſpoſitio ad virtutem*; [p] & vitioſitas *abſoluta*, quàm non vitioſitas, maior *eſt*: * Nam illa quidem *ſunt* fines; hæc verò non *ſunt* fines: 23. [2] Et quorum opera honeſtiora, vel turpiora *ſunt*, maiora ipſa *ſunt*: * Et quorũ vitia, & virtutes maiores *ſunt*, etiam opera maiora *ſunt*: [q] Quoniam, vt *rerum* cauſæ & principia *ſe habent*, etiam euenta; & vt euenta, etiam cauſæ & principia. 24. [3] Et quorum exuperantia optabilior, vel honeſtior *eſt*, (veluti, exquiſitè videre, optabilius quàm *exactè* odorari) *ipſa maiora*: [r] Etenim viſus *præſtantior eſt* olfactu: [ſ] Et ſtudioſum ſodalium eſſe, quàm pecuniarum, honeſtius eſt: Quare etiam ſtudiũ ſodalium, quàm pecuniarum: [t] Et è contra verò, meliorum exuperantiæ, meliores; & honeſtiorum, honeſtiores. 25. [4] Et quorum cupiditates honeſtiores, vel meliores, *illa honeſtiora vel meliora*: Maiores enim appetitiones, *rerum* ſunt maiorum: [u] & *è contra* verò, honeſtiorũ, præſertìm meliorum cupiditates, meliores, & honeſtiores propter eandem *rationem*. 26. [5] Et quarum ſcientiæ honeſtiores vel probiores, etiam res *quæ ſcientijs illis præcipiuntur*, honeſtiores *ſunt* & probiores: Vt enim ſcientia *ſe* habet, *ita* etiam *id quod* verum *eſt*: Præcipit autẽ de rebus quas tractat, *ars* vnaquæque, *neque ad alias res tranſit*. [x] Et *è contrà* verò, probiorum ac honeſtiorũ ſcientiæ, *ſimilitèr*

17. ἄλλον δὲ τρόπον, τὸ ἄφθονον τοῦ σπανίου, ὅτι ἡ χρῆσις ὑπερέχει· τὸ γὰρ πολλάκις, τοῦ ὀλιγάκις ὑπερέχει· ὅθεν λέγεται,

"Ἄριστον μὲν ὕδωρ.

18. καὶ ὅλως τὸ χαλεπώτερον τοῦ ῥᾴονος [k]· σπανιώτερον γάρ· 19. ἄλλον δὲ τρόπον, τὸ ῥᾷον τοῦ χαλεπωτέρου· ἔχει γὰρ ὡς βουλόμεθα· 20. καὶ ᾧ τὸ ἐναντίον μεῖζον· 21. καὶ οὗ ἡ στέρησις μείζων· 22. καὶ ἀρετὴ μὴ ἀρετῆς, καὶ κακία μὴ κακίας μείζων· τὰ μὲν γὰρ, τέλη· τὰ δ', οὐ τέλη· 23. καὶ ὧν τὰ ἔργα καλλίω, ἢ αἰσχίω, μείζω αὐτά· καὶ ὧν αἱ κακίαι καὶ αἱ ἀρεταὶ μείζους, καὶ τὰ ἔργα μείζω· ἐπείπερ, ὡς τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαὶ, καὶ τὰ ἀποβαίνοντα· καὶ ὡς τὰ ἀποβαίνοντα, καὶ τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαί· 24. καὶ ὧν ἡ ὑπεροχὴ αἱρετωτέρα, ἢ καλλίων [l]· οἷον, τὸ ἀκριβῶς ὁρᾶν, αἱρετώτερον τοῦ ὀσφραίνεσθαι· καὶ γὰρ ὄψις, ὀσφρήσεως· καὶ τὸ φιλεταῖρον εἶναι, τοῦ φιλοχρήματον, μᾶλλον κάλλιον· ὥστε καὶ φιλεταιρία, φιλοχρηματίας. καὶ ἀντικειμένως δὲ, τῶν βελτιόνων αἱ ὑπερβολαὶ, βελτίους. καὶ καλλιόνων, καλλίους. 25. καὶ ὧν αἱ ἐπιθυμίαι καλλίους, ἢ βελτίους· αἱ γὰρ μείζους ὀρέξεις, μειζόνων εἰσί· καὶ τῶν καλλιόνων δὲ, ἢ καὶ βελτιόνων αἱ ἐπιθυμίαι, βελτίους καὶ καλλίους διὰ τὸ αὐτό· 26. καὶ ὧν αἱ ἐπιστῆμαι καλλίους ἢ σπουδαιότεραι, καὶ τὰ πράγματα καλλίω καὶ σπουδαιότερα· ὡς γὰρ ἔχει ἡ ἐπιστήμη, καὶ τὸ ἀληθές· κελεύει δὲ τὸ αὑτῆς ἑκάστη. καὶ τῶν σπουδαιοτέρων δὲ καὶ καλλιόνων αἱ ἐπιστῆμαι,

[k] Coniun. 3. Top. c. 2. p. 14.

[l] Coniun. 3. Top. ca. 3. p. 9.

[m] Coniun. 1. lib. de anim. c. 1.
[n] Coniun. 3. Top. c. 1. p. 4.
[o] Cap. 6. p. 2.
[p] Coniun. 3. Top c. 1. p. 11. & 13.
[q] Coniun. 3. Top ca. 1. p. 4.
[r] Coniun. 3 Top. ca. 2. p. 3.
[ſ] Ca. 6. pa. 2.
[t] Vide infr. c. 9. p. 4.
[u] Coniun. 3 Top. c. 3. p. 10.
[x] Coniun. 3. Top. c. 1. p. 3.

ἐπιστῆμαι [m], ἀνάλογον διὰ ταῦτα· 27. καὶ ὃ κρίναιεν ἂν ἢ κεκρίκασιν οἱ φρόνιμοι ἢ πάντες, ἢ οἱ πολλοὶ, ἢ οἱ πλείους, ἢ οἱ κράτιστοι, ἀγαθὸν, ἢ μεῖζον, ἀνάγκη οὕτως ἔχειν, ἢ ἁπλῶς, ἢ εἰ κατὰ τὴν φρόνησιν ἔκριναν [n]. 28. ἔστι δὲ τοῦτο κοινὸν καὶ κατὰ τῶν ἄλλων. καὶ γὰρ τί, καὶ ποσὸν, καὶ ποιὸν, οὕτως ἔχει, ὡς ἂν ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ φρόνησις εἴποι· ἀλλ' ἐπ' ἀγαθῶν εἰρήκαμεν· ὥρισται [o] γὰρ ἀγαθὸν εἶναι, ὃ λαβόντα τὰ πράγματα φρόνησιν, ἕλοιτ' ἂν ἕκαστον. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ μεῖζον, ὃ μᾶλλον ἡ φρόνησις λέγει· 29. καὶ τὸ τοῖς βελτίοσιν ὑπάρχον [p], ἢ ἁπλῶς, ἢ ᾗ βελτίοις· οἷον ἡ ἀνδρία, ἰσχύος· 30. καὶ ὃ ἕλοιτ' ἂν ὁ βελτίων [q], ἢ ἁπλῶς, ἢ ᾗ βελτίων· οἷον τὸ ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν· τοῦτο γὰρ ὁ δικαιότερος ἕλοιτ' ἄν· 31. καὶ τὸ ἥδιον, τοῦ ἧττον ἡδέος [r]· τὴν γὰρ ἡδονὴν πάντα διώκει, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ ἥδεσθαι ὀρέγονται. ὥρισται [ſ] δὲ τούτοις τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ τέλος. ἥδιον δὲ, τό, τε ἀλυπότερον, καὶ τὸ πολυχρονιώτερον ἡδύ· 32. καὶ τὸ κάλλιον, τοῦ ἧττον καλοῦ· τὸ γὰρ καλόν ἐστιν, ἤτοι τὸ ἡδὺ, ἢ τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετόν [t]· 33. καὶ ὅσων αὐτοὶ αὑτοῖς ἢ φίλοις βούλονται αἴτιοι εἶναι μᾶλλον [u], ταῦτα μείζω ἀγαθά· ὅσων δὲ ἥκιστα, μείζω κακά· 34. καὶ τὰ πολυχρονιώτερα, τῶν ὀλιγοχρονιωτέρων [x]· 35. καὶ τὰ βεβαιότερα, τῶν μὴ βεβαιοτέρων· ὑπερέχει γὰρ ἡ χρῆσις, τῶν μὲν, τῷ χρόνῳ· τῶν δὲ, τῇ βουλήσει· ὅταν γὰρ βούλωνται, ὑπάρχει μᾶλλον ἡ τοῦ βεβαίου·

atque ex eâdem proportione *ſe habent* ob eaſdem *cauſas*. 27. [9] Et quod iudicarent aut iudicauerunt prudentes, ſiue omnes ſiue *eorum* plurimi, ſiue plures, ſiue ij qui *inter ipſos conſilio plurimũ* pollent, *eſſe* bonum vel maius; neceſſe eſt ſic *ſe* habere, vel ſimpliciter, *nec magis in hac re quàm in illâ*, vel ſi *illi homines* ex prudentiâ iudicârint 28. [y] Poteſt verò hæc *forma* etiam de alijs *rebus* communitèr *enunciari*: Etenim *Categoria* Quid, & Quale, & Quantum, ſic *ſe* habet *quoad veritatẽ*, vt ſcientia *earũ rerũ*, & prudentia affirmauerit: [z] Verùm *nos hæc* de bonis *eligendis* pronunciauimus: Nam definitũ eſt bonum, *id* eſſe, quod quæ acceperint *res* prudentiam, eligerent ſingulæ: Perſpicuum igitur *eſt*, etiã maius *id eſſe*, quod prudentia magis *bonũ eſſe* dictat. 29. [10] Et quod melioribus ineſt vel ſimplicitèr, vel quatenùs meliores *ſunt*: velut *animi* fortitudo, quàm robur *corporis*. 30. [a] Et quod eligeret *vir* melior, vel ſimplicitèr, vel quatenùs melior; [b] velut, iniuriâ affici magis *bonum*, quàm iniuriâ afficere: Hoc .n. vir iuſtior eligeret. 31. [11] Et iucundius, quàm minùs iucundum: [c] Voluptatẽ enim omnia ſectantur, & ipſius *voluptatis* gratiâ, voluptate perfundi appetunt: His autem *conditionibus ſuprà* definitum eſt bonum, & finis: [d] *Ipſum* autem Iucundius, eſt, tùm quod minùs moleſtũ, tùm quod diutiùs iucundum. 32. [e] Et pulchrius *ſeu honeſtius*, quàm minùs pulchrum *ſeu honeſtum*: Nam honeſtum eſt, aut iucundum vtique, aut per ſe eligendũ. 33. [12] Et quorumcunq; *homines* ipſi *ſe* ſibi aut amicis volunt cauſam eſſe magis, *quàm alios*, hæc maiora *ſunt* bona; * quorumcunq; verò minimè *volunt*, maiora mala. 34. [13] Et diuturniora, quàm minus diuturna. 35. Et * firmiora, quàm minus firma: Superat enim vſus, * illorum quidem, tempore; * horum verò, arbitrio *&* *voluntate*: Nam quando *homines* velint, adeſt magis *vſus* rei firmæ.

9 Ratione *iudicij prudentiũ virorum.*

y Iudicium hoc prudentium virorum, non modò in rebus practicis, ſc. vtilib. æſtimandis, multum valet, ſed in rebus etiã Theoricis dijudicandis:

z Nos tamen hîc ipſum, bonis Practicis ſolùm coarctauimus: id q; ratione illâ perſuaſi, quæ ſumitur ex definitionib. boni, 2a & 3a ſuprà poſitis, cap. 6. par. 2a.

10 Rat: tùm *Subiectæ naturæ recipientis*: Cùm duo bona à naturis 2bus recipi poſſint, qd recipitur à meliori, melius eſt:

a Tùm *melioris viri eligentis*: Cùm enim duæ res diuerſæ, à duob. eligi poſſint; quæ à meliori elig. ea melior:

b Exemplo eſt, dictum Socratis apud Plat. in Gorgia.

11 Ratione *Iucundioris*:

c Probatur forma ex defin. boni 2a.

d Iucundius aliquid bifariàm dicitur, &c.

e Et rat. *Pulchrioris*: colligitur forma, partim ex præcedenti, partim ex definit. boni 1a.

12 *Cùm quis alicuius boni ſe authorem, ſibi, vel amicis eſſe mauult*, quàm alios, illud eſt maius bonum:

* Contra, de malo.

13 Ratione *Diuturnitatis*:

* Et *Firmitatis*.

* Diuturniora meliora ſunt; quia longo tempore permanent:

* Firmiora, meliora; quia ſemper voluntatibus noſtris præſtò ſunt.

14 Ratione *conſecutionis inter coniugata*: Vt enim in coniugatis primò poſitis fit conſecutio; ita etiam in alijs, quæ his prioribus adponi poſſunt.

15 Ratione *electionis vniuerſalis*: Siue omnes eligant;

* Siue plures.

f Ratio vtriuſque partis, à definitione boni 22.

16 Ratione *ſcientiæ & teſtimonÿ*, vel aduerſariorum, aut inimicorum;

* Vel Iudicũ, aut arbitrorũ:

g Rat: vtriuſq. Q d. n. inimici affirmẽt perinde eſt ac ſi oẽs;

h Quod Iudices, idem, ac ſi ij, qui in manu rem habent.

17 Ratione *Participationis*: Participem enim eſſe rei peruulgatæ, maius eſt bonum:

* Rat. à contrario.

i E contra, maius bonum eſt, participem eſſe rei inuſitatæ: Rat. ex par. 16.

18 Rat. Tùm *laudis*: Laudabiliora, meliora: ex c. præc. par. 9.

k Tùm *honoris*: Quib⁹ enim maior honor, ea maiora bona.

l E contra; quorum pœnæ legibus conſtitutæ maiores, maiora mala.

m Tùm *excellentiæ in ÿs rebus, quæ vulgò magnæ exiſtimantur*: Quæ enim his præſtant, maiora ſunt bona.

19 Ratione *diſtributionis rei in partes partiumq́; enumerationis*: Hinc enim fit, vt res ipſa ſic ſpecie tenus appareat, quaſi reuera maior ſit: Probatur hoc ex par. 21.

n Exempl. ex Iliad. 9.

o Itemq; rat. *Oppoſitæ Collectionis, & gradationis*, quæ magnã vim amplificandi in ſe habet:

36. [14] Item quemadmodum ex Coniugatis & ſimilibus caſibus *fit conſecutio*, etiam alia *ſeriatim* ſequuntur; velut, ſi quod fortitèr *agitur*, honeſtius magiſque eligendum *eſt*, quàm quod temperantèr; etiam fortitudo, quàm temperantia, magis eligenda; & fortem eſſe, quàm temperantẽ. 37. [15] Et quod omnes eligunt, quàm quod non omnes. 38. * Et quod plures, quàm quod pauciores: [f] Nam *id* bonũ eſſe *definiuimus*, quod omnes appetunt: Quare etiam maius *erit*, quod *appetunt* magis. 39. [16] Et quod controuerſantes aut inimici *maius eſſe aiunt*, * vel quod *ſupremi* iudices, *ſeu Prætores*, aut ÿ quos iſti *ad iudicandum, tanquam arbitros* deligunt: [g] Illud enim eſt, perinde ac ſi omnes affirmarent; [h] hoc verò *eſt, ac ſi* principes viri, & *iuris cauſæque* periti. 40. [17] Et interdum, cuius omnes participes ſunt, *illud obtinere* maius *eſt*: * Dedecus enim *eſt*, non eſſe *eius* participem: 41. [i] Interdum, *id* cuius nemo, aut cujus pauci: Quippe rarius *eſt hoc bonum*. 42. [18] Et quæ magis laudanda; quia honeſtiora. 43. [k] Et quorum honores maiores, eodem modo: Nam honor *eſt* quaſi quædam *dignitatis* æſtimatio: [l] Et quorum mulctæ *ſunt* maiores, *maiora ſunt mala*. 44. [m] Et *ea* quæ *maiora exiſtunt* ijs, quæ *omnium* confeſſione magna ſunt, vel *ſpecie tenus* apparent *eſſe magna*, maiora *ſunt*. 45. [19] Quinetiam, eædem res cùm diuiduntur in partes, *exinde* apparent *ſpecie tenus eſſe* maiores: Nam *in diuiſione*, multarum *rerum* exuperantia *ſpecie tenus* apparet: Vnde & Poeta ait, Meleagro, vt *ad bellum ineundũ* ſurgeret, perſuaſiſſe *vxorem ſuam*, dicendo,

[n] " *Quot mala hominibus accedunt, quorum vrbs capta fuerit:*
" *Viri quidem intereunt; vrbẽ autẽ ignis in puluerem redactam conſumit:*
" *Liberos verò alÿ abducunt, profundâq; cinctură præditas vxores.*

46. [o] Quin & *rem* componere & ſuperadſtruere, *ita vt in amplificando ſo-*

36. καὶ ὡς αἱ ἐκ τῶν συστοίχων καὶ τῶν ὁμοίων πτώσεων, καὶ τἆλλα ἀκολουθεῖ [y]. οἷον, εἰ τὸ ἀνδρείως κάλλιον καὶ αἱρετώτερον τοῦ σωφρόνως, καὶ ἀνδρεία σωφροσύνης αἱρετωτέρα, καὶ τὸ ἀνδρεῖον εἶναι, τοῦ σωφρονεῖν. 37. καὶ ὃ πάντες αἱροῦνται [z], τοῦ ὃ μὴ πάντες. 38. καὶ ὃ οἱ πλείους, ἢ οἱ ἐλάττους· ἀγαθὸν γὰρ ἦν [a], οὗ πάντες ἐφίενται· ὥστε καὶ μεῖζον, οὗ μᾶλλον. 39. καὶ ὃ οἱ ἀμφισβητοῦντες, ἢ οἱ ἐχθροί, ἢ οἱ κρίνοντες, ἢ οὓς οὗτοι κρίνουσι· τὸ μὲν γάρ, ὡς ἂν εἰ πάντες φαῖεν, ἐστί· τὸ δέ, οἱ κύριοι καὶ οἱ εἰδότες. 40. καὶ ὁτὲ μέν, οὗ πάντες μετέχουσι, μεῖζον· ἀτιμία γὰρ τὸ μὴ μετέχειν. 41. ὁτὲ δέ, οὗ μηδεὶς, ἢ οὗ ὀλίγοι· σπανιώτερον γάρ. 42. καὶ τὰ ἐπαινετώτερα [b]· καλλίω γάρ. 43. καὶ ὧν αἱ τιμαὶ μείζους [c], ὡσαύτως· ἡ γὰρ τιμή, ὥσπερ ἀξία τις ἐστί. καὶ ὧν αἱ ζημίαι μείζους [d]. 44. καὶ τὰ τῶν ὁμολογουμένων ἢ φαινομένων μεγάλων, μείζω. 45. καὶ διαιρούμενα δὲ εἰς τὰ μέρη τὰ αὐτά, μείζω φαίνεται· πλειόνων γὰρ ὑπεροχὴ φαίνεται· ὅθεν καὶ ὁ ποιητής φησι, πεῖσαι λέγουσαν τὸν Μελέαγρον ἀναστῆναι·

" Ὅσσα κάκ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλώῃ,
" Λαοὶ μὲν φθινύθουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,
" Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι.

46. καὶ τὸ συντιθέναι δὲ καὶ ἐποικοδομεῖν, ὥσπερ Ἐπίχαρμος

y Coniun. 3. Topic. c. 3 p. 5.

z Coniun. 3 Top. c. 1. p. 4.

a Supr. pa. 3.

b Coniun. 3. Top. c. 1. p 20.

c Ibid.

d Coniun. 2. Politic. de Pittaci lege.

e Coniun. 1. de ort. animal.
f Par. 18.
g Par. 16.
h Coniun. c. 9. p. 41.
i Coniun. 3. Top. ca. 2. p. 5.
k Coniun. 3. Top. ca. 1. p 15.
l Ibid. p. 17.
m Ibid p. 16.

πίχαρμός [e] · διά τε τὸ αὐτὸ τῇ διαιρέσει · ἡ γὰρ σύνθεσις, ὑπεροχὴν δείκνυσι πολλῶν · καὶ ὅτι ἀρχὴ φαίνεται μεγάλων καὶ αἴτιον · 47. ἐπεὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον [f] καὶ σπανιώτερον [g] μεῖζον, καὶ οἱ καιροὶ, καὶ αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ τόποι, καὶ οἱ χρόνοι, καὶ αἱ δυνάμεις ποιοῦσι μεγάλα · εἰ γὰρ παρὰ δύναμιν, καὶ παρ' ἡλικίαν, καὶ παρὰ τοὺς ὁμοίους, καὶ εἰ οὕτως, ἢ ἐνταῦθα, ἢ τότ', ἕξει μέγεθος καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ δικαίων, καὶ τῶν ἐναντίων · ὅθεν καὶ τὸ ἐπίγραμμα τῷ ὀλυμπιονίκῃ [h] ·

" Πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἄσιλλαν,

" Ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον.

καὶ ὁ Ἰφικράτης αὐτὸν ἐνεκωμίαζε, λέγων,

Ἐξ ὧν ὑπῆρξε ταῦτα.

48. καὶ τὸ αὐτοφυὲς τοῦ ἐπικτήτου · χαλεπώτερον γάρ · ὅθεν καὶ ὁ ποιητής φησιν,

" Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί.——

49. καὶ τὸ μεγάλου μέγιστον μέρος · οἷον, Περικλῆς τὸν ἐπιτάφιον λέγων, τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι, ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθείη · 50. καὶ τὰ ἐν χρείᾳ μείζονι, χρήσιμα [i], οἷον τὰ ἐν γήρᾳ καὶ νόσοις · 51. καὶ δυοῖν τὸ ἐγγύτερον τοῦ τέλους [k] · 52. καὶ τὸ αὐτῷ ἢ ἁπλῶς · 53. καὶ τὸ δυνατὸν, τοῦ ἀδυνάτου [l] · τὸ μὲν γὰρ, αὐτῷ · τὸ δ', οὔ · 54. καὶ τὰ ἐν τέλει τοῦ βίου [m] :

lebat Epicharmus, *maiorem eam apparere efficit* ; *idque* tùm propter idem *quod euenit* diuiſioni : Nam compoſitio multam *rerum diſiectarum* exuperantiã *ſeu ac umulationem* oſtendit : [p] tùm *etiam*, quia *in eo rerum* magnarũ principium & cauſa *ſpecie tenus* apparet. 47. [20] Quoniam verò *id* quod *eſt* difficilius, & rarius, *eſt* maius; etiam occaſiones, & ætates, & loci, & tempora, & vires efficiunt *res* magnas : Si *quis* enim ſupra vires, & ſupra ætatẽ, & ſupra ſimiles ; aut ſi eo modo, vel eo loco, vel tali tempore, *res aliquas geſſiſſe vel obtinuiſſe dicatur* ; *eæ* habebunt magnitudinem, & honeſtarum, & bonarum, & iuſtarum; & *vt harum, ita etiam his* contrariarum : Vnde & Epigramma *illud extat* in victorem Olympiorum;

[q] " *Nuper quidem circa humeros geſtans aſperum vas piſcatorium,*

" *Piſces ex Argis in oppidum Tegeam ferebam :*

[r] Et Iphicrates ſeipſum encomio ornauit, dicens,

" *Ex quantulis initijs extiterunt mihi honores iſti?*

48. [ſ] Et ex ipſo natum, *maius eſt*, quàm *poſteà* aſcitum : Difficilius enim *videtur*: Vnde & Poeta ait,

[t] " *Sum autem mihimet Doctor.* —

49. [21] Et rei magnæ maxima pars, *maius quiddam meliuſque eſt, quàm rei paruæ* : [u] velut, Pericles in funebri *oratione* dicebat; " *Iuuentutem ex ciuitate ablatam eſſe, perinde ac ſi ver ex anno ſublatum fuiſſet.* 50. [22] Et quæ in neceſſitate maiore, *nobis ſunt* vtilia; velut quæ in ſenectute, & morbis. 51. [23] Et, cùm duo *ſint quæ ad eundem finem faciunt* ; quod propinquius *eſt* fini, *eo, quod eſt remotius.* 52. [24] Et quod ipſi *ſiu priuato cuique prodeſt*, quàm *quod* ſimpliciter *bonum eſt*, *ſi commodum nullum importet.* 53. [x] Et id quod fieri poteſt, quàm quod non poteſt : Illud enim *eſt* ſibi *cuique priuato bonum* ; hoc verò, nequaquam. 54. [25] Et quæ in *ipſo* vitæ fine *inſunt*, maiora

Tùm quia res plures diſiectas coaceruare ſe, indicat : Plura autem magnum quiddam eſſe apparent: vti dixit part. 2 a.

p Tùm quia magnæ rei efficiendæ ſpeciem præ ſe fert.

20 Ratione *Circumſtantiarum*: collig. hæc forma ex 18. & 16 a. Circumſtantiæ enim occaſionum, ętatum, locorum, &c. multùm res augent, ita vt, quæ ſuâ vi ſpectatæ, puſillæ res viderentur, grandes nunc eſſe intelligantur, ſi has conditiones habuerint:

Siue in demonſtratiuo genere, honeſtæ ſint;
Siue in deliberatiuo, bonæ;
Siue in Iudiciali, iuſtæ.

q Exempl. primũ Certatoris Olympij, in Epigrammate:

r 2. Iphicratis Athenienſis Ducis ; qui ſutoris filius fuiſſet.

ſ Huc pertinet forma illa; Quod eſt natiuum, maius eſt eo, quod eſt adſcitum:

t Exempl. ex Odyſſ. 22; Verba ſunt Phemij cantoris.

21 Ratione *maximæ partis*: Magnæ .n. rei maxima pars, maius meliuſque eſt, quàm aut paruæ pars magna, aut magnæ parua:

u Exempl. ex Periclis Orat. funebr.

22 Rat. *fructus & commodi in rebus anguſtu.*

23 Rat. *propinquitat. ad finem*

24 Rat. *peculiaris commodi*: Quod enim huic bonum, maius eſt, quàm bonum in genere.

x Item, Quod fieri & à nobis obtineri poteſt, maius eſt, quàm quod non poteſt.

Probatur ex form. præced.

25 Rat. *coniunctionis, & pro*

pinquitatis cum vitæ fine, qui finis eſt optimus.

26 Rat. *veritatis potiùs, quàm opinionis alienæ*: Quæ enim ad rei veritatem ſpectantes, ſumimus, meliora, quàm quæ ad opinionem.

y Definitio eius, quod eſt ad opinionem:

z Probatur forma, exemplo.

a Proinde etiam, quæ homines (ſecundùm occultas voluntates) malunt ſibi eſſe, quàm videri, maiora ſunt:

b Quæ autem magis videri, minora: vt Sophiſtæ dixerunt de Iuſtitia; è quibus fuit Thraſymachus.

27 Ratione *Relationis ad plura*: Quod enim ad res plures accõmodatum eſt, maius eſt, quàm quod ad pauciores.

28 Rat. *ſimplicis & ſolitariæ poſitionis, & coniunctionis cum voluptate*: Si enim ſimul moleſtiã vacat, & voluptati etiam coniunctum ſit, maius bonũ eſt.

c Omninò, ratione *adiectionis, &c*: Si enim alteri rei adiunctum, totum maius efficit, & plus boni adfert, erit illud maius bonum.

d Item; Quæ præſentia ſunt, & non latent; meliora, quàm quæ præſentia ſolùm ſunt:

e Exemp. gr. ∽

29 Rat. *dilectionis*: Quod enim amabile eſt, & deſyderabile, melius eſt eo, quo facilè carere poſſumus: Idque

f Siue per ſe ſolùm ponatur;

g Siue cum alijs coniunctum:

h Exempl. Iudicij Locrenſis in quendam reum, &c.

maiora ſunt ijs, quæ remotiora: *Ea* enim quæ *immediatè* fini hærent, *dicenda ſunt* potiùs fines, *quàm quæ longiùs abſunt*. 55. [26] Et quæ *rei* veritatem *ſpectantes ſumimus*, quàm quæ ad *hominũ* opinionem: [y] Definitio autem eius QVOD AD OPINIONEM, *eſt id*, quod, ſi clam *ſe omnib'* futurũ *putaret*, nemo *vnquã* eligeret. [z] Quãobrẽ et à beneficium *ab alijs* accipere, videatur *vtiq;* optabilius, quàm beneficiũ *alijs* dare: Illud enim, etiãſi clã eſſe *debeat*, eliget *quiuis*; at beneficiũ *alijs* dare, *interim* vt *id* clã faciat, nemo videtur eſſe electurus. 56. [a] Et quæcunque *homines* eſſe magis quàm videri volũt: Ad veritatẽ enim *ſpectantes hæc eligunt* magis: [b] Quamobrẽ & iuſtitiã aiunt rẽ paruã eſſe; quià vt *quis* videatur *iuſtus* quàm vt ſit, magis eligendum *eſt*: *Benè* autẽ valere, minimè. 57. [27] Et quod ad multa vtilius; velut, quod ad vitã, atq; *ad* beatã vitã *degendã*, & ad voluptatem *conficiendã*, & ad *res* honeſtas gerendas: Quamobrẽ & diuitiæ, & ſanitas, res maximæ *vulgò* videntur eſſe: Omnes enim *dotes* has, *iſtæ in ſe* habent. 58. [28] Et quod magis *eſt* moleſtię expers, *ſimulq;* cum voluptate *coniunctũ*, *melius eo, quod ſolùm moleſtiã vacat*: Plura enim *ibi ſunt bona*, quàm vnum; ita vt bonũ *illud ſimul* exiſtat & voluptas, & moleſtiæ vacuitas. 59. [c] Et cùm duo *fuerint, quorũ nunc vnũ rei adiungatur, nunc alterum*; quod eidẽ *rei* adiunctum, totũ maius efficit, *id eſt maius*. 60. [d] Et quæ non latent, *cùm ſint* præſentia, quàm quæ latent: Ad veritatẽ enim *ſolam* tendunt hæc *magis quæ latent*: [e] Quamobrẽ diuitẽ eſſe appareat *vtiq;* maius bonũ, quã videri. 61. [29] Itẽ *id maius*, quod *eſt* deſyderabile *& vnicè charum*; [f] idq; *ſi* nonnullis quidẽ *ſit* ſolũ *per ſe*; [g] nõnullis verò, cũ alijs *coniunctũ*: [h] Quamobrẽ etiã haud par pœna *legibus conſtituta fuit*, ſi quis excœcârit *hominẽ* vno oculo vtentẽ, ac *ſi* eũ qui duos habet: *Quod* enim *ipſi* vnicè charum *erat*, ſublatum eſt. Ac ex quibus quidem *formis* oporteat fidẽ

τέλη γὰρ μᾶλλον τὰ πρὸς τῷ τέλει. 55. καὶ τὰ πρὸς ἀλήθειαν [n], τῶν πρὸς δόξαν. ὅρος δὲ τοῦ πρὸς δόξαν [o], ὃ λανθάνειν μέλλων, οὐκ ἂν ἕλοιτο. διὸ καὶ τὸ εὖ πάσχειν, τοῦ εὖ ποιεῖν δόξειεν ἂν αἱρετώτερον εἶναι. τὸ μὲν γὰρ, κἂν λανθάνῃ, αἱρήσεται. ποιεῖν δ' εὖ λανθάνων οὐ δοκεῖ ἂν ἑλέσθαι. 56. καὶ ὅσα εἶναι μᾶλλον ἢ δοκεῖν βούλονται. πρὸς ἀλήθειαν γὰρ μᾶλλον. διὸ καὶ τὴν δικαιοσύνην φασὶ μικρὸν εἶναι, ὅτι δοκεῖν ἢ εἶναι αἱρετώτερον. τὸ δὲ ὑγιαίνειν, οὔ. 54. καὶ τὸ πρὸς πολλὰ χρησιμώτερον [p]. οἷον, τὸ πρὸς τὸ ζῆν, καὶ εὖ ζῆν, καὶ τὴν ἡδονὴν, καὶ πράττειν τὰ καλά. διὸ ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ ὑγίεια, μέγιστα δοκεῖ εἶναι. ἅπαντα γὰρ ἔχει ταῦτα. 58. καὶ τὸ ἀλυπότερον [q], καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς. πλείω γὰρ ἑνός. ὥστε ὑπάρχει καὶ ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν, καὶ ἀλυπία. 59. καὶ δυοῖν ὃ τῷ αὐτῷ προστιθέμενον [r], μεῖζον τὸ ὅλον ποιεῖ. 60. καὶ ἃ μὴ λανθάνει παρόντα, ἢ λανθάνει. πρὸς ἀλήθειαν γὰρ τείνει ταῦτα. διὸ τὸ πλουτεῖν φανείη ἂν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ δοκεῖν. 61. καὶ τὸ ἀγαπητόν. καὶ τοῖς μὲν, μόνον. τοῖς δὲ, μετ' ἄλλων. διὸ καὶ οὐκ ἴση ζημία, ἄν τις τὸν ἑτερόφθαλμον τυφλώσῃ, καὶ τὸν δύ' ἔχοντα. ἀγαπητὸν γὰρ ἀφῄρηται. ἐκ τίνων μὲν οὖν δεῖ τὰς πίστεις φέρειν ἐν τῷ προ-

τρέπειν

n Coniun 3. Top. c. 3. p. 14.

o Ibid.

p Coniun. 3. Top. c. 3. p. 17.

q Coniun. 3. Top. c. 2. p. 3. & 16.

r Coniun. 3. Top. c. 5. p. 7.

τρέπειν καὶ ἀποτρέπειν, σχεδὸν εἴρηται.

ducere in Hortando & *in* Dehortando, ferè dictum eſt.

De publica deliberatione.

CAP. VIII.

Ad publicam Deliberationem, aſſumptis Rerumpub. ſpeciebus, à Par. 4. Addit pro Elementis ſumendos eſſe Rerumpublicarum ſingularum fines, Par. 11. Vnde earum inſtituta & vtilia, &c. tanquàm propoſitiones propriæ colligantur, Par. 12. Hîc etiam perſuadendi vim habet, tenere principum & ciuitatũ mores, qui ex iiſdem finibus innoteſcunt, à Par. 13.

Μέγιστον δὲ, καὶ κυριώτατον ἁπάντων πρὸς τὸ δύνασθαι πείθειν, καὶ καλῶς συμβουλεύειν, τὰς πολιτείας ἁπάσας λαβεῖν, καὶ τὰ ἑκάστης ἔθη, καὶ νόμιμα καὶ συμφέροντα διελεῖν. 2. πείθονται γὰρ ἅπαντες τῷ συμφέροντι· συμφέρει δὲ τὸ σῶζον τὴν πολιτείαν. 3. ἔτι δὲ, κυρία μέν ἐστιν ἡ τοῦ κυρίου ἀπόφασις· τὰ δὲ κύρια διῄρηται κατὰ τὰς πολιτείας· ὅσαι γὰρ αἱ πολιτεῖαι, τοσαῦτα καὶ τὰ κύριά ἐστιν. ¶ 4. εἰσὶ δὲ πολιτεῖαι τέσσαρες [a], δημοκρατία, ὀλιγαρχία, ἀριστοκρατία μοναρχία· ὥστε, τὸ μὲν κύριον καὶ τὸ κρῖνον, τούτων δὴ ἂν εἴη μόριον, ἢ ὅλον τούτων. 5. ἔστι δὲ δημοκρατία μὲν, πολιτεία ἐν ᾗ κλήρῳ διανέμονται τὰς ἀρχάς. 6. ὀλιγαρχία δὲ, ἐν ᾗ οἱ ἀπὸ τιμημάτων. 7. ἀριστοκρατία δὲ, ἐν ᾗ οἱ κατὰ τὴν παιδείαν. παιδείαν δὲ λέγω, τὴν ὑπὸ τοῦ νόμου κειμένην· οἱ γὰρ ἐμμεμενηκότες ἐν τοῖς νομίμοις, ἐν τῇ ἀριστοκρατίᾳ ἄρχουσιν. ἀνάγκη δὲ τούτοις φαίνεσθαι

[a] Coniun. 3. Polit. cap. 7.

[a] EX omnibus autem *illud* maximum, ſumméq; accommodatũ *eſt*, quo perſuadere *quis*, atq; egregiè deliberare valeat; [1] Reſpub. aſſumpſiſſe omnes, [2] & vniuſcuiuſque conſuetudines ac inſtituta, atque *ea*, quæ vtilia *ſunt ipſis*, diſtinxiſſe. 2. [b] Obtemperant enim *mortales* omnes ei, quod *rebus ipſorum* vtile *eſt* : *Id* autem eſt vtile, quod Reipub. *ſtatum* conſeruat; *cuiuſmodi ſunt conſuetudines & inſtituta*. 3. [c] Prætereà, ſummam *in Repub.* authoritatem habet, Domini *ſeu Dominatus* enunciatio: Dominatus autem, iuxta Rerumpub. *differentias* diſtincti ſunt: Quot enim *numero* Reſpub., tot etiam dominatus ſunt, *quorũ iuriſdictio tenenda eſt ei qui deliberat*. ¶ 4 [d] Sunt autem *quatuor* Reſpublicæ, Democratia, Oligarchia, Ariſtocratia, Monarchia: Ità vt Dominatus quidem, & *id* quod *res omnes* iudicat, harum vtique particula fuerit *quædam*, aut totum harum. 5. [1] Eſt autem Democratia quidem, Reſpub. in quâ, ſorte *tantum*, *ciuibus omnibus ſine diſcrimine* diſtribuunt magiſtratus. 6. [2] Oligarchia verò, in quâ *Magiſtratus gerunt* ex cenſu. 7. [3] Ariſtocratia autem, in qua *ciuitatem regunt* ij qui reipub. diſciplinâ *inſtructi ſunt*: Diſciplinam voco, Inſtitutiones à legibus poſitas: Nam qui *in patrijs* ritibus inſtiterunt, *eoſque ritè obſeruârunt*, in Ariſtocratia dominantur: Neceſſe verò

[a] Propoſitio 1[x]; [1] *ſumendas eſſe rerumpubl. ſpecies*;

Et [2] *diſtinguenda eſſe earundẽ Inſtituta*, &c; quaſi proprias deliberandi formas:

[b] Ratio *poſter. membri* (cur diſtinguenda ſint rerump. Inſtituta, &c.) *ab vtili*, cui omnes homines parent; quià ad ipſorum fines conducit.

[c] Ratio *prior. membri, ex parte Ciuitatis*: Ideò ſumendas eſſe rerumpub. ſpecies ad perſuaſionẽ; quià Dominatus (quorũ authoritatem & enunciata tenere debet is qui deliberat) non niſi ex harũ diſtinctione intelliguntur.

[d] *Primùm* igitur, *aſſumit* 4[r] *rerump. formas*, ex opinione communi; in quibus ſingulis τὸ κύριον (i. ij qui ſummam poteſtatẽ habent) eſt vel pars quædam præcipua, vel tota reipub. forma, & ſtatus.

1. Democratia:

2. Oligarchia:

3. Ariſtocratia:

4. Monarchia;

e Cuius duæ ſpecies; Regnum, & Tyrannis.

f Deinde *ponit ſingularũ rerump. fines*; qui *Elementa* ſunt *communia*: quippe ad quos ſingulæ hæ, actiones & conſuetudines ſuas omnes dirigunt: vtpote,

1 *Democratiæ* finis, eſt *Libertas*:

2 *Oligarchiæ, diuitiæ*:

3 *Ariſtocratiæ, diſciplina patria*:

4 *Tyrannidis, cuſtodia ſui. Regni verò, & regis & ciuium ſalus.*

g Ex illis finibus, *colligit diſtinguenda eſſe cuiuſq; reip. inſtituta, & vtilia, & c*; quæ cùm ad eoſdē fines perducant, *Propriæ ſunt deliberandi formæ in rep.*

h Supradictis addit; *Tenendos eſſe Ciuitatum & principum virorum indolem & mores*; vt ex horũ perſpectione, moratã oratione (eã quæ huius loci propria eſt) fidē facere poſſit:

i Rat. Dùm .n. mores illor. commendet, eiuſq; reip ſe ſtudioſum præbeat; oratione tali faciet, vt videatur vir bonus, ipſiſq; beneuolus.

k Mores autem rerump. tenentur *ex earund. finib.* Animaduerſis ſc. reb. ijs quas ſingulę, vel vt fini ſuo conſequendo aptas, ſumunt, vel vt auerſas, repudiant.

l Epilogus dictorum

m Cap. 5°.

n Cap. 6°, & 7°:

o Cap. 8°.

rò *eſt*, hos *ſpecie tenus* apparere optimos: Vnde & nomē hoc accepit *Optimatum poteſtas*. 8. [4] Monarchia verò, vt *ipſum* nomen *indicat*, eſt in qua vnus omnium Dominus eſt. 9. [e] Huius verò vna quidē *ſpecies*, quæ ordine quodam *conſtituta eſt, nominatur* Regnum: 10. Altera autem, *quæ* nullis limitibus definita *eſt, dicitur* Tyrannis. ¶ 11. [f] Iam igitur finem cuiuſq; reipub. non oportet latêre: *Singuli enim ciuitatum ſtatus* eligunt ea quæ *faciunt* ad *ſuum* finem, *contraria verò reſpuunt*: [1] Ac Democratiæ quidem finis, eſt libertas: [2] Oligarchiæ verò, diuitiæ: [3] At Ariſtocratiæ, *ea* quæ *pertinent* ad *ciuitatis* diſciplinam, & inſtituta: [4] Tyrannidis autèm, ſatellitium *ſeu corporis* cuſtodia. ¶ 12. [g] Perſpicuum igitur *eſt*, *eas* conſuetudines, & inſtituta, & vtilia, quæ *pertinent* ad finem cuiuſque *reip.* diſtinguenda *nobis* eſſe: Siquidem *ij, qui in ſingulis rebuſpub. deliberant*, *omnia* ad hunc, *i. reipub. ſuæ finem* referentes, eligant ¶ 13. [h] Quoniam autèm non ſolùm Fides fit *eâ*, quæ demōſtrat oratione, ſed etiam moratâ: (Nam in eo fidem habemus dicenti, quòd *is* apparet *eſſe* cuiuſdam modi; hoc eſt, ſi bonus appareat, vel beneuolus, vel vtrumque:) oportebit mores Reipub. cuiuſq; nos tenere: [i] Nam mores quidem ſingularum, neceſſe *eſt* in ſingulis *Reb. ſpub.* (*cùm dicentis oratione effecti vel commendati ſint*) idoneos eſſe maximè ad faciendam fidem. 14. [k] Iſti autem *mores* accipientur ex iiſdem *finibus vnicuique Reipub. propoſitis*: Nam mores manifeſti *fiunt*, *cognitâ* præelectione: At præelectio refertur ad finem. 15. [l] Ac [m] quæ quidem oportet *eos* qui hortantur, appetere *& ſectari*, tanquàm futura *obtinenda*, vel præſentia *conſeruanda*: [n] Et ex quibus *formis* oportet de vtili Fidem ſumere: [o] Prætereà verò, de *ſingularum* Rerump. moribus, & inſtitutis; tùm ex quibus, tùm quomodò *oratione* abundabimus, quantũ conuenit præſenti tempori, dictũ eſt:

ἀρίστοις [b] · ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφε τοῦτο · 8. μοναρχία δ' ἐστὶ, κατὰ τοὔνομα, ἐν ᾗ εἷς ἁπάντων κύριός ἐστι · 9. τούτων δὲ, ἡ μὲν κατὰ τάξιν τινὰ, βασιλεία · 10. ἡ δ' ἀόριστος, τυραννίς · ¶ 11. τὸ δὴ τέλος ἑκάστης πολιτείας οὐ δεῖ λανθάνειν · αἱροῦνται γὰρ τὰ πρὸς τὸ τέλος. ἔστι δὲ, δημοκρατίας μὲν τέλος, ἐλευθερία · ὀλιγαρχίας δὲ, πλοῦτος · ἀριστοκρατίας δὲ, τὰ πρὸς παιδείαν καὶ τὰ νόμιμα · τυραννίδος δὲ, φυλακή · ¶ 12. δῆλον οὖν ὅτι τὰ πρὸς τὸ τέλος ἑκάστης ἔθη, καὶ νόμιμα, καὶ συμφέροντα, διαιρετέον, εἴπερ αἱροῦνται πρὸς τοῦτο ἐπαναφέροντες · ¶ 13. ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον αἱ πίστεις γίνονται δι' ἀποδεικτικοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ δι' ἠθικοῦ (τῷ γὰρ ποιόν τινα φαίνεσθαι τὸν λέγοντα, πιστεύομεν · τοῦτο δ' ἐστὶν, ἂν ἀγαθὸς φαίνηται, ἢ εὔνους, ἢ ἄμφω) δέοι ἂν τὰ ἤθη τῶν πολιτειῶν ἑκάστης ἔχειν ἡμᾶς · τὸ μὲν γὰρ ἑκάστης ἦθος, πιθανώτατον ἀνάγκη πρὸς ἑκάστην εἶναι · 14. ταῦτα δὲ ληφθήσεται διὰ τῶν αὐτῶν · τὰ μὲν γὰρ ἤθη φανερὰ κατὰ τὴν προαίρεσιν · ἡ δὲ προαίρεσις, ἀναφέρεται πρὸς τὸ τέλος · 15. ὧν μὲν οὖν δεῖ ὀρέγεσθαι προτρέποντας, ὡς ἐσομένων ἢ ὄντων · καὶ ἐκ τίνων δεῖ τὰς περὶ τοῦ συμφέροντος πίστεις λαμβάνειν · ἔτι δὲ, περὶ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας ἠθῶν καὶ νομίμων · διὰ τίνων τε καὶ πῶς εὐπορήσομεν, ἐφ' ὅσον ἦν τῷ παρόντι καιρῷ σύμμετρον, εἴρηται · διηκρίβω-

b Conium. 3. Polit. cap. 7.

κεῖνται γὰρ ἐν τοῖς πολιτικοῖς περὶ τούτων.

Exquiſitè enim de his diſputatum eſt in Politicis.

De genere demonſtratiuo.

CAP. IX.

In genere Demonſt. Ea EX QVIBVS *habetur oratio, Alia ſunt* Propria generis Demonſtrat: *vt,* 1° Elementa & Definitiones *Honeſti & Virtutis, à Par.* 4. *Deinde* Formæ *ſpeciales de Honeſtis, tùm Illæ, ex quibus* Laudationes & vituperat: *ducuntur, à Par.* 16: *Tùm Illæ, ex quibus* Encomia, & Opprobria *fiunt, à Par.* 42. *Alia verò, (ex quibus Demonſtrat. Oratio fit) ſunt* Rationes communes; Vna *ei communis cum* Deliberat: *genere, Par.* 46. Aliæ *communes cum* Iudiciali, *ſuntq; de magis Honeſto à Par.* 47.

Μετὰ δὲ ταῦτα λέγωμεν περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, καὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ· οὗτοι γὰρ σκοποὶ τῷ ἐπαινοῦντι καὶ ψέγοντι. 2. συμβήσεται γὰρ ἅμα περὶ τούτων λέγοντας, κἀκεῖνα δηλοῦν, ἐξ ὧν ποιοί τινες ὑποληφθησόμεθα κατὰ τὸ ἦθος· ὅπερ ἦν δευτέρα πίστις· ἐκ τῶν αὐτῶν γὰρ ἡμᾶς τε καὶ ἄλλον ἀξιόπιστον δυνησόμεθα ποιεῖν πρὸς ἀρετήν. 3. ἐπεὶ δὲ συμβαίνει καὶ χωρὶς σπουδῆς καὶ μετὰ σπουδῆς ἐπαινεῖν πολλάκις, οὐ μόνον ἄνθρωπον, ἢ θεὸν, ἀλλὰ καὶ ἄψυχα, καὶ τῶν ἄλλων ζώων τὸ τυχόν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τούτων ληπτέον τὰς προτάσεις. ὥστε ὅσον παραδείγματος χάριν, εἴπωμεν καὶ περὶ τούτων. 4 ¶ καλὸν μὲν οὖν ἐστιν, ὃ ἂν δι' αὑτὸ αἱρετὸν ὂν, ἐπαινετὸν ᾖ· ἢ ὃ ἂν ἀγαθὸν ὂν, ἡδὺ ᾖ [a], ὅτι ἀγαθόν. 5. εἰ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν, ἀνάγκη τὴν ἀρετὴν καλὸν εἶναι· ἀγαθὸν γὰρ ὂν, ἐπαινετόν ἐστιν. 6. ἀρετὴ δέ, ἐστὶ μὲν δύναμις, ὡς δοκεῖ, ποριστικὴ ἀγαθῶν καὶ φυλακτική· καὶ δύναμις εὐεργετικὴ πολλῶν καὶ

[a] *Coniun. ca. 7. pa. 32.*

[a] POſthæc autē dicamus de Virtute ac Vitio, & *omninò de* Honeſto ac Turpi: Hi enim fines Laudanti & Vituperanti *ſunt propoſiti.* 2. [b] Eueniet namq; dùm de his dicamus, ſimùl vt etiam illa aperiamus, ex quibus cuiuſdammodi exiſtimabimur ſecundum Mores; id quod erat ſecundum Fidei *genus:* Ex ijſdem enim *formis* & nos ipſos, & alium *quemlibet* efficere poterimus fide *ac æſtimatione* dignum, ob virtutem. 3. [c] Quoniam verò vſu venit, vt ſæpè & obitèr *ac oblectationis causâ*, & ex inſtituto *ſerióq;* laudemus, non ſolùm hominem, aut Deum, ſed etiam res inanimatas; & aliorum animalium quodlibet: [d] Ad eundem ſanè modum etiam de his finibus ſumendæ *ſunt* propoſitiones, *ſeu formæ:* Quare etiam de iſtis quantum exempli causâ *ſatis eſt*, dicamus. ¶ 4 [e] Ac honeſtū quidem eſt, quod cùm per ſe eligendum ſit, laudabile fuerit; vel quod cùm bonum ſit, iucundum fuerit, quià bonum. 5. [2] Quòd ſi hoc eſt honeſtum; neceſſe eſt virtutem eſſe *id quod* honeſtum *vocatur*: Bona enim cùm ſit, laudabilis res eſt. 6. [f] Virtus verò eſt facultas, vt videtur, parandi bona, *eademq;* conſeruandi; & [g] Poteſtas *in alios* beneficia conferendi multa

[a] Proponit, [1] explicand. eſſe *fines* generis demonſtrat: ſc. *honeſtum, & turpe*, &c. ex quibus laudare, vel vituperare poterimus.

[b] Cum hâc explicatione, illud quoque accedet commodi; vt vnâ eas teneamus formas, ex quibus Morata Fides ducitur.

[c] 2. Atque, vt laudare contingit, vel ſeriò, vel etiam ioco; ſæpè quidem res grandiores; interdùm etiam leuiculas:

[d] Iiſdem modis, iiſdemq; de rebus *formas & elementa taliū laudum* aſſumendas eſſe; & proinde ratione eas generali, miniméque ſubtili explicari oportere.

[e] Ea igitur *Ex Quibus* laudant &c. Alia ſunt *Generis Demonſtrat. Propria*: ſuntque

[1] *Elementa cōmunia, ſc. definitiones*

[1] Tùm ipſius *Honeſti.*

[2] Tùm *Virtutis*, quæ Honeſtum quiddam eſt: Eius

[f] Prior definitio, continet cōmoda, quæ virtutis ope comparantur.

[g] Poſterior, beneficiorum in alios collationem conſyderat.

multa & magna, eſtque omnium *bonorum effectrix* in omnibus. 7. [g] Partes autem virtutis *ſunt*, iuſtitia, fortitudo, temperantia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, manſuetudo, prudentia, ſapientia. 8. [h] Neceſſe verò *eſt*, maximas eſſe virtutes, *quæ* alijs vtiliſſimæ *ſunt*, ſiquidem virtus ſit beneficia conferendi poteſtas: [i] Idcirco *homines*, iuſtos & fortes *viros* maximè honorant: Hæc enim in bello, illa verò etiam in pace vtilis eſt ipſis. * Deinde *vtilis eſt* Liberalitas: Nam *liberales* profundunt *ſua bona*, neque cum alijs certant de pecunijs, quas maximè alij *vulgò* appetunt: [k] Eſt autem, * Iuſtitia quidem, virtus per quam, quæ ſunt ſua ſinguli habent, & vt *iubet* lex: * Iniuſtitia verò, per quam aliena, non vt *præcipit* lex. 10. [l] Fortitudo autem, per quam opera honeſta *homines* aggrediuntur in periculis, & vt lex præcipit; *ſuntque ſtrenui* adminiſtri legis: [m] Timiditas verò, *eſt vitium ei* contrarium. 11. [n] Temperantia autem, eſt virtus per quam ad voluptates corporis ſic *ſe* habent *homines*, vt lex præcipit: Intemperantia verò, contrarium. 12. [o] Liberalitas autem, *quæ* in pecunijs benefaciendi vim habet: Illiberalitas verò, contrarium. 13. [p] Magnanimitas autem, *eſt* virtus, *quæ* magna beneficia in alios conferre *ſtudet*: 14. [q] Magnificentia autem, virtus quæ in ſumptibus *faciendis* amplitudinem *& granditatem* affectat: * Puſillanimitas verò, & Paruificentia *ſeu ſordes*, *ſunt* contraria. 15. [r] Prudentia autem, eſt virtus rationis, per quam benè conſultare poſſunt de bonis & malis, quæ dicta ſunt facere ad fœlicitatem. [ſ] Ac de virtute quidem & vitio in vniuerſum, & de *ipſius* particu-

μεγάλων, καὶ πάντων περὶ πάντα· 7. μέρη δὲ ἀρετῆς, δικαιοσύνη, ἀνδρία, σωφροσύνη, μεγαλοπρέπεια, μεγαλοψυχία, ἐλευθεριότης, πραότης, φρόνησις, σοφία· 8. ἀνάγκη δὲ, μεγίστας εἶναι ἀρετὰς, τὰς τοῖς ἄλλοις χρησιμωτάτας, εἴπερ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ δύναμις εὐεργετική. διὰ τοῦτο τοὺς δικαίους καὶ ἀνδρείους μάλιστα τιμῶσιν· ἡ μὲν γὰρ, ἐν πολέμῳ· ἡ δὲ, καὶ ἐν εἰρήνῃ χρήσιμός ἐστιν αὐτοῖς. εἶτα ἡ ἐλευθεριότης· προΐενται [b] γὰρ, καὶ οὐκ ἀνταγωνίζονται περὶ τῶν χρημάτων, ὧν μάλιστα ἐφίενται ἄλλοι· 9. ἔστι δὲ, δικαιοσύνη [c] μὲν, ἀρετὴ δι' ἣν τὰ αὑτῶν ἕκαστοι ἔχουσι, καὶ ὡς ὁ νόμος· ἀδικία δὲ, δι' ἣν τὰ ἀλλότρια, οὐχ ὡς ὁ νόμος· 10. ἀνδρία δὲ, δι' ἣν πρακτικοί εἰσι τῶν καλῶν ἔργων ἐν τοῖς κινδύνοις, καὶ ὡς ὁ νόμος κελεύει, καὶ ὑπηρετικοὶ τῷ νόμῳ· δειλία δὲ, τοὐναντίον· 11. σωφροσύνη δὲ, ἀρετὴ, δι' ἣν πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος οὕτως ἔχουσιν ὡς ὁ νόμος κελεύει· ἀκολασία δὲ, τοὐναντίον· 12. ἐλευθεριότης δὲ, περὶ χρήματα, εὖ ποιητική· ἀνελευθερία δὲ, τοὐναντίον· 13. μεγαλοψυχία δὲ, ἀρετὴ μεγάλων ποιητικὴ εὐεργετημάτων· [μικροψυχία δὲ, τοὐναντίον·] 14. μεγαλοπρέπεια [d] δὲ, ἀρετὴ ἐν δαπανήμασι μεγέθους ποιητική· μικροψυχία δὲ καὶ μικροπρέπεια, τἀναντία· 15. φρόνησις δ' [e], ἐστὶν ἀρετὴ διανοίας, καθ' ἣν εὖ βουλεύεσθαι δύνανται περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τῶν εἰρημένων εἰς εὐδαιμονίαν. περὶ μὲν οὖν ἀρετῆς καὶ κακίας καθόλου, καὶ περὶ τῶν μο-

[g] Tùm etiam *ſingularũ virtutũ partium, ſeu ſpecierũ*: quæ *numerantur* quidem, nouem:

[h] Inter has, illæ ſunt maximæ, quæ alijs maximos fructus ferunt: Vt patet ex definit. virtutis 2a.

[i] Confirm. hoc à iudicio multitudinis; qui *colunt iuſtos*; quià ex iuſtitia & domi & foris vtilitates maximæ:

* *Colunt etiam liberales*; quià multorum egeſtatem pecuniâ ſuâ ſubleuant.

[k] *Deſcribuntur* autem dictæ virtutis ſpecies, & vitia ijſdem contraria; Ex. gr.
* Iuſtitia; &
* Iniuſtitia:

[l] Fortitudo:

[m] Et Timiditas.

[n] Temperantia, & Intemperant.

[o] Liberalitas, & Illiberalitas.

[p] Magnanimitas, &

[q] Magnificentia:

* Iiſque contrariæ, Puſill. & Paruif.

[r] Prudentia.

[ſ] Epilog. de fundamento honeſti, i. de virtute, eiuſque ſpecieb.

[b] Coniun. 4. Ethic. ca. 1.

[c] Coniun. 5. Ethic. cap. 3.

[d] Coniun. 4. Ethic. c. 4.

[e] Coniun. 6. Ethic. c. 5.

μορίων, εἴρηται κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἱκανῶς. ¶ 16. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν· φανερὸν γὰρ, ὅτι ἀνάγκη, τά τε ποιητικὰ τῆς ἀρετῆς εἶναι καλά· (πρὸς ἀρετὴν γάρ·) 17. καὶ τὰ ἀπ' ἀρετῆς γινόμενα. τοιαῦτα δὲ, τά τε σημεῖα τῆς ἀρετῆς, καὶ τὰ ἔργα [f]. ἐπεὶ δὲ τὰ σημεῖα, καὶ τὰ τοιαῦτα ὅσα ἐστὶν ἀγαθοῦ ἔργα ἢ πάθη, καλὰ, ἀνάγκη ὅσα τε ἀνδρίας ἔργα, ἢ σημεῖα ἀνδρίας, ἢ ἀνδρείως πέπρακται, καλὰ εἶναι· καὶ τὰ δίκαια, καὶ τὰ δικαίως ἔργα· πάθη δὲ, οὔ· ἐν μόνῃ γὰρ ταύτῃ τῶν ἀρετῶν, οὐκ ἀεὶ τὸ δικαίως, καλὸν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ζημιοῦσθαι, αἰσχρὸν τὸ δικαίως μᾶλλον ἢ τὸ ἀδίκως· καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δὲ ἀρετὰς, ὡσαύτως. 18. καὶ ἐφ' ὅσοις τὰ ἆθλα τιμὴ, οὐ καλά. καὶ ἐφ' ὅσοις τιμὴ μᾶλλον ἢ χρήματα. 19. καὶ ὅσα μὴ αὑτοῦ ἕνεκα πράττει τις τῶν αἱρετῶν. 20. καὶ τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ, ὅσα ὑπὲρ τῆς πατρίδος τις ἐποίησε, παριδὼν τὸ αὑτοῦ. καὶ τὰ τῇ φύσει ἀγαθὰ, καὶ ἃ μὴ αὐτῷ ἀγαθά· αὑτοῦ γὰρ ἕνεκα τὰ τοιαῦτα. 21. καὶ ὅσα τεθνεῶτι ἐνδέχεται ὑπάρχειν μᾶλλον, ἢ ζῶντι· τὸ γὰρ αὑτοῦ ἕνεκα μᾶλλον ἔχει τὰ ζῶντι. 22. καὶ ὅσα ἔργα τῶν ἄλλων ἕνεκα· ἧττον γὰρ αὑτοῦ. καὶ ὅσαι εὐπραγίαι περὶ ἄλλους, ἀλλὰ μὴ περὶ αὐτὸν, καὶ περὶ τοὺς εὖ ποιήσαντας· δίκαιον γάρ.

f Coniun. 4. Ethic. cap. 2.

g Coniun. 4. Ethic. ca. 7.

lis, dictũ eſt quantum præſenti tempori *ſcriptionique ſit* ſatis ¶ 16. [t] De alijs verò *quæ honeſta vel turpia ſunt*, difficile non *eſt* videre: Manifeſtum enim *eſt*, neceſſe *eſſe*, [1] vt & *ea* quæ efficere poſſunt virtutem, ſint honeſta (*referuntur* enim ad virtutem:) 17. [u] Et quæ à virtute proficiſcuntur: Eiuſmodi autem *ſunt*, *&* ſigna virtutis, & opera: [x] Quoniam verò ſigna, & eiuſmodi quæcunque ſunt *eximij* boni opera vel perpeſſiones, honeſta *ſunt*; neceſſe *eſt*, vt *etiam* [*] tùm *ea* quæcunque *ſunt* fortitudinis opera, vel ſigna fortitudinis, vel fortitèr geſta, honeſta *etiam* ſint: [y] Tùm *res* iuſtæ, & quæ iuſtè *adminiſtrata ſunt* opera; perpeſſiones verò, minimè: In ſolâ enim hâc inter virtutes, non ſempèr quod iuſtè *fit*, honeſtum eſt; verùm cùm quis pœnâ afficitur; turpius *eſt*, ſi *id fiat* iuſtè, quàm ſi iniuſtè: [z] Et de alijs virtutibus ſimilitèr *res ſe habet*. 18. [2] Et quibuſcunque præmium *propoſitum eſt* honor, honeſta *ſunt*: [a] Et quibuſcunque honor maiore ex parte *eſt præmium*, quàm pecuniæ. 19. [3] Et *eorum* [1] quæ eligenda *ſunt*, quæcunque non ſui gratiâ quis facit, *ſed alienâ*. 20. Et [2] quæ ſimplicitèr *& ſuâ vi ſunt* bona: *Cuiuſmodi ſunt* quæcunque pro patria geſſerit aliquis, *eo* quod ſui ipſius *gratiâ fit*, neglecto: [b] Et quæ à naturâ *obtinentur* bona: [c] Et quæ non illi ipſi, *qui ea habet*, *ſunt* bona: [d] Huiuſmodi enim *quæ ipſi ſunt bona*, *ſunt* ipſius gratiâ *duntaxat*. 21. Et [3] quæcunque mortuo adeſſe contingunt magis, quàm viuenti: *Id* enim quod ſui ipſius *priuati hominis* gratiâ *fieri & eſſe dicitur*, magis habent *ea* quæ viuenti *deferuntur*, *quàm quæ mortuo*. 22. Et [4] quæcunque opera aliorum gratiâ *ſuſcipiuntur*: Minùs enim ipſius *authoris gratiâ videntur facta*: [e] Et quæcunque probè *aut fœlicitèr* geſta *ſunt* in alienis *negotijs*; non autem in ſuis; [f] Et quæ in *negotijs* eorum, qui beneficia *in nos* contulerunt: *Hoc* enim iuſtum

t Hacten. Definitiones: Sequuntur *Honeſti Formæ*, ex quibus laudant, &c. Hæ varijs ſumuntur modis:

1º Ratione *virtutis*, *cui coniunctæ ſunt* ea quæ laudantur. *Generatim* enim, Honeſta ſunt, tùm ea, quæ ſunt *efficientia virtutis*:

u Tùm ea, quæ *à virtutibus dimanant*; vt earum ſigna, & opera:

[a] Et *pares ſimileſque illis* ea mala, quæ ipſis imminere affirmamus, perpeſſi ſint, &c.

Cap. VII.

De confidentia. Cap. VII.

Confidentia quid; Par. 1. Eius quæſt. 1ª, Quæ res confidentiam afferunt, à Par. 2. 2ᵈᵃ, Qui homines confidenti nos animo faciant, à Par. 4. 3ª, Qui homines confirmato ſint animo in periculis, à Par. 7.

Definitio & formæ Confidentiæ, colliguntur ex definit. & formis metus:

a Rat. Quià confidentia & metus contraria, &c. contrariorum autem vno cognito, ſimùl innoteſcit reliquum.

b Præmiſſo igitur, Confidentia quid.

c Formæ de 1. Quæſt. [*Quæ res fidentem reddunt?*] nimirùm,

1 *Longinquitas rerum atrocium.*

2 *Medicina*, quâ res malæ releuentur; *& auxilia*, quibus, quæ reſtant, arceantur.

d De 2. Quæſt. [*Qui homines fidentiam addant?*] vtpotè,

1 Qui *nec læſi à* nobis *ſint*, nec *læſerint*: contra præc. cap. par. 13. & 14.

2 *Aduerſarij & æmuli* ſi *nulli* nobis fuerint, &c. contra præc. cap. par. 15.

3 *Socij periculi* ſi *plures* ſint, quàm qui periculum creant.

e De 3. Quæſt. [*Qui homines, fidentes?*] nimirùm,

1 Qui *vel extra periculum* poſiti, res ad eum, quem vellent, exitum perduxere, &c.

f *Vel* crebrò è grauiorib. periculis ſalui emerſerunt:

g Rat. Firmamur enim in dubijs, 1 vel vt mala *nunquam experti*, vt ſuperiores par. 7; 2 Vel vt *remedijs* ad illa propulſanda inſtructi; vt poſteriores, par. 8.

h Illuſtr. rat. à ſimili.

QVoniàm verò de Metu manifeſtum *eſt*, quid ſit, & de Metuendis; & quomodò ſinguli *ſe* habentes, timeant; manifeſtum ex his *eſt etiam* Confidere Quid ſit, & in QVALIBVS *rebus* confidant *homines*, & QVOMODÒ affecti ſint confidentes: ª Etenim & Confidentia metui contraria *eſt*, & *id* quod Confidentiam affert, ei quod metum: ᵇ Quare *Confidentia*, *eſt* ſpes *coniuncta* cum phantaſia *rerum* ſalutarium, vt quæ propè ſint; metuendarum verò, vt quæ non ſint, aut longè abſint. ¶ 2. ᶜ Confidentiam verò afferunt, & grauia *mala*, ſi longè abſint, & ſi ea quæ confidentiam pariunt propè *ſint*. 3. ª Et *malorum* remedia, ſi *præſtò* ſint; & auxilia vel multa, vel magna, vel vtraque. ¶ 4. ᵈ Et ¹ *ſi* neque iniuriam *à nobis* acceperint, neque *nobis* intulerint. 5. ² Et competitores, *ſi* aut non ſint *ipſis* omninò; aut *ſi ſint*, non habeant facultatem *nocendi*; aut ſi facultatem habeant, ſint amici, vel beneficia *ipſis* dederint, aut *ab ijs* acceperint. 6. ³ Aut, ſi *illi* quibus hæc, *quæ nobis*, conducunt, ſint plures, aut *viribus* præſtantiores, aut vtrique. ¶ 7. ᵉ Ipſi autem, ſic *ſe* habendo, ſunt confidentes: ¹ Si *in rebus dubijs* multa *ſe* rectè egiſſe arbitrentur, & nihil *incommodi* paſſos eſſe. 8. ᶠ Aut ſi ſæpè inciderint in grauia *mala*, & *incolumes indè* euaſerint; ᵍ Bifariàm enim homines *in periculis*, *meticuloſæ* perturbationis expertes fiunt, ¹ vel quòd *illa* nondùm experti ſunt, ² vel quòd auxilia habeant, *quibus illa depellant*: ʰ Ve-

Ἐπεὶ δὲ περὶ φόβου φανερὸν τί ἐστι, καὶ περὶ τῶν φοβερῶν, καὶ ὡς ἕκαστοι ἔχοντες δεδίασι, φανερὸν ἐκ τούτων, καὶ τὸ θαῤῥεῖν τί ἐστι, καὶ περὶ ποῖα θαῤῥαλέοι, καὶ πῶς διακείμενοι θαῤῥαλέοι εἰσί· τό, τε γὰρ θάρσος ἐναντίον τῷ φόβῳ, καὶ τὸ θαῤῥαλέον τῷ φοβερῷ· ὥστε μετὰ φαντασίας ἡ ἐλπὶς τῶν σωτηρίων, ὡς ἐγγὺς ὄντων· τῶν δὲ φοβερῶν, ἢ μὴ ὄντων, ἢ πόῤῥω ὄντων. ¶ 2. Ἔστι δὲ θαῤῥαλέα, τά τε δεινὰ πόῤῥω ὄντα, καὶ τὰ θαῤῥαλέα ἐγγύς· 3. καὶ ἐπανορθώσεις ἐὰν ὦσι, καὶ βοήθειαι, ἢ πολλαί, ἢ μεγάλαι, ἢ ἄμφω. ¶ 4. καὶ μήτε ἠδικημένοι, μήτε ἠδικηκότες ὦσιν· 5. ἀνταγωνισταί τε ἢ μὴ ὦσιν ὅλως, ἢ μὴ ἔχωσι δύναμιν· ἢ δύναμιν ἔχοντες, ὦσι φίλοι· ἢ πεποιηκότες ὦσιν εὖ, ἢ πεπονθότες· 6. ἢ ἐὰν πλείους ὦσιν οἷς ταὐτὰ συμφέρει, ἢ κρείττους, ἢ ἄμφω. ¶ 7. Αὐτοὶ δὲ οὕτως ἔχοντες, θαῤῥαλέοι εἰσίν· ἐὰν πολλὰ κατωρθωκέναι οἴωνται, καὶ μὴ πεπονθέναι. 8. ἢ ἐὰν πολλάκις ἐληλυθότες ὦσιν εἰς τὰ δεινά, καὶ διαπεφευγότες· διχῶς γὰρ ἀπαθεῖς γίγνονται οἱ ἄνθρωποι, ἢ τῷ μὴ πεπειρᾶσθαι, ἢ τῷ βοηθείας ἔχειν· ὥσπερ

ἐν

a Coniun. 3. Ethic. cap. 9.

b Coniun. lib. 1. cap. 4. pa. 9.

c Coniun. 3. Ethic. ca. 11.

ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν κινδύνοις, οἵτε ἄπειροι χειμῶνος, θαῤῥοῦσι τὰ μέλλοντα [a]· καὶ οἱ βοηθείας ἔχοντες, διὰ τὴν ἐμπειρίαν· 9. καὶ ὅταν τοῖς ὁμοίοις μὴ ᾖ φοβερὸν, μηδὲ τοῖς ἥττοσι, καὶ ὧν κρείττους οἴονται εἶναι· οἴονται δὲ, ὧν κεκρατήκασιν, ἢ αὐτῶν, ἢ τῶν κρειττόνων, ἢ τῶν ὁμοίων· 10. καὶ ἐὰν ὑπάρχειν αὐτοῖς οἴωνται πλείω καὶ μείζω, οἷς ὑπερέχοντες φοβεροί εἰσι. ταῦτα δ' ἐστὶ, πλῆθος χρημάτων [b], καὶ ἰσχὺς σωμάτων, καὶ φίλων, καὶ χώρας, καὶ τῶν πρὸς πόλεμον παρασκευῶν, ἢ πασῶν, ἢ τῶν μεγίστων· 11. καὶ ἐὰν μὴ ἠδικηκότες ὦσιν, ἢ μηδένα, ἢ μὴ πολλοὺς, ἢ μὴ τοιούτους, περὶ ὧν φοβοῦνται· 12. καὶ ὅλως ἂν τὰ πρὸς θεοὺς αὐτοῖς καλῶς ἔχῃ, τά τε ἄλλα, καὶ τὰ ἀπὸ σημείων καὶ λογίων· 13. θαῤῥαλέον γὰρ ἡ ὀργή [c]· τὸ δὲ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀδικεῖσθαι, ὀργῆς ποιητικόν· τὸ δὲ θεῖον ὑπολαμβάνεται βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις· 14. καὶ ὅταν προεπιχειροῦντες, ἢ μηδὲν ἂν παθεῖν, μηδὲ πείσεσθαι, ἢ κατορθώσειν οἴωνται. καὶ περὶ μὲν τῶν φοβερῶν καὶ θαῤῥαλέων, εἴρηται.

luti, in maritimis periculis, tùm *illi* de futurâ *ſalute* confidunt, qui *ſunt* tempeſtatis imperiti, tùm *illi*, qui auxilia *in ſe* habent, propter experientiam *nauigandi*. 9. [2] Et cùm *malum illud* non ſit metuendum æqualibus, neque inferioribus *ſuis*, & *ÿs* quibus *ſe* præſtantiores eſſe arbitrantur: Arbitrantur autem *ſe præſtare illis*, quos vicerint, ſiuè ipſos, ſiuè præſtantiores, ſiuè ſimiles. 10. [3] Et ſi adeſſe ipſis arbitrentur plura, & maiora *eorum*, quibus ÿ qui excellunt, metuendi ſunt: [i] Ea verò ſunt, multitudo pecuniarũ, & robur corporum, & amicorum, & regionis, & eorum, quæ ad bellum apparantur, vel omnium, vel maximorum. 11. [4]. Et ſi iniuriam fecerint, aut nemini aut non *ſanè* multis, aut non talibus, à quibus metuunt. 12. [k] Et omninò, ſi *ea* quæ ad Deos *pertinent*, ipſis egregiè *ſe* habeant, cùm alia *omnia*, tùm *ea* quæ ab oſtentis, & oraculis *portenduntur*. 13. [l] Etenìm ira (*cùm eos ſit fortitudinis*) confidentiam affert: At non iniuriam facere, ſed accipere, iræ efficiens *eſt*: [m] *Numen* autem diuinum exiſtimatur *propitium eſſe & auxiliari* ijs, qui iniuriam accipiunt. 14. [5] Et cùm priores impetum facientes, vel nihil *ſe mali* pati, aut paſſuros eſſe; vel rectè *& ex ſententiâ* acturos arbitrantur. Ac de metuendis quidem, & fidentiam afferentibus, dictum eſt.

[2] Firmato animo ſunt, qui intelligunt malum illud, nec *metum incuſiſſe paribus*; nec *minoribus* etiam, &c.

[3] Fidentes ſunt, qui putant ſe *excellere* illorum *copiâ*, quæ *formidandos* homines *faciunt*.

[i] Talia ſunt, *vis magna pecuniæ, robur militum*, &c. quæ fortunati dynaſtæ potiùs, quàm priuati hominis, ſunt propriæ.

[4] In magnâ perturbatione nullo metu ſollicitantur ij, qui *nemini os læſerint*, &c. ſed iniurijs *ipſi laceſſiti* ſint.

[k] Et vniuersìm ij, qui *iniuriâ acceptâ, deos ſecum eſſe*, ſuaſque partes adiuuare *credunt*: Idq; ex *ſignis* quibuſdam, & *reſponſis* ſecundis.

[l] Ratio, tùm *prioris* ſententiæ; ex *conditione iræ*:

[m] Tùm poſterioris; ex opinione omnium.

[5] Ijs adduntur animi, qui ſi *hoſtium* incurſum *præuenerint*, *nihil* ſe *capturos* ſperant *incommodi*, &c.

De Pudore.

Cap. VIII.

Pudor quid: *Par.* 1. *Eius Quæſt.* 1[a]. *Quæ res pudorem afferunt*, à *Par.* 3. 2[da], *Apud Quos homines pudore afficiuntur*, à *Par.* 19. 3[a], *Qui homines pudore ſuffunduntur*, à *Par.* 33.

Ποῖα δὲ αἰσχύνονται καὶ ἀναισχυντοῦσι, καὶ πρὸς τίνας, καὶ πῶς ἔχοντες, ἐκ τῶνδε δῆλον. ἔστω δὴ

[a] QVALIA verò *ſint ea*, *quorum* Pudet, & non Pudet, & apud QVOS, & QVOMODÒ *ſe* habentes, ex hiſce *erit* perſpicuum: [b] Sit igitur

[a] De pudore ſequ. formæ:

[b] *Præmiſſo*, Pudor Quid;

c Et Impudentia Quid;

d De 1a Quæſt. (*Quæ res pudorem afferunt*)

1o, Pudet eorum *malorum, quæ* quis *in ſe ipſo habet* : SIVE ſint ea, quæ *turpitudinem importare* creduntur ipſi, &c.

e Talia ſunt, tùm OPERA *ab animi vitio profecta* : vt

1 Quæ à *timiditate animi* prodeunt:

2 Quæ ab *iniuſtitiâ*;

3 Quæ ab *intemperantiâ*;

4 Quæ ab *illiberalitate*.

f Tùm SIGNA *vitiorum quorumcunque* : vt, 1 Signa *illiberalitatis*; abiecti ſc. animi & turpiſſimorum quæſtuum cupidi:

2 Signa *Adulationis* :

3 Signa *mollitiei*, & eneruati animi:

igitur Pudor, dolor quidam, & confuſio in *ijs*, quæ ad infamiam apparent deducere, malis, aut præſentibus, aut præteritis, aut futuris. 2. c Impudentia verò, *eſt* contemptus quidam, & vacuitas perturbationis in his ipſis. ¶ 3. d Si pudor igitur eſt *is*, qui definitus *eſt* ; 1 neceſſe *eſt*, pudere *hominem* talium malorum, quæ videntur turpia eſſe ipſi, aut *ijs*, quorum curam habet : e Huiuſmodi autem ſunt ea opera, quæcunque à vitioſitate ſunt: 4. 1 Velut, *in prælio* abijcere clypeum, aut fugiſſe : Nam *id* à timiditate *manat*. 5. 2 Et fraudâſſe depoſito : Nam *illud* ab iniuſtitia. 6. 3 Et concubuiſſe, quibuſcum non oportet, aut vbi non oportet, aut quandò non oportet: Nam *hæc* ab intemperantia. 7. 4 Et quæſtum facere ex *rebus* minutis, aut ex turpibus, aut ex ijs, vnde nullus *quæſtus* fieri poteſt : velut *ex* pauperibus, aut mortuis : vnde & prouerbiũ; " ETIAM à mortuo *tributum &c.* exigere : Nam *hoc* à ſordibus, & illiberalitate. 8. f Et 1 nullam *pecuniariam* opem ferre, cùm poſſis, aut minorem ferre, *quàm poſſis* : Et auxilium *pecuniarium* accipere à minùs opulentis: Et fœnore accipere *nummos*, quandò *quis* videtur *pecuniam* petiturus: Et petere *nouam pecuniam*, quandò *is debitũ* repetiturus; & repetere *mutuò* datum, quandò *is videtur ampliùs quicquam* petiturus: Et accuratè laudare *rem aliquam, quæ tua eſt* ; quò intelligatur *id à te* petere ; & *quamuis* repulſam *ſit* paſſus, nihilominùs *hoc rurſùs facere*: Nam omnia hæc *ſunt* ſigna illiberalitatis. 9. 2 Laudare autem præſentem, adulationis *ſignum eſt* : Et bona quidem laudando ſuprà modum extollere, mala verò *penitùs* delere : Et vltrà modum dolere vicem dolentis, *ità vt eius dolorem vincas* : & alia omnia, quæcunque *ſunt* eiuſmodi : Nam adulationis ſigna *ſunt*. 10. 3 Et non tolerare labores, quos ſeniores, aut *homines* delicati, aut maiore authoritate præditi, aut omninò qui vires ha-

αἰσχύνη, λύπη τις καὶ ταραχὴ περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν τῶν κακῶν, ἢ παρόντων, ἢ γεγονότων, ἢ μελλόντων· 2. ἡ δ' ἀναισχυντία, ὀλιγωρία τις καὶ ἀπάθεια περὶ τὰ αὐτὰ ταῦτα. ¶ 3. Εἰ δή ἐστιν αἰσχύνη ἡ ὁρισθεῖσα, ἀνάγκη, αἰσχύνεσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τῶν κακῶν, ἃ δοκεῖ αἰσχρὰ εἶναι αὐτῷ, ἢ ὧν φροντίζει· τοιαῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα ἀπὸ κακίας ἔργα ἐστίν· 4. οἷον, ἀποβάλλειν ἀσπίδα, ἢ φυγεῖν· ἀπὸ δειλίας γάρ· 5. καὶ τὸ ἀποστερῆσαι παρακαταθήκην· ἀπ' ἀδικίας γάρ· 6. καὶ τὸ συγγενέσθαι οἷς οὐ δεῖ [a], ἢ ὅτε μὴ δεῖ· ἀπὸ ἀκολασίας γάρ· 7. καὶ τὸ κερδαίνειν ἀπὸ μικρῶν, ἢ ἀπὸ αἰσχρῶν, ἢ ἀπ' ἀδυνάτων, οἷον πενήτων, ἢ τεθνεώτων. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, τὸ, κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν· ἀπὸ αἰσχροκερδείας γὰρ καὶ ἀνελευθερίας· 8. καὶ τὸ μὴ βοηθεῖν δυνάμενον εἰς χρήματα, ἢ ἧττον βοηθεῖν. καὶ τὸ βοηθεῖσθαι παρὰ τῶν ἧττον εὐπόρων. καὶ δανείζεσθαι ὅτε δόξει αἰτεῖν· καὶ αἰτεῖν, ὅτε ἀπαιτεῖν· καὶ ἀπαιτεῖν, ὅτε αἰτεῖν· καὶ ἐπαινεῖν, ἵνα δόξῃ αἰτεῖν· καὶ τὸ ἀποτετυχηκότα, μηδὲν ἧττον· πάντα γὰρ ἀνελευθερίας ταῦτα σημεῖα· 9. τὸ δὲ ἐπαινεῖν παρόντα, κολακείας. καὶ τὸ τἀγαθὰ μὲν ὑπερεπαινεῖν, τὰ δὲ φαῦλα συναλείφειν. καὶ τὸ ὑπεραλγεῖν ἐπ' ἀλγοῦντι καὶ τἄλλα πάντα ὅσα τοιαῦτα· κολακείας γὰρ σημεῖα· 10. καὶ τὸ μὴ ὑπομένειν πόνους, οὓς οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ τρυφῶντες, ἢ οἱ ἐν ἐξουσίᾳ μᾶλλον ὄντες, ἢ ὅλως οἱ ἀδυνατώτεροι

a Coniun. 5. Ethic. cap. 6.

πύτεροι· πάντα γὰρ μαλακίας σημεῖα· 11. καὶ τὸ ὑφ' ἑτέρου εὖ πάσχειν, καὶ τὸ πολλάκις. καὶ ἃ εὖ ἐποίησεν ὀνειδίζειν· μικροψυχίας γὰρ πάντα καὶ ταπεινότητος σημεῖα. 12. καὶ τὸ περὶ αὑτοῦ λέγειν, καὶ ἐπαγγέλλεσθαι. καὶ τὸ τὰ ἀλλότρια, αὑτοῦ φάσκειν· ἀλαζονείας γάρ· 13. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑκάστης τῶν τοῦ ἤθους κακιῶν τὰ ἔργα, καὶ τὰ σημεῖα, καὶ τὰ ὅμοια· αἰσχρὰ γὰρ καὶ αἰσχυντηλά· 14. καὶ ἐπὶ τούτοις τὸ τῶν καλῶν ὧν πάντες μετέχουσιν, ἢ οἱ ὅμοιοι πάντες, ἢ οἱ πλεῖστοι, μὴ μετέχειν. ὁμοίους δὲ λέγω, ὁμοεθνεῖς, πολίτας, ἥλικας, συγγενεῖς· ὅλως, τοὺς ἐξ ἴσου· αἰσχρὸν γὰρ ἤδη τὸ μὴ μετέχειν· οἷον, παιδεύσεως ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως· 15. πάντα δὲ ταῦτα μᾶλλον, ἂν δι' ἑαυτὸν φαίνηται· οὕτω γὰρ ἤδη ἀπὸ κακίας μᾶλλον, ἂν αὐτὸς ᾖ αἴτιος τῶν ὑπαρξάντων, ἢ ὑπαρχόντων, ἢ μελλόντων· 16. πάσχοντες δὲ, ἢ πεπονθότες, ἢ πεισόμενοι, τὰ τοιαῦτα αἰσχύνονται, ὅσα εἰς ἀτιμίαν φέρει καὶ ὀνείδη· ταῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα εἰς ὑπηρετήσεις ἢ σώματος ἢ ἔργων αἰσχρῶν, ὧν ἐστὶ τὸ ὑβρίζεσθαι· 17. καὶ τὰ μὲν, εἰς ἀκολασίαν, καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα· 18. τὰ δὲ, εἰς βίαν, ἄκοντα· ἀπὸ ἀνανδρίας γὰρ, ἢ δειλίας, ἡ ὑπομονὴ, καὶ τὸ μὴ ἀμύνεσθαι. ἃ μὲν οὖν αἰσχύνονται, ταῦτά ἐστι, καὶ τὰ τοιαῦτα. ¶ 19. Ἐπεὶ δὲ περὶ ἀδοξίας φαντασία ἐστὶν ἡ αἰσχύνη, καὶ ταύτης αὐτῆς χάριν, ἀλλὰ μὴ τῶν ἀποβαινόντων·

bent minores, *tolerant :* Nam omnia *hæc* mollitiei *ſunt* ſigna. 11. [4] Et ab altero affici beneficijs, idque ſæpè; *ità vt ſemper eius opem poſcas:* Nec non beneficia, quæ *alteri* dederit, *poſteà* exprobrare : Nam puſillanimitatis oĩa & humilitatis *ſunt* ſigna. 12. [5] Et de ſe *quicquam* dicere, aut polliceri : Et aliena quæ *ſunt*, ſua *eſſe* affirmare: Nam arrogantiæ *eſt*. 13. [h] Similitèr verò etiam in vnoquoque aliorum vitiorum *animi* Moralium, *reperiuntur* & opera, & ſigna, & *his* ſimilia : Nam turpia, & pudenda *ſunt omnia.* 14. [i] Præterea etiam, *pudet hominem* rerum *honeſtarum*, quarum omnes participes ſunt, aut ſimiles omnes, aut plærique, non eſſe participem. Similes autem dico, eiuſdem nationis, ciuitatis, ætatis, cognationis ; omninò *conditione* æquales *&* *pares :* Turpe enim *eſt*, non eſſe participem, v. gr. eruditionis *tantæ, quantæ cæteri* ; & aliarum *rerum* ſimilitèr. 15. [k] Omnia verò hæc magis *turpia ſunt*, ſi propter ipſum appareant *accidiſſe :* Sic enim *ſunt* à vitio magis, ſi ipſe ſit cauſa eorum *malorum*, quæ affuerunt, aut adſunt, aut futura ſunt. 16. [l] Pudore autem afficiuntur eiuſmodi *malorum*, ſiue *ea* patiantur, ſiue paſſi ſint, ſeu paſſuri, quæcunque ad ignominiam & probra *ipſos* ducunt : Hæc autem ſunt, quæcunque ad miniſteria ſpectant, *quibus quis* aut corpore *alicuius libidini inſeruit*, aut turpi opere *alterius violentiam ſuſtinet* ; Quo ex genere eſt, contumeliâ affici. 17. ([m] Atque ea quidem, *quæ* ad *corporis* libidinem *ſpectant*, cùm *vel* volentes *patiuntur*, vel inuiti : 18. [n] Ea verò, *quæ ad violentiã pertinent*, inuiti *tantùm*.) [o] Ab ignauia enim, ac timiditate *proficiſcitur*, & tolerare *hæc fœda flagitia*, & *illatam iniuriam* non vlciſci. Quorum igitur pudet, hæc ſunt, & huius *generis*. ¶ 19. [p] Quoniam verò pudor *eſt* phantaſia *quædam* de offenſione [r] exiſtimationis; idq; ob *offenſionem* hanc, non autem ob ea *mala*, quæ *indè* eueniunt :

[4] Signa *puſillanimitatis*:

[5] Signa *arrogantiæ Thraſonicæ*:

[h] Et *cæterorum vitiorum* ſigna & opera.

[i] Sive ea mala, ſint *vacuitas honeſtarum rerum* earum, *quibus* quis *ornare ſe nequit* ; vt doctrinæ, virtutis, &c.

[k] *Amplificat. dictor.* vſque à part. 4.

[l] Deindè, *verecundantur perpeſſionum vitioſarum* quæ probroſæ fuerint.

Tales ſunt, *Miniſteria*, quibus, vel *corpore*, *morem alteri gerit*; vel *adhibitam vim patitur inulti*.

[m] Ac quæ *ad corpus* quidem; partim ſponte, partim inuitùs patiuntur.

[n] Quæ verò *ad turpe opus* ; inuitùs duntaxat.

[o] Ratio dicti par. 16[a]. Quià & *pati libidinem*, & *vim vi non repellere*, ignaui animi indiciũ eſt.

[p] De 2[a]. Quæſt. [*Apud Quos pudet*] form.

[r] Rat. *Aeſtimationis aliorum*, ſic: Quià verecundia, *eſt cogitatio* quædam *de æſtimatione violatâ*, ſeu de ignominiâ, &c.

q Sequitur, *verecundiâ nos capi eorum, quorum æſtimationem in pretio* habemus, &c.

* Tales ſunt, ¹ Qui *noſtri admiratione capti* ſunt, vel nos *capiunt*, &c.

² Quibuſcum *de dignitate contenditur.*

³ Quorum omninò *iudicium haud contemnimus.*

r Admiratione coli, & colere volumus, Et eos, qui *bonum* in ſe *habent honore dignum*;

* Et eos, *à quibus* quidpiam, *quod in* illorum *manu eſt, impetrare* volumus:

ſ De dignitate contenditur *cum paribus*:

t Iudicium magnifacimus *prudentium*:

* Siue *ex ætate* & rerum *vſu* ità fuerint : ſiue *ex cognitione* doctrinæ.

2 Rat. *Inſpectionis aliorum.* Rubori nobis ſunt ea, *quæ propalàm nobis adſtant*, vt oculati teſtes, Quod prob. Prouerbio.

u Vndè, verecundamur eos, qui *nobiſcum ſemper victuri* ſint, &c. vt qui veterem *aſpectu* ſuo *maculam obiectare* poterint.

3 Rat. *Integritatis, &c.* Pudet coram ijs, *quos ſciunt* ijſdem *culpis minimè affines*:

x Et proin coram ijs, *qui ob exactam* vitæ *normam*, delinquenti *parcant nemini.*

y Prob. Prouerbio ; Nemo .n. illa in quibus *ipſe* volutatur, alteri *dat crimini*, &c.

z Et coram ijs, *qui* quæ *occulta* vident, ad eadem *eliminanda* quàm citiſſimè, *feſtinant.*

a Facilè autem arcana eliminant, ¹ Et *qui iniuriam acceperunt*: * Prob. ex par. 23.

² Et *maledici*; qui ſi proſcindant bonos ; quantò magis ſontes & malos ?

³ Et *qui ſtudioſè tempus terant*

niunt : Nemo autem exiſtimationem *bonam ſolitariè* curat, niſi propter eos, *qui de factis eius benè vel malè* exiſtimant : q Neceſſe eſt pudere *hominem* apud eos, quorum rationem habet : * Rationem verò habet ¹ *tùm* eorum, qui *eum* ſuſpiciunt, & quos *ipſe* ſuſpicit, & à quibus vult ſuſpici ; ² tùm *eorum*, quibuſcum de honore contendit ; ³ tùm *eorum* quorum non contemnit exiſtimationem. 20. r Ac ſuſpici quidem volunt ab ijs, & ſuſpiciunt eos, qui habent aliquod *eorum* bonorum, quæ honorata *ſunt*, * aut à quibus aliquid vehementèr petunt *eorum, quæ* illi in ſuâ poteſtate *habent*: veluti *faciunt ij*, qui amant. 21. ſ De honore autem contendunt cum ijs, qui ſimiles *ſunt.* 22. t Curant autem *viros* prudentes, tanquàm qui vera loquuntur : * Tales verò *ſunt* & ſeniores, & eruditi *viri.* 23. 2 Item *homines verecundantur ea*, quæ ante oculos *ipſorum ſunt*, & quæ in aperto : vndè etiam prouerbiũ illud ; " In Oculis habitare verecundiam. u *Atque* ob hanc *cauſam*, apud eos qui ſempèr affuturi ſunt, magis pudet ; & qui attentè obſeruant ipſos, *quicquid fecerint*; propterea quòd in oculis vtrique *verſantur.* 24. 3 Et *apud eos*, qui non ſunt ijſdem *criminibus* obnoxij : Perſpicuum enim *eſt*, his, contrarios *mores, & opiniones* probari. 25. x Et qui *cùm ipſi non peccant*, haud procliues *ſunt* ad ignoſcendum ijs, *qui* apparent peccare : y Quæ enim quis ipſe facit, ea in proximis *grauitèr & ſtomachosè* ferre non dicitur: Quare quæ *quis* non facit, *eum* ſtomachosè ferre, perſpicuum *eſt.* 26. z Et qui faciles *ſunt* ad *ſecreta* in vulgus enuncianda : Nihil enim differt, *illud* non videri *flagitium*, & *eum qui viderit*, non enunciare. a Facilè autem enunciant, ¹ tùm iniuriam paſſi ; * quià *ſempèr* obſeruant: ² Tùm maledici: (Si enim *inſectentur* etiam eos, qui non peccant ; multò magis eos qui peccant :) ³ Tùm ij, quibus *eſt* occupatio in proximorum

οὐδεὶς δὲ τῆς δόξης φροντίζει, ἀλλ' ἢ διὰ τοὺς δοξάζοντας, ἀνάγκη τούτους αἰσχύνεσθαι, ὧν λόγον ἔχει· λόγον δὲ ἔχει τῶν θαυμαζόντων, καὶ οὓς θαυμάζει, καὶ ὑφ' ὧν βούλεται θαυμάζεσθαι, καὶ πρὸς οὓς φιλοτιμεῖται [b], καὶ ὧν μὴ καταφρονεῖ τῆς δόξης. 20. θαυμάζεσθαι μὲν οὖν βούλονται ὑπὸ τούτων, καὶ θαυμάζουσι τούτους, οἳ ἔχουσί τι ἀγαθὸν τῶν τιμίων. ἢ παρ' ὧν τυγχάνουσι δεόμενοι σφόδρα τινός, ὧν ἐκεῖνοι κύριοι· οἷον οἱ ἐρῶντες· 21. φιλοτιμοῦνται δὲ πρὸς τοὺς ὁμοίους· 22. φροντίζουσι δὲ, ὡς ἀληθευόντων τῶν φρονίμων. τοιοῦτοι δὲ οἵ τε πρεσβύτεροι καὶ οἱ πεπαιδευμένοι· 23. καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὰ ἐν φανερῷ· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, " τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ. διὰ τοῦτο τοὺς ἀεὶ παρεσομένους μᾶλλον αἰσχύνονται, καὶ τοὺς προσέχοντας αὐτοῖς, διὰ τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς ἀμφότερα· 24. καὶ τοὺς μὴ περὶ ταὐτὰ ἐνόχους· δῆλον γὰρ ὅτι τἀναντία δοκεῖ τούτοις· 25. καὶ τοὺς μὴ συγγνωμονικοὺς τοῖς φαινομένοις ἁμαρτάνειν· ἃ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ, ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας οὐ νεμεσᾶν· ὥστε ἃ μὴ ποιῇ, δῆλον ὅτι νεμεσᾷ· 26. καὶ τοὺς ἐξαγγελτικοὺς πολλοῖς· οὐδὲν γὰρ διαφέρει μὴ δοκεῖν, ἢ μὴ ἐξαγγέλλειν. ἐξαγγελτικοὶ δὲ, οἵ τε ἠδικημένοι, διὰ τὸ παρατηρεῖν· καὶ οἱ κακολόγοι (εἴπερ γὰρ καὶ τοὺς μὴ ἁμαρτάνοντας, ἔτι μᾶλλον τοὺς ἁμαρτάνοντας.) καὶ οἷς ἡ διατριβὴ ἐπὶ ταῖς τῶν πέλας ἁμαρ-

b Coniun. ſupr. ca. 2. par. 26.

ἀμαρτίαις, οἷον χλευασταῖς καὶ κωμῳδοποιοῖς· κακολόγοι γάρ πως οὗτοι, καὶ ἐξαγγελτικοί· 27. καὶ ἐν οἷς μηδὲν ἀποτετυχήκασιν· ὥσπερ γὰρ θαυμαζόμενοι διάκεινται· 28. διὸ καὶ τοὺς πρῶτόν τι δεηθέντας αἰσχύνονται, ὡς οὐδέν πω ἠδοξηκότες ἐν αὐτοῖς· 29. τοιοῦτοι δὲ οἵ τε ἄρτι βουλόμενοι φίλοι εἶναι (τὰ γὰρ βέλτιστα τεθέανται. διὸ εὖ ἔχει ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς τοὺς Συρακουσίους·) 30. καὶ τῶν πάλαι γνωρίμων οἱ μηδὲν συνειδότες· 31. αἰσχύνονται δ' οὐ μόνον αὐτὰ τὰ ῥηθέντα [c] αἰσχυντηλὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ σημεῖα, οἷον, οὐ μόνον ἀφροδισιάζοντες, ἀλλὰ καὶ τὰ σημεῖα αὐτοῦ. καὶ οὐ μόνον ποιοῦντες τὰ αἰσχρὰ, ἀλλὰ καὶ λέγοντες. ὁμοίως δὲ οὐδὲ τοὺς εἰρημένους [d] αἰσχύνονται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς δηλώσοντας αὐτοῖς· οἷον, θεράποντας καὶ φίλους τούτων· 32. ὅλως δ' οὐκ αἰσχύνονται, οὔθ' ὧν πολλοὶ καταφρονοῦσι τῆς δόξης τοῦ ἀληθεύειν· οὐδεὶς γὰρ παιδία καὶ θηρία αἰσχύνεται· οὔτε τὰ αὐτὰ τοὺς γνωρίμους καὶ τοὺς ἀγνῶτας· ἀλλὰ τοὺς μὲν γνωρίμους, τὰ πρὸς ἀλήθειαν δοκοῦντα· τοὺς δὲ ἄποθεν, τὰ πρὸς τὸν νόμον. ¶ 33. Αὐτοὶ δὲ ὧδε διακείμενοι, αἰσχυνθεῖεν ἄν· πρῶτον μὲν, εἰ ὑπάρχοιεν πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες οὕτω τινὲς, οἵους ἔφαμεν εἶναι οὓς αἰσχύνονται. ἦσαν δὲ οὗτοι, ἢ θαυμαζόμενοι, ἢ θαυμάζοντες, ἢ ὑφ' ὧν βούλονται θαυμάζεσθαι, ἢ ὧν δέονταί τινα χρείαν, ὧν μὴ τεύξονται ἄδοξοι ὄντες· καὶ οὗτοι

c à par. 2. vſque ad par. 16.

d à par. 16. vſque ad par. 28.

peccatis *notandis*, velut ſubſannatoribus *hominum*, & comicis poëtis: Maledici enim quodammodò iſti *poetæ ſunt*, & procliues ad enunciandum. 27. [4] Et coram quibus, nihil *illis* aduerſi, *ſed omnia ex ſententiâ* accidêre: *Sic enim erga eos* affecti ſunt, quaſi qui ſuſpiciantur *ab ipſis*. (28. [b] Quamobrem etiam pudet apud eos qui primùm aliquid petiêrunt *à nobis*, quaſi qui nondùm exiſtimationem amiſerimus apud illos) 29. [c] Tales autem *ſunt*, & qui recens volunt amici eſſe: (*Quæ* enim optima *ſunt noſtra*, viderunt:) Quamobrem benè ſe habet Euripidis reſponſio ad Syracuſios. 30 [d] Et ex antiquis familiaribus, qui nullius *rei* ſunt conſcij. 31. [e] Pudet autem [1] non ſolùm eorum, quæ dicta ſunt, pudendorum; ſed etiam ſignorum: veluti, non ſolùm cùm in re venerea verſantur, [f] ſed etiam *cùm adſint* ſigna eius *rei*: Et *pudet*, non ſolùm cùm faciunt turpia, [g] ſed etiam cùm dicunt. [h] Ad eundem autem modú, non ſolùm pudet apud eos *homines*, *quos iam* commemorauimus, ſed etiam apud eos qui indicaturi ſint ipſis; * velut apud horum famulos & amicos. 32. [2] Omninò autem, non pudet apud eos, quorum, plærique contemnunt exiſtimationem, quod ad veritatem *attinet*: (Nam apud pueros, & belluas neminem pudet:) [i] neque earundem *rerum* apud notos *homines*, & ignotos; ſed apud notos quidem, *earum* quæ ad veritatem exiſtimantur; * apud exteros verò *& procul diſſitos, earum* quæ ad inſtitutum *ſeu opinionem tantum*. ¶ 33. [k] Ipſos verò pudet, dùm affecti ſint in hunc modum: [1] Primùm quidem, ſi-qui erga ipſos *ſe* habuerint, perindè ac diximus eſſe eos, apud quos pudet: Erant autem iſti, * aut qui *ab ipſis* ſuſpiciuntur, aut qui *ipſos* ſuſpiciunt, aut à quibus *ipſi* volunt ſuſpici, * aut à quibus requirunt aliquod commodum *iſtiuſmodi*, quod non conſequentur, ſi nullius exiſtimationis fuerint: [l] Et iſti *pudorem incutiunt*,

in perſcrutandis aliorum *peccatis*: vt deriſores, & veteris comœdiæ poëtæ.

4 Rat. *exiſtimationis adhuc integræ*: Veremur eos, *apud quos omnia* nobis *adhuc feliciter* ceſſêre: Prob. ex part. 19.

b (Vndè, & ijs *qui primùm petunt, negare* haud lubet; ne *liberalium, & amicorum* hominum *nomen amittant*)

c Ij autem (apud quos omnia felicitèr) ſunt tùm *qui recens noti*, nupèr *amicitiam* noſtram *aucupari* ceperunt:

d Tùm *veterum* familiarium, *qui nihil* à nobis *improbum geri* viderunt.

e De 1ª *ſimulq; de* 2ª *Quæſt.* formæ: 1ª, Pudorem incutiunt, Tùm *res eæ, quæ ſupradicta pudenda detegunt*:

f Vt *ſigna externa* turpia;

g Et *voces* indecoræ.

h Tùm *homines ij, qui ſupradict.* hominibus cuncta ſigillatim *aperient*.

* Vt *illorum ſerui & amici*.

2ª For. *generalior, à contrar.* Non pudet *vllius* rei *apud eos, quorum teſtimonium* nihili penditur *in rebus verè-turpibus* æſtimandis:

i Nec pudet *eorundem apud eoſdem*: Quæ enim *ad veritatem* turpia, verentur cognoſci ab *amicis & notis*:

* Quæ *ad opinionem*, ab *ignotis externiſque*.

k De 3ª Quæſt. [*Qui homines pudore ſuffunduntur*] formæ;

1 Rat. eorum, apud quos pudet: verecundantur enim *ſi tales* homines *ijs adſint, quales* ſuprà ſigillatim *deſcripti* fuere, * Part. 19, & 20.

* Et in fine particulæ 20.

l Pudorem afferunt *hi omnes*,

1o, Si cernant ipſorum opera; velut Cydias, quò doceret turpe Athenienſib. fore, ſi Samiorum agros coloniæ ſuæ diuiderent; orabat, &c.

ε Deindè, ſi loco propinqui ſint, &c.

* Hinc, Homines ex fortunatis miſeri facti, conſpectum æmulorũ fugiunt; ne immutetur eorum præſtans de ſe opinio.

2 Rat. operum, quæ labem adſpergant: Pudet enim talium; ſiue in ſui ipſorum, ſiue in maiorum, aut propinquorum perſonis haſerint, &c.

m Siue in eorum, quorum infamia etiam ipſis pudori eſt:

* Quales ſunt non modò ij, qui iam dicti:

* Sed & illi, qui ex ipſorum familiâ, vel diſciplinâ pendent.

3 Rat. æmulationis; Si pares habeant, quibuſcum in eodem curſu de dignitate dimicant.

* Ob hos enim, & ad honeſta vocat, & à vitijs reuocat infamiæ metus.

4 Rat. conſpectus hominum poſt maculam acceptam: Qui enim ſemper in oculis futuri, atteſtentur alterius turpitudini, Quem non pudore diſtringerent?

n Prob. ab Antiphontis dicto, in contrarium.

• De Impudentiâ, forma ſumendæ contrar. modo.

unt, [1] aut dùm coràm vident: ſicut Cydias de Sami diuiſione, ſeu coloniâ concionatus eſt: Orabat enim Athenienſes, vt exiſtimarent, circumſtare ipſis vniuerſos Græcos, vt videntes, & non duntaxat audituros, quæ ſuis ſuffragijs decreturi eſſent: [2] Aut ſi propè ſint iſtiuſmodi homines, vel oculis auribuſque ſenſuri: * Quamobrem & ij, qui aduersâ fortunâ premuntur, ſe ab æmulis ſuis conſpici vnquam nolunt: Ipſorum enim admiratores ſunt æmuli. 34. [2] Et pudet ipſos, quandò habeant ea quæ dedecorent opera, & negotia; aut ſui ipſorum, aut proauorum, aut aliorum aliquorum, quibuſcum ſit aliqua ipſis propinquitas: [m] Et omninò eorum, pro quibus turpitèr facientibus pudet ipſos: * Sunt autẽ iſti, tùm ij qui modò commemorati ſunt, * tùm ij qui ad ipſos quoquo modo referuntur; quorum ſc. vel magiſtri, vel conſiliarij fuerunt. 35. [3] Et pudet, ſi alij ſint ipſis ſimiles, quibuſcum de honore concertant: * Nam propter huiuſmodi viros præ pudore multa facinora & faciunt, & non faciunt. 36. [4] Et magis pudibundi ſunt homines, cùm conſpicientur, & in aperto verſabuntur cum ijs, qui ipſis factorum ſunt conſcij: [n] Vndè & Antiphon Poëta, cùm Dionyſij iuſſu Tympano torquendus eſſet, & videret vnâ morituros, dùm è carceris foribus prodirent, capita ſua obnubere; Quid (inquit) obnubitis? An, nequis horum qui circumſtant, cras vos videat? Ac de pudore quidem, hæc. 37. • De Impudentia verò perſpicuum eſt, ex contrarijs formis, nos ſententiarum copiam habituros.

οἱ ὁρῶντες, ὥσπερ Κυδίας περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας ἐδημηγόρησεν· ἠξίου γὰρ ὑπολαβεῖν τοὺς Ἀθηναίους, περιεστάναι κύκλῳ τοὺς Ἕλληνας, ὡς ὁρῶντας, καὶ μὴ μόνον ἀκουσομένους ἃ ἂν ψηφίσωνται. ἢ ἂν πλησίον ὦσιν οἱ τοιοῦτοι, ἢ μέλλωσιν αἰσθήσεσθαι· διὸ καὶ ὁρᾶσθαι ἀτυχοῦντες ὑπὸ τῶν ζηλούντων ποτὲ, οὐ βούλονται· θαυμασταὶ γὰρ οἱ ζηλωταί· 34. καὶ ὅταν ἔχωσιν ἃ καταισχυνοῦσιν ἔργα καὶ πράγματα, ἢ ἑαυτῶν, ἢ προγόνων, ἢ ἄλλων τινῶν, πρὸς οὓς ὑπάρχει τις αὐτοῖς ἀγχιστεία. καὶ ὅλως ὑπὲρ ὧν αἰσχύνονται αὐτοί· εἰσὶ δ' οὗτοι οἱ εἰρημένοι, καὶ οἱ εἰς αὐτοὺς ἀναφερόμενοι, ὧν διδάσκαλοι ἢ σύμβουλοι γεγόνασι· 35. καὶ ἐὰν ὦσιν ἕτεροι ὅμοιοι, πρὸς οὓς φιλοτιμοῦνται· πολλὰ γὰρ αἰσχυνόμενοι διὰ τοὺς τοιούτους καὶ ποιοῦσι καὶ οὐ ποιοῦσι· 36. καὶ μέλλοντες ὁρᾶσθαι, καὶ ἐν φανερῷ ἀναστρέφεσθαι τοῖς συνειδόσιν αἰσχυντηλοὶ μᾶλλόν εἰσιν· ὅθεν καὶ Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους ὡς ᾔεσαν διὰ τῶν πυλῶν, τί ἐγκαλύπτεσθε; ἔφη· ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων; περὶ μὲν οὖν αἰσχύνης, ταῦτα· 37. περὶ δ' ἀναισχυντίας, δῆλον ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων εὐπορήσομεν.

Cap. IX.

De Gratia ſeu Gratificandi affectu.

Cap. IX.

Definitio Gratiæ, Par. 1. Et Magnæ Gratiæ, Par. 2. Præcept. vnum, Quomodò Gratiam tributam fuiſſe, oſtendas: Par. 6. Alterum, Quomodò eleuanda ſit Gratia, à Par. 7.

Τίσι δὲ χάριν ἔχουσι, καὶ ἐπὶ τίσιν, ἢ πῶς αὐτοὶ ἔχοντες, ὁρισαμένοις τὴν χάριν, δῆλον ἔσται. ἔστω δὴ χάρις, καθ᾽ ἣν ὁ ἔχων λέγεται χάριν ὑπουργεῖν τῷ δεομένῳ, μὴ ἀντί τινος, μηδ᾽ ἵνα τι αὐτῷ τῷ ὑπουργοῦντι, ἀλλ᾽ ἵνα ἐκείνῳ τι· ¶ 2. Μεγάλη δ᾽ ἂν ᾖ, σφόδρα δεομένῳ, ἢ μεγάλων καὶ χαλεπῶν, ἢ ἐν καιροῖς τοιούτοις, ἢ μόνος, ἢ πρῶτος, ἢ μάλιστα· 3. δεήσεις δέ εἰσιν, αἱ ὀρέξεις, καὶ τούτων μάλιστα αἱ μετὰ λύπης τοῦ μὴ γιγνομένου· τοιαῦται δὲ αἱ ἐπιθυμίαι· οἷον, ὁ ἔρως. καὶ ἐν ταῖς τοῦ σώματος κακώσεσι, καὶ ἐν κινδύνοις· καὶ γὰρ ὁ κινδυνεύων ἐπιθυμεῖ, καὶ ὁ λυπούμενος· 4. διὸ οἱ ἐν πενίᾳ παριστάμενοι καὶ φυγαῖς, κἂν μικρὰ ὑπηρετήσωσι, διὰ τὸ μέγεθος τῆς δεήσεως, καὶ τὸν καιρὸν, κεχαρισμένοι· οἷον, ὁ ἐν Λυκείῳ τὸν φορμὸν δούς· 5. ἀνάγκη οὖν μάλιστα μὲν εἰς τοιαῦτα ἔχειν τὴν ὑπουργίαν· εἰ δὲ μὴ, εἰς ἴσα, ἢ μείζω. ¶ 6. Ὥστ᾽ ἐπεὶ φανερὸν καὶ ὅτε, καὶ ἐφ᾽ οἷς γίγνεται χάρις, καὶ πῶς ἔχουσι, δῆλον ὅτι ἐκ

[a] QVibus autem Gratiam præbeant *homines*, & in Quibus *reb9*, & Quomodò ipſi *ſe* habentes, cùm definiuerimus gratiam, perſpicuum fuerit: [b] Sit igitur Gratia, per quam *is*, qui *rem* poſſidet, dicitur gratiam exhibere ei, qui indiget; non pro vllâ *re acceptâ*, neque vt quicquam omninò *referatur* ipſi qui exhibet, ſed vt illi *ſoli, cui exhibetur, contingat* bonum. ¶ 2. [c] Magna autem illa *ſit, quâ exhibetur gratia* [d] vel [1] valdè indigenti, vel [2] *rerum* magnarum, & difficiliũ; vel [3] in talibus temporum *anguſtijs*; vel [4] ſi *exhibuit* ſolus, aut primus, aut maximè. 3. [e] Indigentiæ verò ſunt, [1] appetitiones; & ex his maximè *tales*, quæ *coniunctæ ſunt* cum moleſtia *boni*, quod *abeſt & non* ſuppetit: [2] Eiuſmodi autem appetitiones *ſunt*, *tùm cupiditates animi*; veluti, amor; [f] tùm quæ *cernuntur* in corporis vexationibus, & *quæ* in periculis: Concupiſcit enim & qui in periculo verſatur, & qui *corpore* dolet. 4. [g] Quamobrem qui *cuiquam* in paupertate, vel exilio ſubueniunt, etiamſi parua ſubminiſtrauerint, *tamen* propter magnitudinem indigentiæ, & *temporis* occaſionem, contulerunt gratiam: Velut, qui *pauperi exulanti* in Lyceo ſtoream *pro lectulo* præbuit. 5. [h] Neceſſe igitur *eſt*, vt *quis gratificari dicatur*, præcipuè quidem in huiuſmodi *indigentias* exhibitionem facere; Sin minùs, in pares aut maiores. ¶ 6. Quare, quià manifeſtum *eſt*, & Quandò, & in Quibus rebus fiat Gratia, & Quomodò *ſe* habentibus; Perſpicuum *eſt* ex his *tribus*

[a] Formæ de *Quæſtionib. Gratiæ* colliguntur ex *eiuſdem definitione*, &c.

[b] Primùm ergò, *Definitur, Gratia Quid*;

[c] Et *Magna Gratia Quid*:

[d] Amplificatur .n. illa, *ratione*
[1] *Perſonarum quibus datur*,
[2] *Rerum ipſarum*,
[3] *Temporum*,
[4] *Eorum, qui dant*:

[e] Dein, *explicatur illa*, *Definit. partic.* [Ei Qvi Indiget:] Indigentiæ enim [1] *Definiuntur* appetitiones, &c.

[2] *Diuiduntur*, quòd aliæ ſint *internæ animi cupiditates*:

[f] Aliæ *externæ, in corporis vexationib.* (vt fame, morbis, &c.) & in *periculis*; vt exilio, &c.

[g] Hinc; Qui *ſuccurrit pauperibus patriâque eiectis*, quamuis *minuta* ſuppeditârit, tamen propter duram *egeſtatem*, necnon *tempus* illud, gratiam exhibuiſſe dicitur.

[h] Et proin, qui Gratiam contuliſſe vult, potiſſimùm *ſubueniet* ijs, qui *iſtiuſmodi inopijs vrgentur*, internis, vel externis:

[i] Aut ſaltèm, qui *paribus* vel *grandioribus*.

[k] Ex dict. collig. *præcepta duo*: 1, *Quomodò gratiam exhibitam oſtendemus*; viz.

l Vt doceamus eos, *quibus collatum quicquam eſt*, diſtrictos fuiſſe iſtiuſmodi indigentijs:

m Eos verò, *qui contulerunt &c.* in eiuſmodi calamitatibus tribuiſſe.

2 Præcept: Quomodò *refutanda ſit facti Gratia?* nimirùm

1 Ex *definitionis parte poſteriori*, for. hæc: Si in exhibenda gratiâ, *ſuum ſpectauit commodum*, non eius, cui exhibetur.

n Ex *priori* autem, Si vel *non opitulandi ſtudio* factum ſit, ſed fortuitò, &c.

* Vel *non benignè* dederit, ſed *debitum reddiderit*, &c.

2 A *genere beneficij*, quod tribuitur: Si *non hoc* datum ſit, aut ſi *non tantum* &c. atque ità percurrendo *per omnes* decẽ *categorias*.

3 A *conſequentibus* 2[b]. probatur quis eſſe ἀχάριστος, &c.

1, Si *priùs magnum* contulerit, *poſteà minus non* ſuppeditârit, cùm in ead. penuriâ verſarentur.

o Vel ſi *eadem* commoda, aut *paria* &c. *in inimicos* anteà effuderit:

p Hæc enim vtraque docent, illum non noſtri gratiâ, ſed alijs reb. adductum, adiuuiſſe.

2, Si dilargiatur nugas &c. documento eſt, nõ dediſſe, vt per eas egentibus cõmodaret; quippè qui talib' ſe indigere abnegent.

tribus apparatum faciendum *eſſe*, [l] demonſtrando, illos quidem *quibus benignè factum, aut faciendum eſt*, aut eſſe, aut conſtitutos fuiſſe in eiuſmodi indigentiâ, & dolore; hos verò *qui gratiam contulerunt, vel collaturi ſunt*, ſubminiſtrâſſe, vel ſubminiſtraturos in eiuſmodi neceſſitate, tale aliquid ſuppeditantes, *qualia diximus*. ¶ 7. [2] Manifeſtum verò *eſt*, etiam Vndè ELEVARE contingat Gratiam *illorum, qui dederunt*, & efficere, vt gratiam contuliſſe ne *videantur*; *dicendo ſc.* [1] aut quòd *illi* ſuâ ipſorum gratiâ exhibent, vel exhibuerunt: Id autem non erat Gratia. 8. [n] Aut quòd fortuitò *id ità* euênit; vel *quòd* coacti ſunt. 9. * Aut quòd reddiderunt *beneficium*, non dederunt, ſiue ſcientes *fuiſſe debitum*, ſiue nequaquàm: vtroque enim modo *datur* aliquid pro aliquo: Quare ne ſic *quidem* fuerit Gratia. 10. [2] Et in omnibus Categorijs conſyderandum *eſt*, *quod dicimus*: Nam Gratia *ideò* eſt, aut quià hoc *datum ſit*; aut tantũ; aut tale; aut tali tempore; aut illo loco. 11. [3] Signũ verò, *quo Gratiã contuliſſe ne videantur, eſt*; [1] ſi cùm *maiorẽ rẽ dederint*, minorẽ *poſteà* non exhibuerint. 12. [o] Et ſi inimicis *ſuis tribuerint* aut res eaſdem, aut pares, aut maiores: Perſpicuum enim *eſt*, ne hæc quidem noſtri gratiâ *ab illis data eſſe*. 13. * Aut ſi res viles *tribuerint*, ſcientes: Nemo enim confitetur, *ſe* indigere *rebus* vilibus. Ac de conferendâ *quidem* Gratiâ, & non conferendâ dictũ eſt.

τούτων παρασκευαστέον, τοὺς μὲν δεικνύντας, ἢ ὄντας, ἢ γεγενημένους ἐν τοιαύτῃ λύπῃ καὶ δεήσει· τοὺς δὲ, ὑπηρετῆσαι ἐν τοιαύτῃ χρείᾳ τοιοῦτόν τι ὑπηρετοῦντας. ¶ 7. Φανερὸν δὲ καὶ ὅθεν ἀφαιρεῖσθαι ἐνδέχεται τὴν χάριν, καὶ ποιεῖν ἀχαρίστους· ἢ γὰρ ὅτι αὐτῶν ἕνεκα ὑπηρετοῦσιν, ἢ ὑπηρέτησαν. τοῦτο δ' οὐκ ἦν [a] χάρις· 8. ἢ ὅτι ἀπὸ τύχης συνέπεσεν, ἢ ἠναγκάσθησαν· 9. ἢ ὅτι ἀπέδωκαν, ἀλλ' οὐκ ἔδωκαν, εἴτε εἰδότες, εἴτε μή· ἀμφοτέρως γὰρ τὶ ἀντί τινος· ὥστ' οὐδ' οὕτως ἂν εἴη χάρις· 10. καὶ περὶ ἁπάσας τὰς κατηγορίας σκεπτέον· ἡ γὰρ χάρις ἐστὶν, ἢ ὅτι τοδὶ, ἢ τοσονδὶ, ἢ τοιονδὶ, ἢ ποτὲ, ἢ ποῦ· 11. σημεῖον δὲ, εἰ ἔλαττον μὴ ὑπηρέτησαν· 12. καὶ εἰ τοῖς ἐχθροῖς, ἢ ταὐτὰ, ἢ ἴσα, ἢ μείζω· δῆλον γὰρ ὅτι οὐδὲ ταῦτα ἡμῶν ἕνεκα· 13. ἢ εἰ φαῦλα εἰδώς· οὐδεὶς γὰρ ὁμολογεῖ δεῖσθαι φαύλων. καὶ περὶ μὲν τοῦ χαρίζεσθαι καὶ ἀχαριστεῖν, εἴρηται.

a Par. 1.

Cap. X.

De Miſeratione ſeu Miſericordiâ.

Cap. X.

Miſericordia quid, Par. 1. Eius Quæſt. 1ª, Quales ſint Miſericordes, à Par. 2. Altera, Ob quæ miſerentur, à Par. 11. 3ª, Quorum hominum & rerum miſerentur, Par. 18.

Ποῖα δ' ἐλεεινὰ, καὶ τίνας ἐλεοῦσι, καὶ πῶς αὐτοὶ ἔχοντες, λέγωμεν. Ἔστω δὴ ἔλεος, λύπη τις ἐπὶ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ καὶ λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν, ὃ κἂν αὐτὸς προσδοκήσειεν ἂν παθεῖν, ἢ τῶν αὑτοῦ τινά· καὶ τοῦτο, ὅταν πλησίον φαίνηται. ¶ 2. Δῆλον γὰρ ὅτι ἀνάγκη τὸν μέλλοντα ἐλεήσειν ὑπάρχειν τοιοῦτον· οἷον οἴεσθαι παθεῖν ἄν τι κακὸν, ἢ αὐτὸν, ἢ τῶν αὑτοῦ τινὰ, καὶ τοιοῦτον κακὸν, οἷον εἴρηται ἐν τῷ ὅρῳ· ἢ ὅμοιον, ἢ παραπλήσιον. διὸ, οὔτε οἱ παντελῶς ἀπολωλότες ἐλεοῦσιν· (οὐδὲν γὰρ ἂν ἔτι παθεῖν οἴονται· πεπόνθασι γάρ·) οὔτε οἱ ὑπερευδαιμονεῖν οἰόμενοι, ἀλλ' ὑβρίζουσιν· εἰ γὰρ ἅπαντα οἴονται ὑπάρχειν τἀγαθὰ, δῆλον ὅτι καὶ τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι παθεῖν τι κακόν· καὶ γὰρ τοῦτο τῶν ἀγαθῶν [a]· 3. εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι, οἷοι νομίζειν παθεῖν ἄν· οἵ τε πεπονθότες ἤδη καὶ διαπεφευγότες· 4. καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ διὰ τὸ φρονεῖν, καὶ δι' ἐμπειρίαν· 5. καὶ οἱ ἀσθενεῖς· καὶ οἱ δειλότεροι μᾶλλον· 6. καὶ οἱ πεπαιδευμένοι· εὐλόγιστοι γάρ· 7. καὶ οἷς ὑπάρχουσι γονεῖς, ἢ τέκνα, ἢ γυναῖκες· αὐτοῦ τε

a Lib. 1. cap. 6. par. 6.

Qualia verò Miſerabilia *ſunt*, & Qvorvm Miſerentur, & Qvomodò ipſi *ſe* habentes, dicamus. [a] Sit igitur Miſericordia, moleſtia quædã ex opinione mali, quod vim habet interitus, & moleſtiæ afferendæ; *mali, inquam,* eius qui *eo ſit* indignus; quod etiam ipſe expectauerit *ſe* paſſurum, aut aliquem ſuorum; idque *præcipuè*, cùm propinquum appareat. ¶ 2. [b] Perſpicuum enim *eſt* neceſſe *eſſe* illum, qui miſeraturus eſt, [1] exiſtere talem, Qvi Pvtet Passvrvm aliquid mali, aut ſe, aut ſuorum quempiam, & tale malum, quale dictum eſt in definitione *miſericordiæ*; aut *ei* ſimile, aut affine. [c] Quamobrẽ, nec qui penitùs periêre, miſerentur: Nihil enim ampliùs *ſe* paſſuros putant: *Iam* enim *omnia* ſunt paſſi: [d] Nec qui *ſe* valdè fœlices eſſe putant, *miſerentur*, ſed contumeliam faciunt: Si enim omnia *ſibi* putant adeſſe bona; perſpicuum *eſt*, *eos etiam putare, hoc ſibi adeſſe*, vt non poſſint pati aliquod malum: Nam hoc *ipſum* in bonorum numero *ponitur*. 3. [e] Huiuſmodi autem, Qvi Pvtant *ſe deincèps* Passvros, ſunt, *tùm* [1] *illi*, qui *mala iam anteà* paſſi ſunt, & *incolumes* euaſerunt. 4. [2] Et ſenes, & ob prudentiam *ſuam*, & ob *rerum* experientiam. 5. [3] Et *corpore* debiles; & magis, qui *animo* timidiuſculi *ſunt*. 6. [4] Et eruditi, quià *rerum humanarum rationem* accuratè ducunt. 7. [f] Tùm *illi* quibus exiſtunt parentes, aut liberi, aut vxores: [g] Sua enim *cuiuſque ſunt*

Q hæc;

a Præmiſſo, *Miſericordia Quid*;

b De 1ª Quæſt. [*Quales Miſericordes?*] formæ:

1 Rat. *Natura Miſericordiæ*; Si cogitationem is habeat propriæ infirmitatis, vt Seipsvm, vel Svorvm aliquem, Svstinere putet acerbum poſſe malum, &c.

c Vndè, Nec miſericordiâ capiuntur ij, *qui rerum* ſuarum *deſperatione afflicti*, & planè perditi ſunt, &c.

d Nec ij, *qui ſuprà modum ſe beatos*, & extra omnem periculi aleam poſitos *autumant*. Nimia enim fortuna, inſolentes, nedùm miſericordes facit.

e Ac Se quidem Svstinere malum poſſe putant,

1 Et illi, qui è *malis nuper elapſi*:

2 Et *Senes*; qui humanarum rerum infirmitatẽ didicerunt, &c.

3 Et *imbecilli*, qui ſe ijſdem caſib⁹, quib⁹ alios, expoſitos vidẽt.

4 Et *doctrinâ perpoliti*; qui verè res reputant.

f Svorvm *aliquem* Svstinere *malum putant poſſe*; quib⁹ ſunt *parentes*, &c. quorum ſaluti vitæque timent:

g Prob. ex part. 23.

2 Rat. *Affectuum contrariorum*: Neq; enim miſericordiâ flectuntur ij, qui vel *affectu fortitudinis occupati* ſunt,

[h] Vel *ſecundis rebus inſolentes facti*: Hi enim illudunt miſeris, nedùm de futuro malo cogitant.

[i] Sed, qui à dictis extremis remoti, *in medio affectu collocati ſunt*:

[k] Neque etiam ij, qui multo *metu oppreſſi* ſunt, & toti *in ſalute* propriâ *procurandâ occupati*.

3 Rat. *Opinionis de alijs*; cùm *probos eos & malo indignos putant*:

* Contr. .n., qui omnes nocentes iudicat, vt μισάνθρωπος ille Timon, nulli' miſericordiâ tangitur.

[l] Vniuersìm, tunc ſubit miſericordia, cùm conſpectis *boni viri* malis, vel *recordemur, nos* eadem anteà *ſubijſſe*, &c; vel *metuamus* deinceps *ſubire* poſſe, &c.

[m] De 2a Quæſt. [*Ob quæ*] form.

1a, Ex malis, quæ *ægritudinem animo*, aut *corpori dolorem* adferunt, ea poſcunt miſericordiam, quæ vel *ad interitum ducunt*, vel *tollunt* penitùs.

2a, Miſericordiam flagitant *graues iniuriæ à fortunâ* importatæ.

[n] Ac priora [*Quæ ad interitũ*, &c.] ſunt *mortis genera*, *plagæ*, corporum vexationes, &c.

[o] Poſteriora [*Quæ à fortunæ iniquitate inuehuntur*] ſunt,

1 *Orbari amicis*, aut relinqui cum paucis:

2 *Labes corporis*, vt deformitas, &c.

3 *Fruſtratio ſpei*, & paràm meritis reſpondens euentus:

[p] Et *crebrò* hanc fruſtrationẽ pati.

4 Auxilij aliquid vel tunc affulſiſſe, cùm tàm malè acceptus ſis, vt *frui non liceat*:

[q] Vel *nunquàm* omninò ac-

hæc; & quæ poſſunt *mala eadem* pati, quæ dicta ſunt. 8. [g] Et *miſericordes ſunt ij*, qui Nec in *aliquo vehementi* fortitudinis affectu ſunt; velut in irâ, aut confidentiâ: (Hæc enim de futuro *detrimento* non conſyderant) [h] nec in contumelioſâ *quadam* affectione *poſiti*: (Etenim iſti non conſyderant *ſe* paſſuros eſſe *mali* aliquid:) [i] Sed qui inter hos medij *verſantur*: [k] Nec rurſùs metuentes valdè: Non enim miſerentur *metu* perculſi; quià ſunt in proprio affectu, *ità vt alienum malum negligant*. 9. [3] Et ſi putent aliquos eſſe *viros* bonos: * Nam qui neminẽ *innocentem* putat, *is* omnes exiſtimabit dignos eſſe malo. 10. [l] Omninò igitur *tunc miſericors quiſque eſt*, quandò ſic *ſe* habeat, vt meminerit, huiuſmodi *mala* accidiſſe, aut ſibi, aut ſuis; aut ſperârit fore, vt aut ſibi accidant, aut ſuis. Ac quemadmodùm quidem *ſe* habentes, miſerentur, expoſitum eſt. ¶ 11. [m] Ob quæ verò miſerentur, ex definitione perſpicuum *eſt*: [1] Nam & *illa* quæcunque ex moleſtis, & ærumnoſis, vim habent interimendi, omnia miſerabilia *ſunt*, & quæcunque vim perdendi habent: [2] Et mala, quorumcunque fortuna eſt author, ſi magnitudinem habeant: 12. [n] Sunt autem ærumnoſa quidem, & interitum afferentia; *varia* mortis *genera*, & *fœda* verberationes, & corporũ cruciatus, & ſenectus, & morbi, & alimenti indigentia. 13. [o] Mala verò, quorum Fortuna *eſt* author, *ſunt* [1] priuatio amicorum, paucitas amicorum: (Quamobrem, etiam diuelli ab amicis, & familiaribus, miſerabile *eſt*:) [2] Deformitas *corporis*, imbecillitas *virium*, *membrorum* mutilatio. 14. [3] Et vndè par erat boni aliquid cepiſſe, *indè* mali aliquid contigiſſe. 15. [p] Atque huiuſmodi accidiſſe ſæpiùs. 16. [4] Et *poſtquàm extrema* paſſus ſit *quis*, factũ eſſe aliquid boni: velut, *ea munera*, quæ Diopîthei à rege *Perſarum miſſa ſunt*; *quià iam* mortuo miſſa ſint. 17. [q] Et aut nullum *in omni vitâ* bonũ

γὰρ ταῦτα, καὶ οἷα παθεῖν τὰ εἰρημένα· 8. καὶ οἱ μήτε ἐν ἀνδρίας πάθει ὄντες, οἷον ἐν ὀργῇ καὶ θάῤῥει· (ἀλόγιστα γὰρ τοῦ ἐσομένου ταῦτα·) μήτ' ἐν ὑβριστικῇ διαθέσει [b]· (καὶ γὰρ οὗτοι ἀλόγιστοι τοῦ πείσεσθαί τι·) ἀλλ' οἱ μεταξὺ τούτων. μήτ' αὖ φοβούμενοι σφόδρα· οὐ γὰρ ἐλεοῦσιν οἱ ἐκπεπληγμένοι διὰ τὸ εἶναι πρὸς τῷ οἰκείῳ πάθει· 9. κἂν οἴωνταί τινας εἶναι ἐπιεικεῖς· ὁ γὰρ μηδένα οἰόμενος, πάντας οἰήσεται ἀξίους εἶναι κακοῦ· 10. ὅλως δὴ, ὅταν ἔχῃ οὕτως, ὥστ' ἀναμνησθῆναι τοιαῦτα συμβεβηκότα ἢ αὐτῷ, ἢ τῶν αὐτοῦ· ἢ ἐλπίσαι γενέσθαι, ἢ αὐτῷ, ἢ τῶν αὐτοῦ. ὡς μὲν οὖν ἔχοντες ἐλεοῦσιν, εἴρηται. ¶ 11. ἃ δὲ ἐλεοῦσιν, ἐκ τοῦ ὁρισμοῦ δῆλον· ὅσα τε γὰρ τῶν λυπηρῶν καὶ ὀδυνηρῶν φθαρτικὰ, πάντα ἐλεεινά· καὶ ὅσα ἀναιρετικά· καὶ ὅσων ἡ τύχη αἰτία κακῶν μέγεθος ἐχόντων· 12. ἔστι δὲ, ὀδυνηρὰ μὲν καὶ φθαρτικὰ, θάνατοι, καὶ αἰκίαι, καὶ σωμάτων κακώσεις, καὶ γῆρας, καὶ νόσοι, καὶ τροφῆς ἔνδεια· 13. ὧν δὲ ἡ τύχη αἰτία κακῶν, ἀφιλία, ὀλιγοφιλία· (διὸ καὶ τὸ διεσπάσθαι ἀπὸ τῶν φίλων καὶ συνήθων, ἐλεεινόν·) αἶσχος, ἀσθένεια, ἀναπηρία· 14. καὶ τὸ ὅθεν προσῆκεν ἀγαθόν τι πρᾶξαι, κακόν τι συμβῆναι· 15. καὶ τὸ πολλάκις τοιοῦτο· 16. καὶ τὸ πεπονθότος γενέσθαι τι ἀγαθὸν· οἷον, Διοπείθει τὰ παρὰ βασιλέως, τεθνεῶτι κατεπέμφθη· καὶ τὸ, ἢ μηδὲν γεγενῆσθαι ἀγαθὸν,

[b] Coniun. cap. 2 par. 13.

θὸν, ἢ γενομένων μὴ εἶναι ἀπόλαυσιν. ἐφ' οἷς μὲν οὖν ἐλεοῦσι, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν. ¶ 18. Ἐλεοῦσι δὲ τούς τε γνωρίμους, ἐὰν μὴ σφόδρα ἐγγὺς ὦσιν οἰκειότητι. περὶ δὲ τούτους, ὥσπερ περὶ αὐτοὺς μέλλοντας ἔχουσι· διὸ καὶ Ἄμασις, ἐπὶ μὲν τῷ υἱεῖ ἀγομένῳ ἐπὶ τὸ ἀποθανεῖν, οὐκ ἐδάκρυσεν, ὥς φασιν· ἐπὶ δὲ τῷ φίλῳ προσαιτοῦντι. 19. τοῦτο μὲν γὰρ, ἐλεεινόν· ἐκεῖνο δὲ, δεινόν· τὸ γὰρ δεινὸν, ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ, καὶ ἐκκρουστικὸν τοῦ ἐλέου· καὶ πολλάκις τῷ ἐναντίῳ χρήσιμον: ἔτι ἐλεοῦσιν, ἐγγὺς αὐτοῦ τοῦ δεινοῦ ὄντος· 20. καὶ τοὺς ὁμοίους ἐλεοῦσι, κατὰ ἡλικίαν [c], κατὰ ἤθη, κατὰ ἕξεις, κατὰ ἀξιώματα, κατὰ γένη· ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις μᾶλλον φαίνεται καὶ αὐτῷ ἂν ὑπάρξαι· 21. ὅλως γὰρ καὶ ἐνταῦθα [d] δεῖ λαβεῖν, ὅτι ὅσα ἐφ' αὑτῶν φοβοῦνται, ταῦτα ἐπ' ἄλλων γινόμενα ἐλεοῦσιν· 22. ἐπεὶ δ' ἐγγὺς φαινόμενα [e] τὰ πάθη, ἐλεεινά εἰσι· τὰ δὲ μυριοστὸν ἔτος γενόμενα, ἢ ἐσόμενα, οὔτ' ἐλπίζοντες, οὔτε μεμνημένοι, ἢ ὅλως οὐκ ἐλεοῦσιν, ἢ οὐχ ὁμοίως· ἀνάγκη τοὺς συναπεργαζομένους σχήμασι καὶ φωναῖς καὶ ἐσθῆτι, καὶ ὅλως τῇ ὑποκρίσει, ἐλεεινοτέρους εἶναι· ἐγγὺς γὰρ ποιοῦσι φαίνεσθαι, τὸ κακὸν πρὸ ὀμμάτων ποιοῦντες, ἢ ὡς μέλλον, ἢ ὡς γεγονός· 23. καὶ τὰ γεγονότα ἄρτι, ἢ μέλλοντα διὰ ταχέων, ἐλεεινότερα διὰ τὸ αὐτό· 24. καὶ τὰ σημεῖα, καὶ τὰς πράξεις·

c Coniun. c. 8. p. 14.

d Vt ſuprà c. 6. p. 21.

e Coniun. lib. Poet. c. 10. p. 1.

factum eſſe; aut ſi *bona* facta ſint, *ijs* perfrui non licuiſſe. Ob quæ igitur miſerentur, hæc, & talia ſunt. ¶ 18. [r] Miſerentur verò tùm [1] notorum *hominum*; niſi ſummâ admodùm propinquitate *& ſanguine* coniuncti ſint: Erga hos autem *ità coniunctos*, *eodem modo ſe* habent, quo erga ſeipſos *graue aliquod malum* paſſuros: [ſ] Quamobrem & Amaſis in *caſu* filij, qui ad moriendum perducebatur, lachrymas non effudit, vt aiunt; ſed in *caſu* amici, qui mendicabat, *effudit*. 19. [t] Nam hoc quidem, miſerabile *ſolùm fuit*; illud, graue & horrendum: [u] Etenim Graue, diuerſum *eſt* à miſerabili; *vtpotè*, [1] quod & habet vim pellendæ *ex animo* miſericordiæ, & ſæpè aduerſario, *ad indignationem concitandam eſt* vtile: [*] Quin & *tunc* miſerentur, cùm graue *& horrendum propè* ſit; *non cùm iam adſit*. 20. Tùm [x] eorum *etiā* miſerentur qui *ſunt* ſimiles ætate, moribus, habitibus, dignitatibus, generibus: [y] Nam in omnibus his magis apparet, etiam ipſi *malum idem* futurum eſſe. 21. [z] Omninò enim & hîc oportet aſſumere, *ſicut ſuprà*, *homines*, quæcunque *mala* ſibi ipſis metuunt, horum, ſi alijs *ea* fiant, miſericordiâ moueri. 22. [a] Quoniam autem perpeſſiones *hominū*, miſerandæ ſunt *illæ*, quæ propè apparent; quæ autem *abhinc* decem millibus annorum factæ fuerunt, vel *pòſt* futuræ ſunt, *earum*, cùm neque *ipſas* metuant, neque recordentur; aut omninò non miſerentur, aut non ſimilitèr: [b] *Idcircò* neceſſe eſt, [c] *perſonas in fabulis*, quæ figuris *corporis*, & vocibus, & veſtitu, & omninò actione repræſentantur, *ijs qui cernunt*, miſerabiliores eſſe: Faciunt enim *earum Actores*, proponendo malum ante oculos, vt propinquū appareat, aut tanquàm futurum, aut aut tanquàm præteritum. 23. [d] Et *perpeſſiones*, quæ præteritæ ſunt nupèr, aut futuræ ſunt breui, miſerabiliores eſſe, ob eandem *cauſam*. 24. [e] Et ſigna, & actiones *honeſtas repræſentatas*;

eidiſſe, aut ſiquid acciderit, *frui non potuiſſe*; quòd aut morbo, &c. impeditus ſis, aut morte præuentus.

r De 3 a Quæſt. [*Quorum miſerentur?*] viz. 1°, *Familiarium*, ſi miſeriâ premantur:

* Except. vt familiares hij, *non ſint valdè conſanguinei*: Quià in eorum miſerijs ità afficimur, vt in noſtris: *horrentes ſc. non miſerentes.*

ſ Vndè Pſammenitus Amaſidis filius, *in cæde filij* non lachrymauit: veterem *ſodalem cibos mendicantem* videre, ſine lachrymis haud potuit:

t Etenim Amicum quondam opulentum, nunc *mendicare, miſerabile*: filium *ad mortem rapi, horrendum.*

u Differre enim *horrendum à miſerabili*, patet,

1 *A conditione horrendi:*

2 *A conſuetudine eorum quos miſeret.*

x Deindè, *Parium nobiſque aſſimilium* miſeret:

y Omnes enim, id quo vident ſui ſimiles vrgeri, in ſe putant poſſe cadere; vndè miſericordia.

z Confirm. rat. ex inuerſâ par. 21. cap. 6. Ibi enim, quæ incutiebant metum; hîc illa, cùm in alijs conſpicimus, miſericordiam excitant.

a Deniq; *for. ſophiſtica*; Miſerabiles eſſe *homines & res, qui in theatris* & alibì *aguntur*: ſic. Quià paſſiones acerbæ, cùm *propinquæ* apparent, miſerationem gignunt, *non ex quæ longinquo tempore remota.*

b Sequitur, miſericordiā excitare,

c Tùm *perſonas Tragicas* hiſtrionum artificio *elaboratas*: Hac. n. arte, imponunt auditoribus, & quod longè eſt, vt propè cogitetur, efficiunt.

d Tùm etiam *ipſarum* Et *perpeſſiones*, quæ vel modò *tranſacta*, vel *mox futura* ſunt, &c.

e Et *ſigna* ac *facta*; poſtquàm acerbos illos caſus *exanlauerint*:

f *Et orationes* etiam, extremo *ſpiritu inter perpetiendum editas.* ∽

g *Maximè* autem, *hæ miſerandæ* apparent, ſi *illi* qui tulêre, oſtendantur *forti animo pertuliſſe.* ∽

h Rat. *generalis*, ex part. 22.

i *Specialis*, ex par. 26.

k Et ex par. 22. vſque ad 25.

tas; veluti, & veſtes eorum *qui mala* paſſi ſunt, & quæcunque ſunt eiuſmodi. 25. f Et ſermones, & quæcunque alia eorum, qui in ipſâ perpeſſione verſantur: velut eorum, qui iamiam animam efflant. 26. g Et præcipuè, ſi *illi*, dùm in eiuſmodi anguſtijs verſarentur, *viri* probi *& ſtudioſi* fuerint. 27. h Omnia enim hæc, quià propè apparent, magis efficiunt miſerationem; i quaſi & *ille* indignus ſit *vir, qui patiatur*, k & ante oculos, *quaſi res tunc agatur*, appareat *ipſa* perpeſſio.

δὲ, ἐσθῆτάς τε τῶν πεπονθότων, καὶ ὅσα τοιαῦτα· 25. καὶ λόγους, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν ἐν τῷ πάθει ὄντων, οἷον ἤδη τελευτώντων· 26. καὶ μάλιστα τὸ σπουδαίους εἶναι, ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ὄντας, ἐλεεινόν· 27. ἅπαντα γὰρ ταῦτα, διὰ τὸ ἐγγὺς φαίνεσθαι, μᾶλλον ποιεῖ τὸν ἔλεον· καὶ ὡς ἀναξίου τε ὄντος, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς φαινομένου τοῦ πάθους.

De Indignatione ſeu Stomachatione.

Cap. XI.

Definitiones Indignationis, & Inuidiæ, à Par. 1. *Quibus conſequentes ſunt affectus duo, iſtis contrarij; Lætitia ſc: de malis rebus digni, à Par.* 5. *&* ἐπιχαιρεκακία, i. *lætitia in alienis malis, à Par.* 7. *Primum igitur de Indignatione; Quæſtio* 1ª, *&* 2ᵈᵃ *ſunt, Quibus & ob Quas res ſtomachemur, à Par.* 9. *Tertia, Qui homines facilè indignentur, & ſtomachoſi ſint, à Par.* 6.

a Definiuntur *Indignatio* & *Inuidia*, per collat. *cum miſeratione* duas: 1ª coll. Miſerationi *præcipuè oppoſita* eſt, Indignatio; idque ſub eodem genere; Siquidem ab eâdem indole, ſeu moribus vtræque pendent.

b Pendent autem *ambæ ex moribus bonis*: Nam & *malis bonorū* angi, ſeu miſereri; & *bonis malorum* ſtomachari, ſeu indignari, æquum eſt: Siquidem mala illa præter amborum merita, eueniant, &c.

c Vndè, & *dijs immortalibus indignationem* damus; quod paſſim facit Homerus.

2ª Coll. Miſerationi Inuidia non *verè & propriè oppoſita* eſt,

d Sed *ex parte*; *diuerſa* duntaxàt ſc.

e Eſt enim Inuidia, ægritudo *turbida, orta ex bonis* reb. (ſicut & *Miſerati*;) verùm *non impro-*

a Miſerationi autem opponitur, præcipuè quidem, *affectus* is, quem Indignationem vocant: Nam dolori propter indignas res aduerſas (*i. Miſerationi*) oppoſitus eſt quodammodò, & ab ijſdem moribus *proficiſcitur* Dolor propter indignas res ſecundas, *i. Indignatio.* 2. b Et ambæ *hæ* perturbationes *ſunt* bonorum morum: Oportet enim ijs, qui indignè, *ſeu immeritò* agunt infœlicitèr, condolere ac misereri; & ijs *qui immeritò fœlicitèr*, indignari: Iniuſtum enim *eſt*, quod fit præter dignitatem, *& meritum*: c Quamobrem, etiam Dijs *ipſis* Indignationem attribuimus. 3 d Sed & Inuidia, eodem modo, *quo indignatio*, miſerationi oppoſita videri poſſit; quaſi *quæ* vicina & eadem *ſit* cum Indignatione; d veruntamen eſt *ab eâ* diuerſa: e Nam & inuidia *quoquè*, eſt turbulenta moleſtia, atque ob res ſecundas *alterius*; ſed non eius, qui *ſit*

Ἀντίκειται δὲ τῷ ἐλεεῖν, μάλιστα μὲν, ὃ καλοῦσι νεμεσᾶν a· τῷ γὰρ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις κακοπραγίαις, ἀντικείμενόν ἐστι τρόπον τινὰ, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἤθους τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις εὐπραγίαις· 2. καὶ ἄμφω τὰ πάθη, ἤθους χρηστοῦ· δεῖ γὰρ, ἐπὶ μὲν τοῖς ἀναξίως πράττουσι κακῶς, συνάχθεσθαι καὶ ἐλεεῖν· τοῖς δὲ εὖ, νεμεσᾶν· ἄδικον γὰρ τὸ παρὰ τὴν ἀξίαν γιγνόμενον· διὸ καὶ τοῖς θεοῖς ἀποδίδομεν τὸ νεμεσᾶν· 3. δόξειε δ' ἂν καὶ ὁ φθόνος τῷ ἐλεεῖν τὸν αὐτὸν ἀντικεῖσθαι τρόπον, ὡς σύνεγγυς ὂν καὶ ταὐτὸν τῷ νεμεσᾶν· ἔστι δ' ἕτερον· λύπη γὰρ ταραχώδης καὶ ὁ φθόνος ἐστὶ, καὶ εἰς εὐπραγίαν, ἀλλ' οὐ τοῦ ἀναξίου,


a *Vide* 2. *Ethic. c.* 7.

ἀναξίου, ἀλλὰ τοῦ ἴσου καὶ ὁμοίου· 4. τὸ δὲ, μὴ ὅτι αὐτῷ τι συμβήσεται ἕτερον, ἀλλὰ δι' αὐτὸν τὸν πλησίον, ἅπασιν ὁμοίως δεῖ ὑπάρχειν· οὐ γὰρ ἔτι ἔσται, τὸ μὲν, φθόνος· τὸ δὲ, νέμεσις· ἀλλὰ φόβος, ἂν διὰ τοῦτο ὑπάρχῃ ἡ λύπη καὶ ἡ ταραχή· ὅτι αὐτῷ τι ἔσται φαῦλον ἀπὸ τῆς ἐκείνου εὐπραξίας.

indignus (*ſicut indignatio*;) ſed illius, qui *ſit ipſi* æqualis, & ſimilis. 4.[f] Illud verò, *Dolere*, non quòd ſibi-ipſi accidet aliud quidquam, *i. incommodum*, ſed propter ipſum proximum, vtriſque *dictis perturbationibus* ſimilitèr oportet ineſſe: Non enim ampliùs erit, vna quidem *harum*, Stomachatio; alterà verò, Inuidia; ſed *vtraque erit* Metus, ſi modò ob hoc *ipſum* adſit moleſtia, & perturbatio; quià ipſi aliquid futurum ſit mali ab illius proſperitate.

bi alicuius; ſicut *illa*: ſed *vicini, & paris.*

[f] *Conuenit autem cum Miſeratione*; quià *vtraque*, ſunt *moleſtiæ*, ſeu ægritudines, *non quòd* ipſe, *res ſuas peiores putet*, (hoc enim eſt metus) *ſed quòd is, quem nollet, adiuuetur.*



¶ 5. Φανερὸν δὲ, ὅτι ἀκολουθήσει καὶ τὰ ἐναντία πάθη τούτοις· ὁ μὲν γὰρ λυπούμενος ἐπὶ τοῖς ἀναξίοις κακοπραγοῦσιν, ἡσθήσεται, ἢ ἄλυπος ἔσται ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις κακοπραγοῦσιν, οἷον, τοὺς πατραλοίας καὶ μιαιφόνους, ὅταν τύχωσι τιμωρίας, οὐδεὶς ἂν λυπηθείη χρηστός· δεῖ γὰρ χαίρειν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις· 6. ὡς δ' αὔτως καὶ ἐπὶ τοῖς εὖ πράττουσι κατ' ἀξίαν· ἄμφω γὰρ δίκαια, καὶ

¶ 5. [g] Manifeſtum autem *eſt*, quòd *perturbationibus* iſtis etiam contrariæ perturbationes erunt conſequentes: [g] Qui enim moleſtiâ afficitur ob eos, qui immeritò inſœlicitèr agunt, lætabitur, aut moleſtiæ vacuus erit ob *his* contrarios, qui *meritò ſc.* inſœlicitèr agunt: [h] velut, ob parricidas, & ſicarios, quandò ſupplicio afficiantur, nemo moleſtiâ affectus fuerit, qui bonus *ſit*: Oportet enim gaudere de talibus *viris inſœlicitèr agentibus.* 6.[i] Eodem autem modo, etiam *is qui dolet ſuper ijs, qui non ſecundùm dignitatem fœlicitèr agunt, gaudebit* ſuper ijs, qui ſecundùm dignitatem fœlicitèr rem gerunt: [k] Vtraq; enim *illa* iuſta *ſunt*, &

[g] Ex affectib. iam expoſit. colliguntur *Affectus alij, his Cõſequentes & Contrarij*: Nam

[g] Vt *miſerationi* (*i. doleri in malis indigni*) conſequens eſt doloris vacuitas, ſeu *lætitia in malis digni.*

[h] Ijdem enim ſunt, qui his affectionibus tenentur; vt patet exemplis:

[i] Ità & INDIGNATIONI (*i. doleri de bonis indigni*) conſequens eſt LÆTITIA *De malis* rebus *Digni.*

[k] Siquidem ij, qui his affectionib⁹ implicantur, ijdem ſunt.


[l] Et omnes hæ quatuor affectiones, ſunt bonorum morum.

[k] Invidiæ (ſupple) conſequens eſt ἐπιχαιρεκακία; & ambæ hæ pertinent ad mores malos:

[m] Ἐπιχαιρεκ. eſſe conſequentem, prob. indè, quod huic qui in bonis alterius dolet, i. Inuido, neceſſariò idem eſt is, qui gaudet in alterius malis.

faciunt, vt gaudeat *vir* bonus: Neceſſe enim *eſt eum* ſperare, ſibi quoque *eadem bona* euentura, quæ ſimili *viro contigerunt*: [l] Et pertinent ad eoſdem mores *bonos*, hæc omnia *quatuor*. ¶ 7. [k] His verò contraria, *ſc. Inuidia & eius conſequens*, ad *mores* contrarios, *ſeu malos*: [m] Idem enim eſt, Malis Alienis-Gaudens, ac Inuidus: Ex quo enim quiſpiam moleſtiâ afficitur, dùm *illud alteri* exoritur, aut exiſtit, neceſſarium *eſt*, propter eiuſdem priuationem, & interitum, cum lætari.

ποιεῖ χαίρειν τὸν ἐπιεικῆ· ἀνάγκη γὰρ ἐλπίζειν ὑπάρξαι ἂν ἅπερ τῷ ὁμοίῳ, καὶ αὐτῷ. καὶ ἔστι τοῦ αὐτοῦ ἤθους ἅπαντα ταῦτα. ¶ 7. Τὰ δ' ἐναντία, τοῦ ἐναντίου· ὁ γὰρ αὐτός ἐστιν ἐπιχαιρέκακος καὶ φθονερός· ἐφ' ᾧ γάρ τις λυπεῖται γιγνομένῳ καὶ ὑπάρχοντι, ἀναγκαῖον τοῦτον ἐπὶ τῇ στερήσει καὶ τῇ φθορᾷ τῇ τούτου χαίρειν.



[n] Ex hac. dictis coroll. *Indignationem & Inuidiam*, atque *harum conſequentes*, huc omnes *inſeruire*, *vt res ne* videantur *miſeratione dignæ*.

[o] Hijs præmiſſis: De *Indignatione*, ſeu *Stomachatione*, ſequuntur formæ: (De *Inuidia* enim ſumentur cap. ſequ.)

[o] De 1a & 2a Quæſt. (*Quibus & ob quæ ſtomachemur*) for. 1a, ſic: Si Indignatio *rectè definita ſit*:

8. [n] Quamobrẽ omnia hæc, *Indignatio ſc: & Invidia, & earũ conſequentia*, exturbandæ miſericordiæ vim habent; differunt verò *inter ſe*, ob cauſas antè dictas: Quare ad efficiendum, vt res non *videantur ijs, qui audiunt*, miſerabiles, omnia hæc ſimilitèr conducunt. ¶ 9. [o] Ac primùm quidem de Indignando, exponamus, Quibus Indignentur, & ob Quæ, & Quomodò *ſe* habentes ipſi; deindè de alijs *affectibus dicemus* poſteà. Manifeſtum autem *eſt* ex ijs, quæ dicta ſunt: [o] Si enim [1] indignari, eſt moleſtiâ affici de illo *ho-*

8. διὸ, κωλυτικὰ μὲν ἐλέους πάντα ταῦτα ἐστί· διαφέρει δὲ, διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας· ὥστε πρὸς τὸ μὴ ἐλεεινὰ ποιεῖν, ἅπαντα ὁμοίως χρήσιμα. ¶. 9. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ τοῦ νεμεσᾶν λέγωμεν, τίσι τε νεμεσῶσι, καὶ ἐπὶ τίσι, καὶ πῶς ἔχοντες αὐτοί· εἶτα μετὰ ταῦτα, περὶ τῶν ἄλλων. φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων· εἰ γάρ ἐστι τὸ νεμεσᾶν, λυπεῖσθαι ἐπὶ τῷ φαινομένῳ ἀναξίως εὐπραγεῖν,

προάγειν, πρῶτον μὲν δῆλον ὅτι οὐχ οἷόν τε ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς νεμεσᾶν· οὐδεὶς γὰρ, εἰ δίκαιος, ἢ ἀνδρεῖος, ἢ εἰ ἀρετὴν λήψεται, νεμεσήσει τούτῳ· (οὐδὲ γὰρ οἱ ἔλεοι ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις τούτων εἰσίν·) ἀλλ' ἐπὶ πλούτῳ, καὶ δυνάμει, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅσων ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἄξιοί εἰσιν οἱ ἀγαθοί· καὶ οἱ τὰ φύσει ἔχοντες ἀγαθὰ, οἷον εὐγένειαν, καὶ κάλλος, καὶ ὅσα τοιαῦτα· 10 ἐπειδὴ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐγγύς τι φαίνεται τοῦ φύσει, ἀνάγκη τοῖς τὸ αὐτὸ ἔχουσιν ἀγαθὸν, ἐὰν νεωστὶ ἔχοντες τυγχάνωσι, καὶ διὰ τοῦτο εὐπραγῶσι, μᾶλλον νεμεσᾶν· μᾶλλον γὰρ λυποῦσιν οἱ νεωστὶ πλουτοῦντες, τῶν πάλαι, καὶ διὰ γένους. ὁμοίως δὲ καὶ ἄρχοντες, καὶ δυνάμενοι, καὶ πολύφιλοι, καὶ εὔτεκνοι, καὶ ὁτιοῦν τῶν τοιούτων· 11. κἂν διὰ ταῦτα ἄλλό τι ἀγαθὸν γίγνηται αὐτοῖς, ὡσαύτως· καὶ γὰρ ἐνταῦθα μᾶλλον λυποῦσιν οἱ νεόπλουτοι, ἄρχοντες διὰ τὸν πλοῦτον, ἢ οἱ ἀρχαιόπλουτοι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· 12. αἴτιον δ' ὅτι, οἱ μὲν, δοκοῦσι τὰ αὐτῶν ἔχειν· οἱ δ', οὔ· τὸ γὰρ ἀεὶ οὕτω φαινόμενον ἔχειν, ἀληθὲς δοκεῖ· ὥστε οἱ ἕτεροι, οὐ τὰ αὐτῶν ἔχειν· 13. καὶ ἐπεὶ ἕκαστον τῶν ἀγαθῶν, οὐ τοῦ τυχόντος ἄξιον, ἀλλά τις ἐστὶν ἀναλογία, καὶ τὸ ἁρμόττον· (οἷον, ὅπλων κάλλος, οὐ τῷ δικαίῳ ἁρμόττει, ἀλλὰ τῷ ἀνδρείῳ· καὶ γάμοι διαφέροντες, οὐ τοῖς νεωστὶ πλουτοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς εὐγενέσιν.)

mine, qui apparet præter dignitatem proſperè agere, * primùm quidem perſpicuum eſt, non poſſe *nos* propter omnia bona indignari: Etenim ſi *alter* iuſtus, aut fortis *ſit*, aut *omninò* ſi virtutem *aliquam* conſequatur, nemo ei indignabitur: p (Neque enim miſerationes ſunt de iјs, qui his ſunt contrarij;) verùm *indignantur* de diuitijs, de potentia, & *rebus* eiuſmodi, quibuſcunque, vt ſimplicitèr dicã, digni ſunt * *viri* boni; * & ĳ qui naturalia habent bona: velut, nobilitatẽ, & pulchritudinem, & quæcunq; talia. 10. [2] Quoniam verò, quod Antiquum *eſt*, propinquũ quiddã apparet *eſſe* Naturali; q neceſſe *eſt* nos, [1] idem habentibus bonum, ſi nupèr conſecuti ſint, q & [2] *ſi* ob id proſperè agant, magis indignari: r Moleſtiores enim *hominibus* ſunt ĳ, qui nupèr diteſcunt, quàm qui antiquitùs, & ob *ſuum* genus: Similitèr verò etiam qui *nupèr ſunt* in magiſtratu, & potentes, & habentes multitudinem amicorum, & bonam prolem, & quæcunque eiuſmodi *ſunt*. 11. ſ Et ſi ob hæc *nupèr parta*, aliud aliquid boni adueniat ipſis, eodem modo *ſe habent*: Nam & hîc magis moleſti ſunt, qui recens *facti ſunt* diuites, cùm propter diuitias *illas* imperium habent; quàm qui antiquitùs diuitias poſſederunt: Similitèr verò etiam in alijs *fortunæ bonis*. 12. t Cauſa autem *huius eſt*, quòd illi quidem, *qui cùm bona illa antiquitùs poſſederint*, *imperio potiti ſunt*, videntur, quæ ſua *ſunt*, habere; hi verò, *qui recens*, nequaquàm: Quod enim ſemper ità apparet *ſe* habere, verum, *& iuſtum* videtur: Quare alterum *hominum genus*, non ſua, *ſed aliena bona videtur* poſſidere. 13. [3] Et quoniam vnumquodque bonũ, non quolibet dignum *eſt*, ſed eſt quædam *harum rerum* proportio, & *id* quod *perſonæ* congruit; (velut, arma pulchra, nequaquàm iuſto *viro* conueniunt, ſed forti; & coniugia eximia, non nupèr diteſcentibus, ſed nobilibus;)

u *idcircò*

* Certè *indignari non* poſſumus *ob omnia bona* (vt ob Iuſtitiam, fortitudinem, & omnino ob virtutes morales) *neq; de bonis viris*.

p Rat. à contrar. Neq; enim improborum miſeret, tametſi maximis malis premantur: Sed indignamur *de viris malis, ob bona fortunæ ab ipſis parta*, quæ *rectiùs* conuenirent,

* Aut *viris bonis*:

* Aut *ĳs*, *qui* cùm *naturâ dotati* ſint, rectè *illa* atque *ordine poſſidere* exiſtimantur.

2 [a] for. ex præced. Quià *Priſcũ*, atque inueteratum, *parùm abeſt à naturali*:

q Certè indignamur *nouis* hominibus, [1] Si *bona* dicta *nupèr acquiſierint*:

[2] Et ſi adhæc, ĳſdem bonis *aucti*, *in præclarâ fortunâ viuant*.

r Explic. 1[i] membri, ex. gr. *Magis* vrunt, qui *ſubitas opes* captârint, *quàm qui hæreditarias*, quaſi pænè naturales poſſedêrint, &c.

ſ Explic. 2[i] membr. ex. gr. Qui *ope diuitiarum nouarum*, *ad* ampliſſimos *honores adſcenderint*, *magis* vrunt, quàm qui *priſcis diuitĳs ſuffulti* ſint.

t Hoc indè fit, quòd qui recentium bonorum cõmendatione, alia ſibi accumulârint, *ob rei nouitatem*, *alienas*, *non ſuas res habere creduntur*, &c. Quod quàm odioſum ſit, ſerò illi ſæpè intelligunt.

3 [a] For. ſic: Quià *non omne commodum omnem* hominem *decet*, quamuis innocentem ac bonum; ſed eleganti proportionis lege, *hoc iſti* conuenit, quod *illi minimè* quadrat, &c.

ᵘ Proptereà, *Indignatio feruet* 1, *Aduersùs bonos*, ſi prehenderint *ea, quæ ipſis haud conueniant:*

2, *Aduersùs inferiores, ſi cum ſuperioribus contendant:*

ˣ Præſertim, ſi vtriq; *in eodem verſentur* ſtudio, *de quo certamẽ* ineunt.

* (Vndè, Iliad. 11, Iupiter ferre non poterat, vt Cebrion miles imbellis, cũ Aiace congrederetur fortiſſimo duce.)

ʸ Dein, Si *in eodem* ſtudio *non certent*; ſed *conditionibus ijs viuant, quarũ vna* ſit *alterâ* longè *humilior*, &c.

ᶻ De 3ª Quæſt. [*Qui homines ſtomachoſi*?] for.

1ª, Qui *maximis bonis digni* ſunt, *ijſque ornati*, ægrè *deteriores* ferunt, *paribus* muneribus *ornatos*.

2ª, Qui *ſimpliciter* ſunt *viri boni*, & *non aucti honoribus*, vt ſuperiores; indignè ferunt, *malos cumulari* maximis *bonis*.

3ª, *Ambitioſi* & *elati*, facilè ſtomachantur; & *præcipuè*; *ſi affectent res eas, quas*, qui illis gerendis *inepti* erant, *arripuerint*.

ᵃ Et vniuersìm, qui præclaro de ſe iudicio, *dignentur ſe præmijs*, &c. * Commune hoc eſt quæſtioni prim.

ᵇ Vndè, Homines ¹ *mancipijs ſimiles*, & ² *inertes*, & ³ *honorum contemptores* (qui ſupra-poſitis 3 b. ſunt contrarij) *nõ ſunt ſtomachoſi*: cùm in honorib. ambiendis, ſuâ ipſi ſententiâ damnati ſint.

ᶜ Ex formis de *ſtomachatione in bonis indigni*, *contrario modo eliciuntur* formę *de contrariâ lętitiâ in malis digni*, ſeu *commeriti*: quæ erat affectio Indignationi conſequens.

ᵘ *idcircò ſi quis* ¹ bonus *quidem* exiſtat, non conuenientẽ *tamen rem ſibi* conſequatur, *id* habet vim mouendæ indignationis. 14. ² Et inferiorem cum præſtantiori controuerſari: ˣ Ac maximè quidem, ſi *verſentur* in eodem *rei genere*: (* Vndè & illud dictum eſt,

« *Aiacis autem* Cebrion *pugnam vitabat Telamonij*:

« *Iupiter enim ei ſtomachabatur, quandò* inferior *cum præſtantiori pugnare* vellet.)

ʸ Sin minùs *in eodem genere*; tamen *hoc indignationem etiam parit*, quocunque modo inferior *qui ſit*, cum præſtantiori *contendat*; velut ſi muſicus cum iuſto *viro*: Melior enim *eſt* iuſtitia, quàm muſica. Quibus igitur ſtomachentur, & Propter Quæ, ex his perſpicuum *eſt*: Hæc enim & huiuſcemodi ſunt, *quæ diximus*. ¶ 16. ᶻ At ipſi *homines* ad indignandũ procliues ſunt, ¹ ſi cùm digni exiſtant maximis bonis, & ea poſſederint, *alios etiam indignos, eis auctos videant*: Nam ſimilibus *bonis* dignos eſſe habitos eos, qui non *ſunt* ſimiles, nequaquàm iuſtũ *eſt*. 17. ² Secundo loco, ſi boni exiſtant, & virtute prædıti, *tametſi non poſſederint maxima bona*; *cùm alij improbi ea poſſideant*: Hij enim, & *de rebus* benè iudicant, & iniuſta *omnia* odio habent. 18. ³ Et ſi ſint ſtudioſi honoris, & appetentes quarundam adminiſtrationum: Et præcipuè, ſi eorum *munerũ* ſtudioſi ſint, quæ alij, cùm indigni ſint, conſequuntur. 19. ᵃ Et omninò, qui dignos ſe exiſtimant, quibus alios non exiſtimant, ſtomachoſi *ſunt* ijs *qui conſecuti ſint*, & * ob eaſdem. ᵇ Quamobrem homines ¹ ingenio ſeruili *præditi*, & ² praui, & ³ honorum negligentes, non mouentur ad indignationem: Nihil enim eſt eiuſmodi, quo ſe putent eſſe dignos. 20. ᶜ Ex his autẽ manifeſtũ *eſt*, de Qualibus *hominibus*, aduersâ fortunâ vtentibus, & infeliciter agentibus, ſeu non aſſequentib⁹

ἐὰν οὖν ἀγαθὸς ὤν, μὴ τοῦ ἁρμόττοντος τυγχάνῃ, νεμεσητόν· 14. καὶ τὸν ἥττω τῷ κρείττονι ἀμφισβητεῖν· μάλιστα μὲν οὖν τοὺς ἐν τῷ αὐτῷ· (ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται,

« Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην Τελαμωνιάδαο·

« Ζεὺς γάρ οἱ νεμέσασχ', ὅτ' ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο·)

15. εἰ δὲ μή, κἂν ὁπωσοῦν, ὁ ἥττων τῷ κρείττονι· οἷον, εἰ ὁ μουσικὸς τῷ δικαίῳ· βελτίων γὰρ ἡ δικαιοσύνη τῆς μουσικῆς. οἷς μὲν οὖν νεμεσῶσι, καὶ δι' ἅ, ἐκ τούτων δῆλον· ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστι. ¶ 16. Αὐτοὶ δὲ νεμεσητικοί εἰσιν, ἐὰν ἄξιοι τυγχάνωσιν ὄντες τῶν μεγίστων ἀγαθῶν, καὶ ταῦτα κεκτημένοι· τὸ γὰρ τῶν ὁμοίων ἠξιῶσθαι τοὺς μὴ ὁμοίους, οὐ δίκαιον· 17. δεύτερον δ', ἂν ὄντες ἀγαθοὶ, καὶ σπουδαῖοι τυγχάνωσι· κρίνουσί τε γὰρ εὖ, καὶ τὰ ἄδικα μισοῦσι· 18. καὶ ἐὰν φιλότιμοι, καὶ ὀρεγόμενοι τινῶν πράξεων· καὶ μάλιστα, περὶ ταῦτα φιλότιμοι ὦσιν, ὧν ἕτεροι ἀνάξιοι ὄντες τυγχάνουσι· 19. καὶ ὅλως οἱ ἀξιοῦντες αὐτοὶ αὑτοὺς, ὧν ἑτέρους μὴ ἀξιοῦσι, νεμεσητικοὶ τούτοις, καὶ τούτων. διὸ καὶ οἱ ἀνδραποδώδεις καὶ φαῦλοι καὶ ἀφιλότιμοι, οὐ νεμεσητικοί· οὐδὲν γάρ ἐστι τοιοῦτον, οὗ αὑτοὺς οἴονται ἀξίους εἶναι· 20. φανερὸν δ' ἐκ τούτων, ἐπὶ ποίοις ἀτυχοῦσι καὶ κακοπραγοῦσιν, ἢ μὴ τυγχάνουσι, χαίρειν,

χαίρειν ἢ ἀλύπως ἔχειν δεῖ· ἐκ γὰρ τῶν εἰρημένων τὰ ἀντικείμενα δῆλά ἐστιν· 21. ὥστε αὐτούς τε κριτὰς τοιούτους παρασκευάσῃ ὁ λόγος, καὶ τοὺς ἀξιοῦντας ἐλεεῖσθαι, καὶ ἐφ' οἷς ἐλεεῖσθαι, δείξῃ ἀναξίους μὲν ὄντας τυγχάνειν· ἀξίους δὲ μὴ τυγχάνειν, ἀδύνατον ἐλεεῖν.

ea *quæ volunt*, gaudere *nos*, aut *ſaltèm* nullo dolore tangi oporteat: Ex ijs enim quæ dicta ſunt, oppoſita ſunt manifeſta. 21. [d] Quare ſi *præſidijs dictis*, Iudices eiuſcemodi præparârit oratio, *vt facilè indignentur*; & *aduerſarios* (cùm petunt vt *ſui* miſericordia habeatur, & ob tales *res* habeatur) oſtenderit *prorſus* indignos eſſe, *qui miſericordiam* impetrent, & dignos qui non impetrent; fieri non poteſt, vt *Iudicibus* Miſeratio adſit; *ſed contraria Indignatio*.

[d] Ex dict. præcept. *de indignatione Iudicum excitandâ, & contrariâ miſericordiâ ex animis ejiciendâ.*

De Invidia. CAP. XII.

Invidia quid, Par. 1. Eius Quæſt. 1ª, *Qui homines invident, à Par. 2.* 2ª, *Ob Quæ Commoda invident, à Par. 7.* 3ª, *Quibus invident, à Par. 11.*

Δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τίσι φθονοῦσι, καὶ τίσι, καὶ πῶς ἔχοντες, εἴπερ ἐστὶν ὁ φθόνος λύπη τις ἐπὶ εὐπραγίᾳ φαινομένῃ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν περὶ τοὺς ὁμοίους, μὴ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλὰ δι' ἐκείνους. ¶ 2. Φθονήσουσι μὲν γὰρ οἱ τοιοῦτοι, οἷς εἰσί τινες ὅμοιοι, ἢ φαίνονται. ὁμοίους δὲ λέγω, κατὰ γένος [a], κατὰ συγγένειαν, καθ' ἡλικίαν, κατὰ ἕξιν, κατὰ δόξαν, κατὰ τὰ ὑπάρχοντα· 3. καὶ οἷς μικροῦ ἐλλείπει, τὸ μὴ πάντα ὑπάρχειν. διὸ, οἱ μεγάλα πράττοντες, καὶ εὐτυχοῦντες, φθονεροί εἰσι· πάντας γὰρ οἴονται τὰ αὑτῶν φέρειν· 4. καὶ οἱ τιμώμενοι ἐπί τινι διαφερόντως, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοφίᾳ, ἢ εὐδαιμονίᾳ· 5. καὶ οἱ φιλότιμοι, φθονερώτεροι τῶν ἀφιλοτίμων. καὶ οἱ δοξόσοφοι· φιλότιμοι γὰρ ἐπὶ σοφίᾳ. καὶ ὅλως οἱ φιλόδοξοι περί

[a] Coniun. cap. 10. par. 20.

[a] PErſpicuum autem eſt, & Ob Quæ Invideant, & Quibus, & Quomodò ſe habentes: Siquidem Inuidia, eſt Moleſtia quædam [1] propter proſperitatem, quæ apparet, in ijs, quæ dicta ſunt, bonis; [2] idque erga ſimiles; non vt aliquid *boni ſit* ipſi, *qui inuidet*, [3] ſed *quia* illis *eſt*, *quibus invidetur*. ¶ 2. [b] Invidere enim *ſolent* tales *viri*, quibus aliqui *ſunt*, aut apparent *eſſe* ſimiles: Similes verò dico, [1] genere, [2] cognatione, [3] ætate, [4] habitu, [5] *hominum* exiſtimatione, [6] copijs. 3. [2] Et quibus parùm deeſt, quin omnia *bona ipſis* adſint. Quamobrem, qui magna agunt, & qui proſperâ fortunâ vtuntur, ſunt invidi: Cunctos enim *ad quos quidpiam peruenerit*; quæ ſua *ſunt*, putant eripere. 4. [3] Et qui ob aliquid honorantur eximiè; & maximè ob ſapientiam, aut fœlicitatem. 5. [c] Et ſtudioſi honoris, invidentiores *ſunt*, quàm non ſtudioſi. [d] Et qui ſequuntur ſapientiæ gloriam: Studioſi enim *ſunt* honoris ob Sapientiam: [e] Et omninò qui gloriam in aliquo *ſtudio* captant,

[a] Ex cap. præced. *patent fortè de Inuidia: præmiſsâ ipſius definitione, in quâ tres notanda partes:*

1ª,

2ª,

3ª,

[b] De 1ª Quæſt. [*Qui homines inuident?*] for. 1ª ducitur ex 2ª definit. parte: Inuidi illi, *quibus aliqui ſunt pares*, &c.

2ª, Ex part. 1ª & 3ª: Rumpuntur ii, *qui penè cunctis* in vita *bonis* (quantum humana fert conditio) *abundant*:

3ª, itèm ex 1ª & 3ª: *Qui in aliqua arte*, aut ſtudio *eximij* habentur, &c.

[c] Et qui *laudis appetentes* ſunt, &c.

[d] Et proin, *qui haberi ſe cupiunt ſapientes*:

[e] Et vniuersìm, *qui in aliquo curſu laudem affectant*, Momi ſunt.

4ª, itidèm ex 1ª & 3ª: *Minuti* & anguſti *animi* homines, Zoili ſunt ijs *qui res bonas adepti*, &c.

[f] De 2ª Quæſt. [*Ob quæ, ſeu in quibus commodis inuident?*] ſci. Tùm *in operibus, in quibus primos ſe eſſe, & palmā mereri volunt*, &c.

[g] Tùm *in ijs ferè bonis, quæ beneficio fortunæ depluunt.*

[h] Præſertìm, ſi vel *illa optent &c. cùm ab alijs prærepta videant:*

[i] Vel *poſſeſſu* eorundem, *cæteris* ſint *impares*, &c.

[k] De 3ª Quæſt. [*Quibus inuident?*] ex ſupradict. formæ:

1. Liueſcunt in eos, *qui cognati, & propinqui* ſunt *tempore, loco, ætate, exiſtimatione*, &c.

[l] Declar. dict. ex ſeparíolo veteris Poëtæ.

2. Ergo & inuident ijs, *quibuſcum de primis dimicant:*

[m] Tales, illi qui partic. præced. *enumerati* ſunt:

[n] Non autem illis *contrarij*: ſc. qui aut *tempore* ſunt *remoti*,

[o] Aut *ætate*,

[p] Aut *loco*,

[q] Aut *exiſtimatione*, & iudicio *aliorum, vel ſuo.*

3. Ex præcedenti partic. colliguntur hæ: Quià omnes de *primis contendunt* cum *æmulis* ſtudiorum ſuorum, &c.

[r] Proindè, [1] *Iſtiuſmodi hominibus potiſſimùm inuident:*

[ſ] Quod prob. ex ſententia Heſiod. lib. 1. Oper. & Dier.

[2] Ijs, *qui facilè conſecuti ſunt*, inuident *ij qui ſerò, &c.* Dolent enim ſe tempore & facilitate ſuperatos.

[3] Et *ijs* inuidemus, *qui cùm præ-*

captant, in hoc ipſo *ſunt alijs* inuidi. 6.[+] Et puſillanimi: Omnia enim ipſis, *vitio animi quodam*, videntur magna eſſe. ¶ 7. [f] Ob quæ verò *homines alijs* inuident, *iam* quidem dicta ſunt *bona*: In quibuſcunque enim operibus gloriam captant, & de honore contendunt, atque *hominum* aucupantur opinionem: 8. [g] Et quæcunque bonæ fortunæ commoda ſunt, propemodùm in omnibus *his* inuidia verſatur. 9. [h] Et præcipuè *in ijs*, quæ ipſi aut appetunt, aut putant oportere ſe habere: 10. [i] Aut quorū poſſeſſione ipſi ſunt paullò ſuperiores, *& ab alijs ne vincantur, timent*; vel paullò inferiores, *& alijs ſe pares fieri cupiunt.* ¶ 11. [k] Manifeſtum verò *eſt*, etiam QVIBVS *hominibus* inuideant: Simùl namque hoc dictum eſt *cùm dictum fuit, Qui eſſent inuidi:* [1] Ijs enim inuident, qui *ipſis* & tempore, & loco, & ætate, & exiſtimatione propinqui *ſunt*: [l] Vndè dictum eſt *illud*,

" *Quod enim cognatum* eſt, *etiam inuidere nouit.*

12. [2] Et *proindè* quibuſcum de honore contendunt: [m] Nam de honore contendunt quidem cum ijs, qui *iam* dicti ſunt; [n] Cum ijs verò, qui abhinc decem millibus annorum abſunt, [o] aut cum ijs qui *poſteà* futuri, vel qui mortui ſunt, *contendit* nemo; [p] neq; cum ijs, qui *ſunt* ad Herculeas columnas; [q] neque quibus ſuo ipſorum, vel aliorum iudicio, ſe longè inferiores eſſe putant; ſimilitèr, neq; quibus ſe longè ſuperiores; cum his, *inquam, qui ſic ſe habent*, & in talibus rebus *in quibus ità ſe habent, haud contendunt.* 13.[3] Quoniam verò cum aduerſarijs, & riualibus, & omninò *cum* ijs, qui eadem appetunt, de honore concertant: [r] *Idcircò* neceſſe *eſt* [1] his *eos omnibus* maximè inuidere: [ſ] Vndè *ab Heſiodo* dictum eſt,

" *Et figulus figulo inuidet.* —

14.[2] Et ijs qui celeritèr *quicquam adepti ſunt*, inuident *illi*, qui vix, aut non *omninò* ſunt *idem* adepti. 15. [3] Et

τι, φθονεῖσθαι περὶ τούτου· 6. καὶ οἱ μικρόψυχοι· πάντα γὰρ αὐτοῖς δοκεῖ μεγάλα εἶναι. ¶ 7. Ἐφ᾽ οἷς δὲ φθονοῦσι, τὰ μὲν ἀγαθὰ, εἴρηται· ἐφ᾽ ὅσοις γὰρ φιλοδοξοῦσι καὶ φιλοτιμοῦνται ἔργοις, καὶ ὀρέγονται δόξης· 8. καὶ ὅσα εὐτυχήματά ἐστι, σχεδὸν περὶ πάντα φθόνος ἐστί· 9. καὶ μάλιστα, ὧν αὐτοὶ ἢ ὀρέγονται, ἢ οἴονται δεῖν αὐτοὺς ἔχειν· 10. ἢ ὧν αὐτοὶ τῇ κτήσει μικρῷ ὑπερέχουσιν, ἢ μικρῷ ἐλλείπουσι. ¶ 11. Φανερὸν δὲ καὶ οἷς φθονοῦσιν· ἅμα γὰρ εἴρηται [b]· τοῖς γὰρ ἐγγὺς καὶ χρόνῳ, καὶ τόπῳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ δόξῃ, φθονοῦσιν· ὅθεν εἴρηται,

" Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται·

12. καὶ πρὸς οὓς φιλοτιμοῦνται· φιλοτιμοῦνται μὲν γὰρ πρὸς τοὺς εἰρημένους. πρὸς δὲ τοὺς μυριοστὸν ἔτος ὄντας, ἢ πρὸς τοὺς ἐσομένους, ἢ τεθνεῶτας, οὐδείς. οὐδὲ πρὸς τοὺς ἐφ᾽ Ἡρακλέαις στήλαις. οὐδ᾽ ὧν πολὺ οἴονται παρ᾽ αὐτοῖς, ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις λείπεσθαι. οὐδ᾽ ὧν πολὺ ὑπερέχειν, ὡσαύτως καὶ πρὸς τούτους, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα· 13. ἐπεὶ δὲ πρὸς τοὺς ἀνταγωνιστὰς, καὶ ἀντεραστὰς, καὶ ὅλως τοὺς τῶν αὐτῶν ἐφιεμένους, φιλοτιμοῦνται, ἀνάγκη τούτοις μάλιστα φθονεῖν. ὅθεν εἴρηται [c],

" Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ·

14. καὶ τοῖς ταχὺ, ἢ οἱ μόλις τυχόντες, ἢ μὴ τυχόντες, φθονοῦσι· 15. καὶ ὧν

[b] à Par. 3.

[c] Coniun. 8. Ethic. cap. 2.

ὧν ἢ κεκτημένων, ἢ κατορθούντων ὄνειδος αὐτοῖς· εἰσὶ δὲ καὶ οὗτοι ἐγγύς, καὶ ὅμοιοι· δῆλον γὰρ ὅτι παρ' αὐτοὺς, οὐ τυγχάνουσι τοῦ ἀγαθοῦ. ὥστε τοῦτο λυποῦν ποιεῖ τὸν φθόνον· 16. καὶ τοῖς ἢ ἔχουσι ταῦτα, ἢ κεκτημένοις ἃ αὐτοῖς προσῆκεν, ἢ ἐκέκτηντό ποτε· διὸ πρεσβύτεροι γε νεωτέροις· 17. καὶ οἱ πολλὰ δαπανήσαντες εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς ὀλίγα φθονοῦσι· 18. δῆλον δὲ καὶ ἐφ' οἷς χαίρουσιν οἱ τοιοῦτοι, καὶ ἐπὶ τίσι, καὶ πῶς ἔχοντες· ὡς γὰρ μὴ ἔχοντες λυποῦνται, οὕτως ἔχοντες ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἡσθήσονται· 19. ὥστε ἂν αὐτοὶ μὲν, παρασκευασθῶσιν οὕτως ἔχειν· οἱ δ', ἐλεεῖσθαι, ἢ τυγχάνειν τινὸς ἀγαθοῦ ἀξιούμενοι ὦσιν οἷοι οἱ εἰρημένοι, δῆλον ὡς οὐ τεύξονται ἐλέου παρὰ τῶν κυρίων.

quibus, ſi *quicquam* conſecuti fuerint, aut rectè *rem* egerint, ipſis *interim non conſecutis*, dedecus hoc *eſt*: ᵗ Sunt verò *&* iſti quoq; propinqui, & ſimiles: Perſpicuũ enim *eſt*, ipſorũ culpâ *eos* non adipiſci *idẽ* bonũ, *quod alij* ipſis *pares, vel inferiores conſecuti ſint*: Quare hoc, *cùm ipſis* moleſtũ *ſit*, inuidiã efficit. 16. ⁺ Et ijs, qui aut habent, aut conſecuti ſunt ea *bona*, quæ ipſis conueniebant, aut *quæ* quondàm poſſidebant. Quamobrẽ ſeniores ſanè iunioribus *inuident*, *qui ea iam tenent, quæ quondã ipſorũ fuerant*. 17. ˢ Et qui multos ſumptus fecerunt in eandẽ *rẽ*, inuident *ijs* qui paucos. 18. ᵘ Perſpicuũ verò *ex dictis eſt*, etiam propter Quæ *mala* gaudent huiuſmodi *homines*, *qui inuidebant*, & Ob Quas *perſonas gaudent*, & Quomodò *ipſi ſe* habentes: ˣ Vt enim *illi*, qui *ſe hoc modo* non habent, *ſed inuidi ſunt*, *ex alienis commodis* dolent; ſic ij qui *hoc modo ſe* habent, i. ἐπιχαιρεκακίᾳ *afficiuntur*, ex cõtrarijs *incommodis* voluptatem percipient. 19. ʸ Quare ſi ipſi *Iudices* præparati fuerint, vt *erga reos* tales ſint *quales diximus*; ᶻ Illi autẽ qui vel miſericordiam, vel boni alicuius adeptionẽ petunt, tales eſſe *demonſtrentur*, quales *iam* deſcripſimus; ᵃ Perſpicuum *eſt*, *eos* miſericordiã à *iudiciorum* dominis non eſſe conſecuturos.

mium aliquod acquiſierint, &c *probro nobis* vertatur, *non acquiſiſſe*, &c.

ᵗ Conueniunt hij cum ſupradictis par. 11.

⁺ Et ijs *qui poſſident vel obtinuerunt* ea, *quæ ipſis* mirificè *apta*, aut *priùs poſſeſſa* fuerant.

ˢ Et ijs, *qui ſine vllo diſpendio comparârunt quod ipſis magno ſumptu* ſtetit.

ᵘ Ex formis *de Inuidia* collig. formæ *de eius conſequente*, ſc. *maleuolorum hominũ* ἐπιχαιρεκακία: idque contrario modo; cùm hæc affectio ſit Inuidiæ oppoſita.

ˣ Vt enim *Inuidi moleſtiam* metunt *ex aliorum bonis*; ità *qui* ἐπιχαιρεκακίᾳ tenentur, *gaudens ex alienis malis*.

ʸ Præcept. general. Si dictorum ope, *Iudices quidem conformâris*, *vt doleant in* aduerſarij *bonis*, *lætentur in malis*:

ᶻ *Aduerſarios autem* doceas eſſe, quorum *bonis dolendum* ſit, *aduerſis lætandum*:

ᵃ Eâdem ijs operâ, *miſericordiam omnem Iudicum* facillimè *præripies*.

De Æmulatione. CAP. XIII.

Aemulatio, *quid*, *Par.* 1. *Eius Quæſtio* 1ª, *Qui homines æmulentur*, *à Par.* 3. 2ᵈª, *Ob Quas res æmulentur*, *Par.* 7. *Tertia*, *Quales ij*, *quibus æmulantur*, *à Par.* 9.

Πῶς δὲ ἔχοντες ζηλοῦσι, καὶ τὰ ποῖα, καὶ ἐπὶ τίσιν, ἐνθένδ' ἐστὶ δῆλον· εἰ γάρ ἐστι ζῆλος, λύπη τις ἐπὶ φαινομένῃ παρουσίᾳ ἀγαθῶν ἐντίμων καὶ ἐνδεχομένων αὐτῷ λαβεῖν περὶ

ᵃ QVomodò autem *ſe* habeant Æmulantes, & Qualia *æmulentur*, & Quas ob *cauſas*, hinc indè perſpicuum *eſt*: Si enim Æmulatio, eſt moleſtia quædam ¹ propter *eam*, quæ apparet, præſentiam bonorum honoratorum, & *eorum* quæ *ipſe* ſibi

ᵃ Definitâ *Æmulatione*, quòd ſit Ægritudo excitata ¹ ex *acceſſu bonorum*, *quæ honore compenſantur*, &c.

² In ijs apparente, *qui pares ipſi* ſunt:

3 Non *quòd illi potiantur*, ſed *quòd ijs ipſi careant.*

b Vndè, *Differt Aemulatio ab Inuidiâ*, quòd illa *ad bona* acquirenda *promptiores nos facit*;

c Inuidia, *malo* ſemper *ſit alijs, cùm iniuſtè bonum* quodque *innocentibus* viris *detractū cupit.*

d De 1ª Quæſt. [*Quales æmulentur?*] form.

1 Rat. *Sui & alior.* Facilè æmulantur, tùm qui *iudicio ſuo digni ſunt bonis*, quorum *ſperant* ſe *compotes fore:*

e Tùm qui *actu poſſident ea*, quæ *honoratis* viris aptè *conueniunt*, licet *ipſi non* ſint *honorati* viri.

f Tùm qui aliorum iudicio habentur quouis bono digni.

2 Rat. *Proauorum*, &c. Quorum *patres, aut maiores*, &c. *in aliquo ſtudio*, vel arte *probati* fuerunt, hij rerum earundem ſunt æmuli verſus alios.

g De 2ª Quæſt. [*Ob Quæ æmulentur?*] form. ſic:
Si *honorata bona* æmulationem gignant:

h Sequitur, Tùm *virtutes*,

* Et *bona*, *quæ commodo* alijs *ſunt* (vt *honores, magiſtratus*, &c.) eſſe talia.

i Tùm cuncta *illa, quibus propinqui* & in iiſdem locis viuentes, *nobiſcum frui* poſſunt: vt *opes, pulchritudo*, &c.

k De 3ª Quæſt. [*Qualib. æmulantur?*] form.

1 Rat. *bonorum*: Æmulationi expoſiti ſunt, Tùm *qui bonis iam dictis florent*; vt *virtutibus fortitudinis, ſapientiæ*, &c. itemquè *magiſtratu.*

acquirere poteſt; ² in ijs qui *ſunt ipſi* naturâ ſimiles; ³ non quòd *illi* alteri *hæc bona* adſint, ſed quòd non etiam ſibi ipſi. 2. ᵇ Quamobrem & Æmulatio, æquum *quiddam* eſt, & bonorum *virorum*; Inuidere verò, prauum, & prauorum *hominum*: ᶜ Ille enim ſe præparat, propter æmulationem, ad bona *ſibi* adipiſcenda; hic verò, propter Inuidiam *ſtudet*, vt ne proximus *hæc* habeat. ¶ 3. ᵈ Neceſſe igitur *eſt*, procliues ad æmulandum eſſe ¹ eos, qui exiſtimant ſe dignos bonis *ijs*, quę non habent, *ſed habere poſſunt*: Nemo enim ſe dignum exiſtimârit *ijs*, quæ apparent fieri non poſſe. Quamobrem iuuenes, & magnanimi, *ſunt* tales; *quià præclarum de ſe iudicium faciunt.* 4. ᵉ Et quibus adſunt talia bona, quæ honoratis digna ſunt viris: Sunt enim hæc, diuitiæ, & amicorum copia, & magiſtratus, & quæcunque talia. Tanquàm enim ipſis probis eſſe *viris*, *ideò* conueniat, quòd *huiuſmodi bona*, *quæ habent*, conueniunt probè *ſe* habentibus: *idcircò* æmulantur *alijs* ob huiuſmodi bona. 5. ᶠ Et quos alij *dictis bonis* dignos exiſtimant. 6. ² Et quorum proaui, aut cognati, aut domeſtici, aut natio, aut ciuitas, *ob illa bona* honorata *eſt*, in his *bonis honoratis* ad æmulandum *ſunt* procliues: Domeſtica enim arbitrantur ſibi eſſe *hæc*, & his *ſe bonis eſſe* dignos. ¶ 7. ᵍ Si verò honorabilia bona ſub æmulationem cadant, ʰ neceſſe *eſt* cùm virtutes *ipſas* eſſe tales, * & quæcunque alijs *ſunt* vtilia, & idonea ad benefaciendum: Honorant enim *meritò* benefacientes & virtute præditos: 8. ⁱ Tùm *ea* bona quorumcunque fruitio penes proximos eſt; veluti *ſunt*, diuitiæ & pulchritudo magis, quàm ſanitas. ¶ 9. ᵏ Manifeſtum verò *ex dictis eſt*, etiam Qui *illi ſint*, quibus æmulantur *cæteri*. ¹ Qui enim hæc & talia poſſident, æmulationem *inueniunt*: Hæc verò ſunt, *bona* antedicta; velut, fortitudo, ſapientia, magiſtratus: (Nam qui magiſtratus gerunt, in multos

τοὺς ὁμοίους τῇ φύσει, οὐχ ὅτι ἄλλῳ, ἀλλ' ὅτι οὐχὶ καὶ αὐτῷ ἐστί· (διὸ καὶ ἐπιεικές ἐστιν ὁ ζῆλος, καὶ ἐπιεικῶν· τὸ δὲ φθονεῖν, φαῦλον, καὶ φαύλων· ὁ μὲν γὰρ, αὐτὸν παρασκευάζει διὰ τὸν ζῆλον τυγχάνειν τῶν ἀγαθῶν· ὁ δὲ, τὸν πλησίον μὴ ἔχειν διὰ τὸν φθόνον.) ¶ 3. Ἀνάγκη δὴ ζηλωτικοὺς μὲν εἶναι τοὺς ἀξιοῦντας ἑαυτοὺς ἀγαθῶν ὧν μὴ ἔχουσιν· οὐδεὶς γὰρ ἀξιοῖ τὰ φαινόμενα ἀδύνατα· διὸ οἱ νέοι καὶ οἱ μεγαλόψυχοι τοιοῦτοι· 4. καὶ οἷς ὑπάρχει τοιαῦτα ἀγαθὰ, ἃ τῶν ἐντίμων ἄξιά ἐστιν ἀνδρῶν· ἔστι γὰρ ταῦτα, πλοῦτος, καὶ πολυφιλία, καὶ ἀρχαὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ὡς γὰρ προσῆκον αὐτοῖς ἀγαθοῖς εἶναι, ὅτι προσήκει τοῖς ἀγαθῶς ἔχουσι, ζηλοῦσι τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν· 5. καὶ οὓς οἱ ἄλλοι ἀξιοῦσι· 6. καὶ ὧν πρόγονοι, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκεῖοι, ἢ τὸ ἔθνος, ἢ ἡ πόλις, ἔντιμοι, ζηλωτικοὶ περὶ ταῦτα· οἰκεῖα γὰρ οἴονται αὐτοῖς εἶναι, καὶ ἄξιοι τούτων. ¶ 7. Εἰ δ' ἐστὶ ζηλωτὰ τὰ ἔντιμα ἀγαθὰ, ἀνάγκη τάς τε ἀρετὰς εἶναι τοιαύτας, καὶ ὅσα τοῖς ἄλλοις ὠφέλιμα, καὶ εὐεργετικά· τιμῶσι γὰρ τοὺς εὐεργετοῦντας, καὶ τοὺς ἀγαθούς· 8. καὶ ὅσων ἀγαθῶν ἀπόλαυσις τοῖς πλησίον ἐστίν· οἷον, πλοῦτος, καὶ κάλλος μᾶλλον ὑγιείας. ¶ 9. Φανερὸν δὲ καὶ οἱ ζηλωτοί τινες· οἱ γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κεκτημένοι, ζηλωτοί. ἔστι δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα, οἷον, ἀνδρία, σοφία, ἀρχή· (οἱ γὰρ ἄρχοντες πολλοὺς

λὺς δύνανται εὖ ποιεῖν· στρατηγοὶ, ῥήτορες, πάντες οἱ τὰ τοιαῦτα δυνάμενοι· 10. καὶ οἷς πολλοὶ ὅμοιοι βούλονται εἶναι, ἢ πολλοὶ γνώριμοι, ἢ φίλοι πολλοί· ἢ οὓς πολλοὶ θαυμάζουσιν, ἢ οὓς αὐτοὶ θαυμάζουσι· 11. καὶ ὧν ἔπαινοι καὶ ἐγκώμια λέγονται, ἢ ὑπὸ ποιητῶν, ἢ λογογράφων· 12. καταφρονοῦσι δὲ τῶν ἐναντίων· ἐναντίον γὰρ ζήλῳ καταφρόνησίς ἐστι, καὶ τὸ ζηλοῦν τῷ καταφρονεῖν· 13. ἀνάγκη δὲ τοὺς οὕτως ἔχοντας ὥστε ζηλῶσαί τινας, ἢ ζηλοῦσθαι, καταφρονητικοὺς εἶναι τούτων τε, καὶ ἐπὶ τούτοις ὅσοι τὰ ἐναντία κακὰ ἔχουσι τῶν ἀγαθῶν τῶν ζηλωτῶν· 14. διὸ πολλάκις καταφρονοῦσι τῶν εὐτυχούντων, ὅταν ἄνευ τῶν ἐντίμων ἀγαθῶν ὑπάρχῃ αὐτοῖς ἡ τύχη· 15. δι' ὧν μὲν οὖν τὰ πάθη ἐγγίνεται, καὶ διαλύεται, ἐξ ὧν αἱ πίστεις γίγνονται, περὶ αὐτῶν εἴρηται.

poſſunt eſſe benefici.) [1] Duces exercituum, oratores, & omnes qui talia *perficere* poſſunt. 10. [2] Et [1] quib[9] multi ſimiles volunt eſſe, aut multi *familiariter* noti, aut amici multi; [2] vel quos multi ſuſpiciunt, aut *quos* ipſi ſuſpiciunt. 11. [3] Et quorum laudes, & encomia celebrantur aut à Poëtis, aut à ſcriptoribus orationum *accuratis*. 12. [m] Contemnunt verò *homines* iſtis contrarios: Nam contraria Æmulationi Contemptio eſt, & *ipſum* Æmulari, *opponitur ipſi* Contemnere. 13. [n] Neceſſe autem *eſt*, eos qui ſic affecti ſunt, vt [1] æmulentur aliquib[9], aut æmulatione petantur, procliues eſſe ad contemnendum, tùm [2] *homines* eos, [3] tùm eas ob *res*, quicunque mala *in ſe* habent contraria bonis ijs, quæ æmulationem pariunt. 14. [o] Quamobrem ſæpenumerò cõtemnunt proſperâ fortunâ vtentes, cùm ſine honoratis bonis faueat ipſis fortuna. 15. Ac per quas quidem *formas*, affectus *animis* inſerantur, & *inſiti* diſſoluantur, (ex quibus Fides *affecta* ducitur) de ipſis dictum eſt *hactenus*.

[1] Tùm *exercituum duces*, qui ſcientiâ militari; & *Oratores*, qui conſilio opitulantur alijs.
2. Rat. *Honoris*, &c. Æmulatione petuntur, [1] Tùm *quib. multi ſimiles eſſe ſtudent*, &c.
[2] Tù n *quibus cum admiratione aſſurgitur*.
[3] Tùm *quibus*, *laudũ buccinatores* ſunt *poëtæ*, &c.

m Tranſit ad *Contemptionem*, *Aemulationi contrariam*.

n De cuius 3[b]. quæſt. formæ:
[1] *Quales ad contemnendum* propenſi?
[2] *Quos* contemnunt?
[3] *Ob quæ*, contemptui habent?

o Hinc, *Multi*, *flocci ducant opulentos, ac nobiles*, &c. cùm glorientur illi fortunæ bono, non ſuo.

Sequuntur Ingenia & Mores Auditorum; qui conſequuntur ipſorum conditiones quatuor, [1] affectus, [2] virtutes morales, [3] ætates, & [4] fortunas. Primariò valent iſti in Iudicijs: Licet enim non veræ ſint actionum cauſæ, ità vt ad iniuriam demonſtrandam minus habeant virium; Sunt tamen conſequentia quædam, quæ nonnihil ad inſimulandũ vel excuſandum momenti adferunt; vti dixit lib. 1. cap. 10. Deindè, valent etiam in Demonſtratiuis, ad vituperium vel laudem: Itemquè in Deliberationibus; vbi ad auditorum Mores oratio accommodata, hortandi acquirit vim; vt infrà cap. 15. Par. 20.

Tabula ſequent: vſque ad Cap. 19.

De Moribus ergo qui conſequuntur
- Affectus: } Cap. 14.
- Habitus morales: } Cap. 14.
- Ætates: vt
  - Iuuenum: 14.
  - Senum: 15.
  - Ætatis vigentis: 16.
- Fortunas: vt
  - Nobilium: 17.
  - Diuitum: 18.
  - Potentium: } 19.
  - Fortunatorum. } 19.

 Cap. XIV.

De Quatuor generib. morũ in auditoribus, & de morib. Iuvenum.

Cap. XIV.

De Moribus affectum quenque conſequentibus, Par. 2. De Moribus habituum moralium, Par. 3. De moribus ætatum, Par. 4. Ac primùm de Moribus Iuvenum, à Par. 6.

Mores Audientium comitantur ipſorum.

[1] *Affectib. iræ, amicitiæ*, &c. quarum formas expoſuit hoc lib.

[2] *Habitib. vitiorum & virtutum*: quarum dictæ ſunt,

[a] Tùm *Definitiones*, lib. 1. c. 9.
[b] Tùm *Actiones & obiecta*: lib. 1. cap. 7. p. 26. vndè mores earũ facilè haurias.

[3] *Aetatib. Adoleſcentiæ*; *Virilis ætatis*; & *Senij*.

[4] *Fortunis*, vt *nobilitati*, *diuitijs*, &c.

[c] A 3° genere orſi, dicamus de *moribus Iuuenum*: ij

1 Rat. *cupiditatum*, *Inflammati* quidem ſunt, & *prompti ad aggrediendum* quæ cupiunt: & inter cupiditates corporis, *libidini* præſertìm *inſeruiunt*, &c.

[d] Verùm *in iiſdem mutabiles* ſunt, & ad faſtidium ſtatìm ſatiati; & *primùm valdè* cupiebant; *mox* autem *ceſſant*, omniſq; animi ardor extinguitur.

2 Rat. *Iræ*; quâ *ſubitò accenduntur*; facilèque feruntur, *quò duxerit furor*; cui reſiſtere neſciunt.

3 *Victoriam potiùs* expetunt, *quàm honorem*: Neque enim placet honor, niſi æquales in eo vicerint, & illorum habeantur principes, &c.

MOribus *autem* Quales *quiq;* ſint, ſecundùm affectus *ſuos*, & habitus, & ætates, & fortunas, deinceps explicemus. ¶ 2. [1] Ac affectus quidem dico, iram, cupiditatem, & talia, de quibus diximus priùs. ¶ 3. [2] Habitus verò, virtutes, & vitia: Dictum autem eſt [a] & de his ſuperiùs, [b] & Qualia *ſibi* ſinguli *gerenda* præeligant, & Qualium faciendorum ſtudio teneantur. 4 [3] Ætates autem ſunt, iuuentus, & virilis ætas, & ſenectus. 5. [4] Fortunas verò dico, nobilitatem, & diuitias, & potentiam, & his contraria; & omninò *valdè* proſperam, aduerſamque fortunam. ¶ 6. [c] Ac iuuenes quidem, moribus [1] ſunt cupidi, & parati ad ea efficienda, quæ concupiuerint; & ex *omnibus* corporis cupiditatibus, *eius* præcipuè ſectatores ſunt, quæ in *rebus* venereis *eſt*, & in hâc *potiſſimùm ſunt* incontinentes: [d] Verùm *in horas ſunt* mutabiles, & faſtidioſi in cupiditatibus; Et valdè quidem concupiſcunt, celeritèr verò ſedantur: Acutæ enim voluntates *eis ſunt*, & non magnæ *ſeu diuturnæ*; Cuiuſmodi *ſunt* ægrotantium fames, & ſitis. 7. [2] Et *leuioribus de cauſis* excandeſcentes, & in excandeſcendo acres, & parati ad impetum *animi* ſequendum; Et *qui* ab iracundiâ *perpetuò* vincuntur: Nam propter honoris ſtudium *quo flagrant*, haud patiuntur *ſe* parui duci; ſed grauitèr ferunt, ſi exiſtiment *ſe* iniuriâ affici. 8. [3] Et ſtudioſi honoris *quidem ſunt*, ſed magis victoriæ: Excellentiâ enim appetit iuuentus: victoria verò,

Τὰ δὲ ἤθη ποῖοί τινες, κατὰ τὰ πάθη, καὶ τὰς ἕξεις, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς τύχας, διέλθωμεν μετὰ ταῦτα. ¶ 2. Λέγω δὲ, πάθη μὲν, ὀργὴν, ἐπιθυμίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον. ¶ 3. Ἕξεις δὲ, ἀρετὰς, καὶ κακίας· εἴρηται δὲ καὶ περὶ τούτων πρότερον, καὶ ποῖα προαιροῦνται ἕκαστοι, καὶ ποίων πρακτικοί· 4 ἡλικίαι δέ εἰσι, νεότης, καὶ ἀκμὴ, καὶ γῆρας· 5. τύχην δὲ λέγω, εὐγένειαν, καὶ πλοῦτον, καὶ δυνάμεις, καὶ τἀναντία τούτοις, καὶ ὅλως εὐτυχίαν, καὶ δυστυχίαν. ¶ 6. Οἱ μὲν οὖν νέοι, τὰ ἤθη εἰσὶν ἐπιθυμητικοὶ, καὶ οἷοι ποιεῖν ὧν ἂν ἐπιθυμήσωσι· καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν, μάλιστα ἀκολουθητικοί εἰσι τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια, καὶ ἀκρατεῖς ταύτης. εὐμετάβολοι δὲ καὶ ἁψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας· καὶ σφόδρα μὲν ἐπιθυμοῦσι, ταχὺ δὲ παύονται· ὀξεῖαι γὰρ αἱ βουλήσεις, καὶ οὐ μεγάλαι, ὥσπερ αἱ τῶν καμνόντων δίψαι καὶ πεῖναι· 7. καὶ θυμικοὶ, καὶ ὀξύθυμοι, καὶ οἷοι ἀκολουθεῖν τῇ ὁρμῇ· καὶ ἥττους εἰσὶ τοῦ θυμοῦ· διὰ γὰρ φιλοτιμίαν οὐκ ἀνέχονται ὀλιγωρούμενοι, ἀλλ' ἀγανακτοῦσιν, ἂν οἴωνται ἀδικεῖσθαι· 8. καὶ φιλότιμοι μέν εἰσι, μᾶλλον δὲ φιλόνικοι· ὑπεροχῆς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἡ νεότης· ἡ δὲ νίκη,

ὑπεροχή

ὑπεροχή τις. καὶ ἄμφω ταῦτα μᾶλλον, ἢ φιλοχρήματοι· 9. φιλοχρήματοι δὲ, ἥκιστα, διὰ τὸ μή πω ἐνδείας πεπειρᾶσθαι· ὥσπερ τὸ Πιττακοῦ ἔχει ἀπόφθεγμα εἰς Ἀμφιάραον· 10. καὶ οὐ κακοήθεις, ἀλλ' εὐήθεις, διὰ τὸ μήπω τεθεωρηκέναι πολλὰς πονηρίας· 11. καὶ εὔπιστοι, διὰ τὸ μήπω πολλὰ ἐξηπατῆσθαι· 12. καὶ εὐέλπιδες· ὥσπερ γὰρ οἱ οἰνωμένοι [a], οὕτω διάθερμοί εἰσιν οἱ νέοι ὑπὸ τῆς φύσεως· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μήπω πολλὰ ἀποτετυχηκέναι· καὶ ζῶσι τὰ πλεῖστα ἐλπίδι· ἡ μὲν γὰρ ἐλπὶς, τοῦ μέλλοντός ἐστιν· ἡ δὲ μνήμη, τοῦ παροιχομένου. τοῖς δὲ νέοις, τὸ μὲν μέλλον, πολύ· τὸ δὲ παρεληλυθὸς, βραχύ· τῇ γὰρ πρώτῃ ἡμέρᾳ, μεμνῆσθαι μὲν οὐδὲν οἴονται, ἐλπίζειν δὲ πάντα· 13. καὶ εὐεξαπάτητοί εἰσι διὰ τὸ εἰρημένον· ἐλπίζουσι γὰρ ῥᾳδίως· 14. καὶ ἀνδρειότεροι· θυμώδεις [b] γὰρ καὶ εὐέλπιδες· ὧν, τὸ μὲν, μὴ φοβεῖσθαι, τὸ δὲ, θαῤῥεῖν ποιεῖ· οὔτε γὰρ ὀργιζόμενος οὐδεὶς φοβεῖται [c]· τό, τε ἐλπίζειν ἀγαθόν τι, θαῤῥαλέον ἐστί· 15. καὶ αἰσχυντηλοί· οὐ γάρ πω καλὰ ἕτερα ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλὰ πεπαίδευνται ὑπὸ τοῦ νόμου μόνον· 16. καὶ μεγαλόψυχοι· οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ βίου οὔπω τεταπείνωνται, ἀλλὰ τῶν ἀναγκαίων [d] ἄπειροί εἰσι· καὶ τὸ ἀξιοῦν αὑτὸν μεγάλων, μεγαλοψυχία [e]· τοῦτο δ', εὐέλπιδος [f]· 17. καὶ μᾶλλον αἱροῦνται πράττειν τὰ καλὰ, τῶν συμφερόντων· τῷ γὰρ ἤθει ζῶσι μᾶλλον, ἢ τῷ λογισμῷ. ἔστι δ', ὁ μὲν λογισμὸς, τοῦ συμφέροντος· ἡ δὲ ἀρετὴ, τοῦ καλοῦ· 18. καὶ φιλόφιλοι, καὶ φιλέταιροι μᾶλλον

a Coniun. ſect. 30. Probl. 1.

b Coniun. 3. Ethic. cap. 11.

c Coniun. ſuprà cap. 3. par. 12.

d Coniun. 4. Ethic. cap. 8.

e Coniun. 4. Ethic. cap. 7.

f Vide ſuprà pa. 12.

excellentia quædam *eſt*. Et ambo hæc (*ſtudioſi honoris ſc. & victoriæ*) magis, quàm ſtudioſi pecuniarum. 9. [c] Studioſi autem pecuniarum non *ſunt*; *nimirùm*, quià *per ætatem* nondùm indigentiam experti ſunt, quemadmodùm Pittaci ſe habet Apothegma in Amphiraum. 10. [4] Et [1] non malitioſi, ſed ſimplices; quià nondùm multa flagitia conſpexerunt. 11. Et [2] creduli, contra Epicharmi præceptum; quià nondùm in multis decepti ſunt. 12. [5] Et [1] bonæ ſpei pleni: Vt enim temulenti; ſic iuuenes ſunt per naturam feruidi: * Simùl verò, etiam quià nondùm multos caſus aduerſos ſenſerint: [2] Et viuunt vt plurimùm ſpe: Nam ſpes futuri eſt; memoria verò præteriti: Iuuenes autem, futuri, multum *habent*, præteriti verò, parùm: Primis enim *vitæ ſuæ* temporibus, *ob breuitatem illam ſe* meminiſſe nihil arbitrantur; ſperare autem omnia, *ob ætatem, quam pollicentur longã*. 13. [f] Et idonei ſunt, qui facilè decipiantur, ob id quod dictum eſt: * Sperant enim facilè. 14. [6] Et fortiores: * Iracundi enim *ſunt*, & * bonæ ſpei pleni; quorum, illud, vt ne metuant; hoc vt confidant, efficit: Neque enim quiſquam, dùm iraſcitur, metuit; & ſperare aliquid boni, afferendæ confidentiæ vim habet. 15. [7] Et verecundi: Nondùm enim honeſta alia exiſtimant, niſi quæ à lege, *& moribus* ſolùm eruditi *didicerunt*. 16. [8] Et magnanimi: [1] Nondùm enim à vita depreſſi ſunt, ſed neceſſitatum, *quibus vita premitur*, experientiam non habent; [2] Et exiſtimare ſe dignum eſſe magnis rebus, magnanimitas *eſt*: Hoc autem, *eſt hominis* bonam ſpem habentis; *qualem, iuuenem eſſe ſuprà docuimus*. 17. [9] Et magis eligunt *res* agere honeſtas, quàm vtiles: Moribus enim *bonis* vitam inſtituunt magis, quàm ratiocinatione: Eſt autem, ratiocinatio, eius quod vtile eſt; virtus verò, *eius* quod honeſtum. 18. [10] Et ſtudioſi amicorum, atque ſodalium magis, quàm

c *Pecuniæ* autem, & rei augendæ *ſtudioſi nullo modo* ſunt; quià non intellexerunt, quàm *dura* ſit *eorũ ſors, quæ diuitibus cogit* eſſe *ſupplices*.

4 Rat. *veritatis*, form. ex Plat. 3. de Rep. [1] Non ſunt illi *interpretes in malam partem*, ſed *fatui*; vt ijs vafri imponant facilè.
2 Verbis *omnium temerè credunt*.

5 Rat. Spei; 1 *Omnia ſibi pollicentur*, Tùm *ob feruorem*, quo nihil non deſignat iuuentus, vt & ebrietas:
* Tùm *quià nondum ſæpè in negotijs* capeſſendis *fruſtrati* ſunt, aut repulſam paſſi.
2 *Spem ſibi* in vitâ propoſitam *habens, omnium actionum ducem*.

f Hinc, etiam *facilè in laqueos inducuntur*.

* Rat. ex par. 12.
6 *Fortitudine adumbratâ* præditi ſunt, quæ *geminam radicem habet*;
* *Iracundiam* ex partic. 7.
* Et *Spem* ex part. 12.

7 *Valdè pudibundi* ſunt; Quià, *cùm verè-turpia neſcientes, nihil niſi in opinione honeſtum putent; ſi quandò contra id peccent, erubeſcunt*.
8 *Elato ſunt animo*: [1] Quià (ex part. 12.) *nondùm eos vita humilitèr ſentire* docuit, neque *rerum neceſſariarum cura, ſpirit' fregit*.
2 Quia, quod magnanimi ſolẽt, *de ſe præclarè ſentiunt*.

9 Propoſitis 2 b°, *dignitatem ſequuntur, vtilitatem repudiant*: Quià *virtuti* (quæ dignitatem ſpectat) inſeruiunt, *non* autem *rationi ſubductæ*, quæ ad vtilitatem vocat.

10 *Officioſi* ſunt, & *amicorum commodis obſequuntur* magis, quàm reliquæ ætates:

Rat. 1. Quià *cum familiarib.* ſimùl *viuere* amant:

2, Ex par. 17: *Neq; enim amicos, vt nec res cæteras, vtilitate probant.*

11 *Peccant in eo, quod nimium,* non, quod parùm: contra Chilonis dictum, μηδὲν ἄγαν.

g Exempl. gr. *Amant vel oderunt nimis*; quod Neptunus in Minerua reprehendit; Euripid. Troad.

h Cauſa huius: Cùm .n. *omnia ſibi nota* eſſe, *nec ſe labi poſſe* credant, hinc fit, vt *nihil timidè, nec* omnia *niſi impendiò* faciant.

12 *Iniurijs ſuis, dignitatem* aliorũ violant *potiùs*, quàm *rei familiari* detrahunt.

13 *Miſericordiâ* facilè *commouentur:*

Quià, ex par. 10; cunctos putant eſſe bonos; quod ſolent miſericordes, cap. 10. par. 9.

14 *Riſum amant:* * Vndè, & *iocis etiam alios*, tanquam contumeliâ facetâ *ludunt:* Iuuenes autẽ contumelioſi fuerunt, par. 20.

quàm cæteræ ætates; [1] quià gaudent *hominum* conuictu, [2] nec dùm quicquam vtilitate metiuntur: Quare ne amicos *quidem*. 19. [11] Et *quæcunque peccant*, in eo quod maius, & vehementius, peccant; contra illud Chilonis *præceptum*: Omnia enim nimis, *& præter modum* agunt: g Nam & amant nimis, & nimio odio habent, & alia omnia ſimilitèr: h *Quippè* qui etiam *ſe ſcire* omnia putant, & confidentèr *rem* aſſeuerant: Hæc enim cauſa eſt, cur etiam omnia nimis, *& præter modum ab illis agantur*. 20. [12] Et iniurias inferunt ad contumeliam, non autem ad malitiam. 21. [13] Et miſericordes *ſunt erga omnes*; quià omnes frugi, & meliores *quàm verè ſunt, eſſe* exiſtimant: Suâ enim ipſorum innocentiâ, cæteros metiuntur: Quare indigna pati exiſtimant ipſos, *qui res patiantur aduerſas*. 22. [14] Et ſtudioſi *ſunt* riſus: * Quamobrem etiam *ſunt* faceti: Nam facetiæ, erudita contumelia ſunt. Ac Iuuenum quidem tales ſunt mores.

τῶν ἄλλων ἡλικιῶν, διὰ τὸ χαίρειν τῷ συζῆν, καὶ μήπω πρὸς τὸ συμφέρον κρίνειν μηδέν· ὥστε μηδὲ τοὺς φίλους· 19. καὶ ἅπαντα ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ σφοδρότερον ἁμαρτάνουσι παρὰ τὸ Χιλώνειον· πάντα γὰρ ἄγαν πράττουσι· φιλοῦσί τε γὰρ ἄγαν, καὶ μισοῦσιν ἄγαν, καὶ τἄλλα πάντα ὁμοίως. οἱ καὶ εἰδέναι πάντα οἴονται, καὶ διϊσχυρίζονται· τοῦτο γὰρ αἴτιόν ἐστι καὶ τοῦ πάντα ἄγαν· 20. καὶ τὰ ἀδικήματα ἀδικοῦσιν εἰς ὕβριν, καὶ οὐ κακουργίαν· 21. καὶ ἐλεητικοί, διὰ τὸ πάντας χρηστοὺς καὶ βελτίους ὑπολαμβάνειν· τῇ γὰρ αὑτῶν ἀκακίᾳ τοὺς πέλας μετροῦσιν· ὥστ' ἀνάξια πάσχειν ὑπολαμβάνουσιν αὐτούς· 22. καὶ φιλογέλωτες· διὸ καὶ εὐτράπελοι. ἡ γὰρ εὐτραπελία πεπαιδευμένη ὕβρις ἐστί. τὸ μὲν οὖν τῶν νέων, τοιοῦτον ἦθός ἐστιν.

De Moribus ſenum. — Cap. XV.

a *Mores ſenum*, magnâ ex parte ſunt *iuuenum morib. contrarij:*

1 Ex eo *quòd ſæpè*, & aliorum fraude, & ſuo errore, *malè egerint:*

b Et *quià in reb.* humanis *nihil* inuenitur *ſynceri:*

c Hinc, *ipſi lenti & gelidi nimis* ſunt *in rebus iudicandis, & enunciandis*; contra illud iuuenum, cap. præc. par. 19.

2 *Maleuoli, ac praui*; contr. par. 10. *In rebus* enim æſtimandis, *ſemper ad deterrimum* feruntur.

a Seniores verò, & qui vigorem *ætatis* amiſerunt, ferè ex ijs quæ his ſunt contraria, pleroſque habent mores: [1] Quià enim multorum annorum vitam duxerunt, & *aliorum culpâ* in pluribus decepti, & *ſuâ imbecillitate* lapſi ſint; b Et *quià* rerum *humanarum* maxima pars vitioſa eſt: c Idcircò, cùm nihil conſtantèr conſtituunt, tùm omnia minùs vehementèr, quàm oportet, & Putant *ſe*: (ſciunt autem nihil;) & controuerſantes *de rebus*, ſemper adiungunt Forſan & Fortaſsè: Atque omnia ſic proferunt, aſſeuerantèr autem nihil. 2. [2] Et ingenij mali ſunt: Eſt enim malum ingenium, omnia in peiorem partem

Οἱ δὲ πρεσβύτεροι καὶ παρηκμακότες, σχεδὸν ἐκ τῶν ἐναντίων τούτοις τὰ πλεῖστα ἔχουσιν ἤθη· διὰ γὰρ τὸ πολλὰ ἔτη βεβιωκέναι, καὶ πλείω ἐξηπατῆσθαι, καὶ ἡμαρτηκέναι· καὶ τὰ πλείω φαῦλα εἶναι τῶν πραγμάτων, οὔτε διαβεβαιοῦνται οὐδέν· ἧττόν τε ἄγαν ἅπαντα, ἢ δεῖ· καὶ οἴονται, ἴσασι δὲ οὐδέν· καὶ ἀμφιγνοοῦντες, προστιθέασιν ἀεὶ τὸ ἴσως καὶ τάχα· καὶ πάντα λέγουσιν οὕτω· παγίως δὲ, οὐδέν· 2. καὶ κακοήθεις εἰσίν· ἔστι γὰρ κακοήθεια, τὸ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν ἅπαντα

[k] Nunc verò *ratione magis generali*, non modò de generib. trib[s], ſed *de quibuſlibet alijs Quæſt. ſuperſunt loci communes*: Ac 1°, de locis *Verorum Enthymematum*, hoc cap. & ſequenti;
2°, De locis *Apparentium*, c. 26.

[l] Tandem etiam *de locis Diſſolutionum* &c. cap. 27.

[m] Quod ad locos *Verorum* Enthymematum *Demonſtratiuorum*;
1° Eſt *A Contrarijs, ſeu Aduerſis*;

[n] Tùm *ad deſtruendum*: Si *contrarium contrario non* ineſt, *nec propoſitum in propoſito*:
[o] Tùm *ad confirmandum*; Si *contrarium contrario ineſt*, etiam *propoſitum in propoſito*:
[p] Exempl. *ex genere Delib. ad confirmand.*, 1m,
2m, Ex Alcidamantis orat. ad Meſſenios,

[q] Exemplum *ex gen. Judiciali ad deſtruend.* ex aliquo poëtâ.

mema autem, ad Demonſtrandum quidem valens, *nihil aliud* eſt, *quàm* ex *quibuſdam* confeſſis concluſionem colligere; [e] ad Refutandum verò, eſt *ea* quę *ab aduerſario* confeſſa non *ſunt*, *cogendo* concludere. 3. [f] Ac ferè quidem de generibus ſingulis, quæ *oratori* accommodata *ſunt* & neceſſaria, parati ſunt loci: [g] Selectæ enim de vnoquoque *genere* ſunt propoſitiones *propriæ*: [h] Quare ex Quibus oporteat locis Enthymemata ducere, de bono vel malo; aut de honeſto vel turpi; aut de iuſto vel iniuſto: [i] Itèm de moribus, & affectibus, & habitibus, eodem modo aſſumpti anteà, præſtò nobis ſunt loci. ¶ 4. [k] Prætereà verò, etiam alio modo vniuerſales de omnibus, *& communes* aſſumamus, ac dicamus *locos*; [l] Adnotantes & Qui *ex illis* ad Refutandum, & Qui ad Demonſtrandum valeant: [a] Itèm *locos eorum* enthymematum, quæ Apparent *eſſe*, non tamen *reuerâ* ſunt Enthymemata; quoniam ne ſyllogiſmi quidem *ſunt*. 5. [l] Cùm autem demonſtrata hæc fuerint, *ad extremum* de Solutionibus, & Obiectionibus præcipiemus, Vndè *eas* oporteat contra Enthymemata *aduerſariorum* ducere. ¶ 6. [m] Illorum autem *Enthymematum*, quæ ad demonſtrandum valent, [l] vnus quidem locus, ex contrarijs *ſumitur*: Oportet enim videre, an contrario contrarium inſit, *an non inſit*; [n] Deſtruentem quidem, *ſeu Negatiuè probantem*; ſi non inſit; [o] Confirmantem verò, ſi inſit: [p] Veluti, [1] "Quòd temperantèr agere, 'bonum *eſt*: Intemperantèr enim a'gere, *eſt* perniciosum: [a] Aut quemadmodùm in Meſſeniaca *oratione*; "Si enim bellum cauſa *eſt* præſentiũ 'malorũ, *præſentem rerum ſtatum* cum 'pace emendare oportet:

[q] "*Si enim non ijs* quidem, *qui malè egerunt*.
"*Inuiti*, *æquum* eſt *iraſci*;
"*Neq; etiam, ſi coactus quis cuiquam benefecerit*,

δὲ, τὸ μὲν δεικτικὸν ἐνθύμημα, τὸ ἐξ ὁμολογουμένων συνάγειν· τὸ δὲ ἐλεγκτικὸν, τὸ τὰ ἀνομολογούμενα συνάγειν. 3. σχεδὸν μὲν οὖν ἡμῖν περὶ ἑκάστων τῶν εἰδῶν τῶν χρησίμων καὶ ἀναγκαίων ἔχονται οἱ τόποι· ἐξειλεγμέναι γὰρ αἱ προτάσεις περὶ ἕκαστόν εἰσιν. ὥστ' ἐξ ὧν δεῖ φέρειν τὰ ἐνθυμήματα τόπων, περὶ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ [a], ἢ καλοῦ ἢ αἰσχροῦ [b], ἢ δικαίου ἢ ἀδίκου [c]· καὶ περὶ τῶν ἠθῶν [d] καὶ παθημάτων [e], καὶ ἕξεων [f] ὡσαύτως εἰλημμένοι ἡμῖν ὑπάρχουσι πρότερον οἱ τόποι. ¶ 4. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλον τρόπον καθόλου περὶ ἁπάντων λάβωμεν, καὶ λέγωμεν, παρασημαινόμενοι τοὺς ἐλεγκτικοὺς καὶ τοὺς ἀποδεικτικοὺς, καὶ τοὺς τῶν φαινομένων ἐνθυμημάτων, οὐκ ὄντων δὲ ἐνθυμημάτων, ἐπείπερ οὐδὲ συλλογισμῶν· 5. δηλωθέντων δὲ τούτων, περὶ τῶν λύσεων καὶ ἐνστάσεων διορίσωμεν, πόθεν δεῖ πρὸς τὰ ἐνθυμήματα φέρειν. ¶ 6. Ἔστι δὲ, εἷς μὲν τόπος τῶν δεικτικῶν, ἐκ τῶν ἐναντίων [g]· δεῖ γὰρ σκοπεῖν εἰ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον ὑπάρχει· ἀναιροῦντα μὲν, εἰ μὴ ὑπάρχει· κατασκευάζοντα δὲ, εἰ ὑπάρχει· οἷον, "ὅτι τὸ σωφρονεῖν, ἀγαθόν· 'τὸ γὰρ ἀκολασταίνειν, βλαβερόν. ἢ ὡς ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ· "εἰ γὰρ ὁ πόλεμος αἴτιος τῶν παρόντων κακῶν, 'μετὰ τῆς εἰρήνης δεῖ ἐπανορθώσασθαι.

"Εἴπερ γὰρ οὐδὲ τοῖς κακῶς δεδρακόσιν
"Ἀκουσίως, δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν·
"Οὐδ' ἂν ἀναγκασθείς τις εὖ δράσῃ τινά,

Προσῆκόν

[a] Lib. 1. cap. 6.
[b] Ib c. 9.
[c] Ib. c. 10.
[d] Lib. 2. c. 1.
[e] Ib ca. 2. & ſequ.
[f] Ib. c. 14.

[g] Coniun. Top. 2. ca. 6. pa. 1.

"Προσῆκόν ἐστι τῷ δ' ὀφείλεσθαι χάριν.
"Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἐν βροτοῖς ψευδηγορεῖν
"Πιθανὸν, νομίζειν χρή γε καὶ τοὐναντίον,
"Ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνειν βροτοῖς.

7. ἄλλος ἐκ τῶν ὁμοίων πτώσεων [h] · ὁμοίως γὰρ δεῖ ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν · οἷον, "ὅτι τὸ δίκαιον οὐ πᾶν ἀγαθόν · καὶ γὰρ ἂν τὸ δικαίως · νῦν δ' οὐχ αἱρετὸν δικαίως ἀποθανεῖν · 8. ἄλλος ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα [i]. "εἰ γὰρ θατέρῳ ὑπάρχει τὸ καλῶς ἢ τὸ δικαίως ποιῆσαι, θατέρῳ τὸ πεπονθέναι. καὶ "εἰ κελεῦσαι, καὶ τὸ πεποιηκέναι · οἷον, ὡς ὁ τελώνης Διομέδων περὶ τῶν τελῶν. "εἰ γὰρ μηδ' ὑμῖν αἰσχρὸν τὸ πωλεῖν, οὐδὲ ἡμῖν τὸ ὠνεῖσθαι · 9. καὶ "εἰ τῷ πεπονθότι τὸ καλῶς ἢ δικαίως ὑπάρχει, καὶ τῷ ποιήσαντι · καὶ εἰ τῷ ποιήσαντι, καὶ τῷ πεπονθότι · 10. ἔστι δ' ἐν τούτῳ παραλογίσασθαι · "εἰ γὰρ δικαίως ἀπέθανε, δικαίως πέπονθεν · ἀλλ' ἴσως οὐχ ὑπὸ σοῦ. διὸ δεῖ σκοπεῖν χωρὶς, "εἰ ἄξιος ὁ παθὼν παθεῖν, καὶ ὁ ποιήσας ποιῆσαι · εἶτα χρῆσθαι, ὁποτέρως ἁρμόττει · 11. ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτο, καὶ οὐδὲν κωλύει · ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τῷ Θεοδέκτου,

"Μητέρα δὲ τὴν σὴν οὔτις ἐσύγει βροτῶν; φησὶ δὲ ἀποκρινόμενος,
"Ἀλλὰ διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν. ἐρομένης δὲ τῆς Ἀλφεσιβοίας, "πῶς ·

h Coniun. Top. 2. c. 9. par. 1.

i Coniun. Top. 2 c. 8. par. 4.

"*Conſentaneum eſt, illi deberi gratiam:*
"*At ſi falſum dicere, eſt inter mortales*
"[r] *Appoſitum ad perſuadendum; exiſtimare oportet etiam contrarium;*
"*Multa quæ ſunt vera, mortalibus accidere incredibilia.*

7. [s] Alius, ex ſimilibus caſibus: Similitèr enim *ſimiles caſus eidem, vel idem ſimilibus caſibus* oportet ineſſe, aut non ineſſe: [f] Velut, "Quòd non omne iuſtum, *ſit* bonum. Sic enim quod iuſtè *fit, etiam bonum eſſet:* Iam verò non eligendum *eſt*, iuſtè mori. 8. [3] Alius, ex ijs, quæ inter ſe *conferuntur*, ſeu Relatis: [t] Velut, [1] "Si enim alteri ineſt, vt honeſtè & iuſtè fecerit, alteri *etiam inerit*, vt *honeſtè & iuſte* paſſus ſit: [2] Et, "ſi imperare, *eſt honeſtū*, etiam & *imperata* facere; ſicut Publicanus Diomedon de vectigalibus *dixit*; "Si enim non vobis, *ô ciues*, turpe *ſit*, vendere *vectigalia*; ne nobis quidem *publicanis*, emere. 9. [u] Et, "ſi *ei* qui paſſus eſt, *hoc* ineſt, vt honeſtè, & *iuſtè paſſus ſit*; etiam ei qui fecit, *inerit, vt honeſtè & iuſtè fecerit*; Et ſi ei qui fecit, etiam ei qui paſſus eſt. 10. [x] Contingit verò in hoc *exemplo* captionem facere: "Si enim *hic homo* iuſtè mortuus eſt, etiam iuſtè paſſus, *ſeu cæſus* eſt; verùm fortaſsè non à te. [y] Quamobrem oportet *oratorem* conſyderare ſeparatìm, "An qui paſſus eſt, dignus fuerit, qui pateretur; & qui fecit, *dignus fuerit*, qui faceret; deindè *his* vti, in vtram partem *tuæ cauſæ* conuenerit. 11. [z] Nonnunquam enim diſſentanea eſt huiuſmodi *ratio*, & nihil prohibet, *ſic dicere*; [a] vt in Alcmæone Theodectis,

"*Matrem verò tuam*, quam interfeciſti, *nemo odit mortalium?* Affirmat verò reſpondens *Alcmæon*,

"[b] *Sed diſtinctè* hac de re *conſyderare par eſt.* Quærente verò Alpheſibœa; "Quomodò *diſtinxerunt*,

r Exempl. *Quæſt. infinitæ*, ad confirmand.

2° Loc. *A Similib. caſibus, & Coniugatis*: Si *Caſuum vnus inſit*, inerit & *alter*: &, Si *hoc vni caſuum* inſit, inerit *etiam alteri*.

f Exempl. *in gen. deliberat.*

3° Loc. *A Relatis*, tenet

t Et *Directè*; cuius exempl. 1, tàm *in Iudiciali*, quàm *in Demonſtratiuo* genere.

2m, *In gen. Demonſtratiuo*, cui ſubijcitur aliud exemplum ſpeciale.

u Et *Reciprocè*: Hæc enim, *quæ ſub eandem rationem cadunt*, conuertuntur inter ſe, & retrocomeant:

Exempl. *in Iudiciali & demonſtrat.* genere.

x In *his* agentium & patientiū *exemplis*, *fallax interdùm eſt hic locus*, ità vt eius ope decipere aduerſariū, & decipi poſſis: ex gr. Poteſt quis *eſſe iure cæſus*, *non ſequitur tamen tuas fuiſſe partes*, *eundem occidere*, &c.

y Ad fallaciam igitur euitandā, *ſeorsìm ambas partes ſpectare oportet*, & ſubindè id affirmare, quod res tua poſtulat.

z Rat. præcepti; *Interdùm .n. hæc duo ſimùl non manent*, ſed *alterutra pars falſa* eſt:

a (Ex. gr., Nemo *non morte dignam* putabat *matrem Alcmaonis*, quæ *viri* ſui *ſalutem prodiderat*;

b *Iudicum tamen ſententiā cōdemnatus* eſt *Alcmæon*, quòd *illam interfecerit*: Diſtinxerunt enim illi perſonas, ſeorsímque

quid de vtrâque dici poſſet, oſtenderunt: *Hanc ſc. morte dignam fuiſſe, ſed filium qui interficeret, nullo modo dignum)*

[c] *Interdùm tamen hæc duo ſimùl ſtant*; Ex. gr.
1°, *In Quæſtione de Nicanore caſo*; *Sententiam tulerunt* Iudices; *iuſtè cæſum eſſe*; *quia* priùs *abſoluti* eſſent, *qui eum interfecerant*:
2°, *In Quæſt. de Euphrone Thebis occiſo*; *Reus* cædis *ſuaſit iudicibus*, viderent, *an Euphron* ille *cæde dignus foret*, &c. Auctor Xenophon lib. 7. de bellis Græc.

4° Loc. *A Comparatù*, 3[x]; [1] *A magis veriſimili, qui à negatione antecedentis*, i. magis veriſimilis, *colligit negationem conſequentis*, i. minùs veriſimilis.

[2] *A minùs veriſimili; qui à poſitione conſequentis*, i. minùs veriſimilis, *colligit poſitionem antecedentis*, i. magis veriſimilis.

[3] *A Pari, ſeu Pariter veriſimili.*

[d] Exempl. *mixtum ex deliberatione & demonſtratiuo genere*: Par erat miſeria patrum, Theſtij ſc. qui filios amiſit, Toxeum, atque Plexippum; & Oenei, qui Meleagrum.

[e] Exempl. *ex genere Iudic.*
1m, Par facinus Theſei & Paridis, qui diuerſis temporib. Helenam rapuêre:
2m, Par factū Caſtoris & Pollūcis, qui Leucippi filias; ac Paridis, qui Helenam.

[f] Exempl. *ex genere Demonſtrat.*
1m, Par gloria Hectoris, qui Patroclū interfecit, & Paridis qui Achillem:
2m, Artifices & Philoſophi æquè cenſendi ſunt non mali:
3m, Par ratio eſt imperatorū & Sophiſtarum.

[g] Exemp. *ex genere Delib.* Tam

dùm te capite condemnarent? Aſſumens dixit,

" *Rectè quidem* hanc *cæſam eſſe, iudicârunt; verùm non* rectè, *quòd ego* filius *interfecerim.*

12. [c] Et, velut [1] *illud* iudicium de Demoſthene, & ijs qui interfecerunt Nicanorem: " Quoniam enim iuſtè iudicati ſunt necâſſe, iuſtè *is* viſus eſt necatus: [2] Et de *Euphrone*, qui Thebis occiſus eſt, de quo *vnus ex Reis* auctor *iudicibus* fuit, vt iudicarent, ' Nùm dignus eſſet *is*, qui moreretur; ' Quaſi non iniuſtum eſſet, interficere eum, qui mori dignus fuiſſet.

13. [4] Alius, ex [1] magis & minùs *veriſimili*; velut, " Si nè Dij quidem omnia ſciunt, multò minùs homines. Huius enim *dicti ratio, eſt hæc*; Si cui magis ineſſe *deberet*, non ineſt, profectò neque cui minùs. 14. [2] Illud autem *dictum*, " Propinquos verberat, ' qui etiam patrem verberârit; ex eo *loco pendet*; Si, quod minùs *ſit veriſimile*, ineſt; etiam quod magis, ineſt. *Hic locus, inquam, valet* in vtramque partem, ſiuè demonſtrare oporteat ineſſe, ſiuè non. 15. [3] Præterea, ſi neque magis, neque minùs *ineſt, vel non ineſt; neceſſe eſt æquè ineſſe, vel non ineſſe*; [d] vndè dictum eſt,

" *Et tuus quidem pater*, Theſtius, *miſerandus* eſt, *cùm filios amiſerit*, à Meleagro occiſos?
" *Oeneus autem minimè*, *cùm* totius *Græciæ amiſerit*
" *Inclytam prolem* Meleagrum?

[e] Et, quòd [1] " Si non fecit Theſeus ' iniuſtè, *cùm Helenam raperet*, ne Alexander quidem: [2] Et, " Si non Tyndaridæ *iniquè fecerint, qui duas Leucippi filias rapuerunt*; neque Alexander, *qui Helenam*. [f] Et, [1] " Si Patroclum Hector *glorioſè interfecit*; & " Achillem *etiam* Alexander: [2] Et, " Si non alij artifices praui, neque etiam Philoſophi: [3] Et, " Si *belli* duces non *ideò* praui, quòd vincuntur ſæpè; neque *etiam* Sophiſtæ. [g] Et, " Si oportet priuatum *homi-*

ὑπολαβὼν φησὶ,

" Τὴν μὲν θανεῖν ἔκριναν,
ἐμὲ δὲ μὴ κτανεῖν.

12. καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα· " ἐπεὶ γὰρ δικαίως ἐκρίθησαν ἀποκτεῖναι, δικαίως ἔδοξεν ἀποθανεῖν. καὶ περὶ τοῦ Θήβησιν ἀποθανόντος, περὶ οὗ ἐκέλευε κρῖναι, " εἰ δίκαιος ἦν ἀποθανεῖν, ὡς οὐκ ἄδικον ὂν ἀποκτεῖναι τὸν δικαίως ἀποθανόντα· 13. ἄλλος ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον [k]· οἷον, " εἰ μηδ' οἱ θεοὶ πάντα ἴσασι, σχολῇ οἵγε ἄνθρωποι· τοῦτο γάρ ἐστιν, εἰ ᾧ μᾶλλον ἂν ὑπάρχοι, μὴ ὑπάρχει, δῆλον ὅτι οὐδ' ᾧ ἧττον· 14. τὸ δ', " ὅτι τοὺς πλησίον τύπτει, ὅς γε καὶ τὸν πατέρα τύπτει, ἐκ τοῦ, εἰ τὸ ἧττον ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει· καθ' ὁπότερον ἂν δέῃ δεῖξαι, εἴθ' ὅτι ὑπάρχει, εἴθ' ὅτι οὔ· 15. ἔτι, εἰ μήτε μᾶλλον, μήτε ἧττον [l]· ὅθεν εἴρηται,

" Καὶ σὸς μὲν οἰκτρὸς παῖδας ἀπολέσας πατήρ·
" Οἰνεὺς δ' ἄρ' οὐχὶ, τὸν Ἑλλάδος ἀπολέσας
" Κλεινὸν γόνον;

καὶ ὅτι, " εἰ μηδὲ Θησεὺς ἠδίκησεν, οὐδ' Ἀλέξανδρος. καὶ, " εἰ μὴ οἱ Τυνδαρίδαι, οὐδ' Ἀλέξανδρος. καὶ, " εἰ Πάτροκλον Ἕκτωρ, καὶ Ἀχιλλέα Ἀλέξανδρος. καὶ, " εἰ μηδ' οἱ ἄλλοι τεχνῖται φαῦλοι, οὐδ' οἱ φιλόσοφοι. καὶ, " εἰ μηδ' οἱ στρατηγοὶ φαῦλοι, ὅτι ἡττῶνται πολλάκις, οὐδ' οἱ σοφισταί. καὶ, " ὅτι εἰ δεῖ τὸν ἰδιώτην τῆς

[k] Coniun. Top. 2. ca. 10. pa. 2.

[l] Coniun. Top. 2. ca. 10. par. 7. 8. 9. & 10.

m Cenium. 2. Top. ca. 4 pa. 6.

'τῆς ὑμετέρας δόξης ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ὑμᾶς τῆς τῶν Ἑλλήνων. 16. ἄλλος, ἐκ τοῦ τὸν χρόνον σκοπεῖν [m]. οἷον, ὡς Ἰφικράτης ἐν τῷ πρὸς Ἁρμόδιον, ὅτι '' εἰ πρὶν ποιῆσαι ἠξίουν 'τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν 'ποιήσω, ἔδοτε ἄν· ποιή'σαντι δ', ἆρ' οὐ δώσετε; 'μὴ τοίνυν μέλλοντες μὲν, 'ὑπισχνεῖσθε· παθόντες δ', 'ἀφαιρεῖσθε. καὶ πάλιν πρὸς τὸ Θηβαίους Φίλιππον διϊέναι εἰς τὴν Ἀττικὴν, ὅτι, '' εἰ πρὶν βοηθῆσαι εἰς Φω'κεῖς ἠξίου, ὑπέσχοντο ἄν· 'ἄτοπον οὖν εἰ διότι προεῖ'το καὶ ἐπίστευσε, μὴ διή'σουσι. 17. ἄλλος ἐκ τῶν εἰρημένων καθ' αὑτοὺς πρὸς τὸν εἰπόντα· διαφέρει δὲ ὁ τρόπος, οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ, ᾧ ἐχρήσατο Ἰφικράτης πρὸς Ἀριστοφῶντα, ἐπερόμενος, '' εἰ προδοίη ἂν τὰς ναῦς 'ἐπὶ χρήμασιν· οὐ φάσκοντος δὲ, εἶτα εἶπε, '' σὺ μὲν ''Ἀριστοφῶν ὢν οὐ προδοίης, 'ἐγὼ δ' ὢν Ἰφικράτης; 18. δεῖ δ' ὑπάρχειν μᾶλλον ἂν δοκοῦντα ἀδικῆσαι ἐκεῖνον· εἰ δὲ μὴ, γελοῖον ἂν φανείη, εἰ πρὸς Ἀριστείδην κατηγοροῦντα, τοῦτό τις ἂν εἴποι, ἀλλὰ πρὸς ἀπιστίαν τοῦ κατηγόρου· ὅλως γὰρ βούλεται ὁ κατηγορῶν, βελτίων εἶναι τοῦ φεύγοντος· τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν ἀεί. καθόλου δ' ἄτοπος οὗτός ἐστιν, ὅταν τις ἐπιτιμᾷ ἄλλοις, ἃ αὐτὸς ποιεῖ, ἢ ποιήσειεν ἄν· ἢ προτρέπει ποιεῖν ἃ αὐτὸς μὴ ποιεῖ μηδὲ ποιήσειεν ἄν. 19. ἄλλος ἐξ ὁρισμοῦ [n]· οἷον, ὅτι, '' τὸ δαιμό'νιον οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἢ θεὸς, 'ἢ θεοῦ ἔργον. καίτοι ὅστις 'οἴεται θεοῦ ἔργον εἶναι, τοῦτον

n Cenium. 2. Top. ca. 2. pa. 3.

'*nem* veſtræ gloriæ curam habere; & 'vos *etiam omnium* Græcorum. 16. [5] Alius *locus*, in tempus intueri: [h] velut, Iphicrates in *oratione* contra Harmodium *dixit*; '' Si priuſquàm 'facerem, poſtulâſſem, vt ſtatuâ *à vo*'*bis* donarer; ſi feciſſem, *mihi* con'cederetis; cùm fecerim verò, non 'concedetis? Ne igitur *beneficium* 'expectantes, *præmia* promittatis; '*beneficio* autem accepto, *promiſſa* de'negetis: [i] Et rursùs ad hoc *ſuadendum*; debere Thebanos *permittere*, vt Philippus *per agrum eorum cum exercitu* tranſeat in Atticam; *ab Oratore dictũ eſt*; quòd, '' Si, priuſquàm *ÿs* opem 'ferret in Phocenſes, *hoc* poſtulâſſet, '*ipſi* polliciti fuiſſent: Abſurdum igi'tur *eſt*, ſi quià *tùm poſtulare* neglexit, '& *ÿs* credidit, *tranſire iam* non per'miſerint. 17. [6] Alius, ex dictis ſecundùm ipſos, aduersùs *eum*, qui dixit: Eminet autem *hic* modus; [k] velut, *illud* in *Tragœdia* Teucro; quo vſus *etiam* eſt Iphicrates contra Ariſtophontẽ; quùm quæreret; '' Num 'proditurus eſſet claſſem ob pecuni'as? *iſque* id negaret; '' Ergo tu qui 'es Ariſtophon non proderes; ego 'verò *eam proderem*, qui ſum Iphicrates? 18. [l] Oportet autem *eum, aduersùs quem dicitur*, magis videri nobis *talem*, qui ſit iniuſtè facturus, *quàm eum qui contradicit*: [m] Alioquì ridiculum apparebit, ſi aduersùs Ariſtidem accuſantem id quiſquam diceret: *Sed id conuenit dicere* in Accuſatorem, cui non creditur: Omninò enim Accuſator videri debet melior Reo: [n] Hoc igitur ſempèr, *eũ qui contradicit*, coarguere oportet: [o] In vniuerſum autem, abſurdus iſte *ſermo eſt*, quandò aliquis [p] obiurgat alios in ijs, quæ ipſemet faciat, aut faceret, *ſi occaſionem nactus eſſet*; [q] vel ſuadet facere *ea*, quæ ipſe non facit, nec *impelli poſſit*, vt faciat. 19. [7] Alius, ex Definitione; veluti, '' Dæmonium nihil eſt, niſi aut 'Deus, aut Dei opus: Atqui quicun'que arbitratur Dei opus eſſe, cum

priuati, quàm qui magiſtratum gerunt, alteri æquè alteros curare debent.

5* Loc. *Ab inſpectione temporũ*; *An indè eruere quid* poſſis, *quod cauſam* tuam *adiuuet*, &c.

h Exempl. *in gen. demonſtr.* ex orat. Iphicratis ducis, cùm tyrannicîda eſſet, de ſtatuâ ipſi donandâ.

i Exempl. *in genere Iudic. & Delib.*; De permittendo Philippo, vt in Atticam tranſeat armatus.

6* *Ex ÿs quæ Congruentèr ipſorum moribus vitæq; dicta ſunt, contra eum qui anteà dixit.* Iſtius loci vis maxima.

k Exempl. eſt, dictum Iphicratis contra accuſatorem Ariſtophontem, deſumptum ex Tragœdiâ Teucro.

l Precept. *Ne locus hic ſit ſophiſticus, illud ſeruandum; haberi eum qui prior dixit, improbiorem, quàm qui replicat.*

m *Sin minùs, ſilere ſatius* foret; vtpotè, quàm *viro ſanctiſſimo cõtradicere*, putà Ariſtidi; *præſertìm Actoris partes agenti*; (ſiquidem Actor, æquũ eſt, vt probior ſit eo quem accuſat.)

n Proin, quò rectè hoc loco vtare, *eleuenda erit æſtimatio eius, qui prior dixit.*

o Omninò, *Impudens & abſurdorum morum eſt is*, qui p vel *Iudicio perſequitur quenquam, ſeipſo integriorem*, caſtigátq; verbis ob ea, quæ ipſe facit, &c.

q Vel in conſultando *impellit ad id, quod ipſe non faceret*, &c.

7* *A definitione*: v. g. *In gen. Iudic.* apud Platon. in Apolog. Socratis, definitio eſt Dæmonij ad declarandam eius innocentiam.

[r] In gen. delib. ex Iphicratis orat. de ſtatua ipſi donandâ; (cõtra Harmodium, qui ſe ab Harmodio tyrannicidâ oriundum prædicabat:) Definitio,
Vna eſt, Generoſi, τῦ γἐνναίου.
[s] Altera Propinqui, τῦ συγγενοῦς.

[t] In gen. demonſtrat. ex oratione de vita Paridis; definitio eſt intemperantis, τῦ μὴ κοσμίου.

[u] In Quæſt. infinitâ, Definitio eſt contumeliæ in beneficijs accipiendis, à Socrate vſurpata, &c.

[x] Prob. exemplorum poſitorũ.

8°, Ab eo quod multipliciter dicitur, ſeu à diſtinctione vocũ ambigua.

9°, A ſufficienti diuiſione, ſeu partitione; cuius modus vnicus, eſt deſtructiuus, à Remotione partiũ, vt in exemplo, quod hîc proponitur.

10°, Ab Inductione multarum rerum; vndè colligitur vniuerſale aliquod:
[y] Exemp. 1m, eſt Inductionis, quæ fit ab exemplis ſimilibus, quib. probatur vniuerſale; quòd de liberis, vbique matres, verum diſcernant.

2m, Eſt Inductionis, quæ fit ex particularib. ſimilibus, quib. probatur particulare;

'neceſſe eſt, exiſtimare etiam Deos 'eſſe. [r] Et, vt Iphicrates dixit, "Maximè Generoſum eſſe eum, qui optimus ſit: Etenim Harmodio, & Ariſtogitoni nihil priùs generoſi inerat, quàm generoſi aliquid egiſſent: [s] Et oſtendit, "ſe illis propinquiorem 'eſſe, quàm aduerſarium Harmodium: 'Nam certè (inquit) opera propinquiora ſunt mea operibus Harmodij, & Ariſtogitonis, quàm tua. [t] Et, vt in Alexandro; "Quòd omnes confeſſuri ſint, intemperantes, 'non vnius fœminæ corpore contentos eſſe ad delectationem: [u] Et illud, Quamobrem Socrates negauit ire ad Archelaum Macedoniæ Regem; "Contumeliam enim eſſe dixit, non poſſe 'compenſare eum, qui accepit beneficium, perindè ac eũ qui maleficium: [x] Omnes enim hi, definitionem priùs adhibentes, & aſſumentes, Quid ſit res, ſyllogiſmo concludunt ea, de quibus dicunt. 20. [8] Alius, ex Quotuplicitèr dictum ſit; velut in Topicis, putà de eo quod rectè fit; quot modis Rectè aliquid fieri dicatur. 21. [9] Alius, ex Diuiſione; veluti, "Si omnes trium rerum gratiâ iniuriam faciunt; 'nempè aut huius, ſc. vtilitatis gratiâ; aut huius, ſc. voluptatis; aut huius, i. quod irati fuerint; Propter 'duas quidem, fatere non potuit, 'propter tertiam verò, ne ipſi quidem Accuſatores feciſſe dicunt. 22. [10] Alius, ex Inductione; velut, illud ex Peparethia ſumptum; "Quòd 'mulierum iudicium de liberis, cùm 'ambigatur, ex quo patre ſint orti, verum ratumque vbiquè ſit: Hoc enim 'Athenis accidit; Nam Mantiæ Oratori cum filio, quem ignorabat, controuerſanti, mater indicauit cuius 'eſſet filius: Hoc itèm euênit Thebis; 'Iſmeniâ, & Stilbone controuerſantibus, Dodonis mulier demonſtrauit 'Iſmeniæ filium; & ob id Theſſaliſcum Iſmeniæ poſteà adiudicârunt. 23. Et [z] rurſùs, ex lege Theodectis; 'Quòd ijs, qui malè curârunt alienos

'ἀνάγκη οἴεσθαι καὶ θεοὺς εἶναι· καὶ ὡς ὁ Ἰφικράτης, "ὅτι 'γενναιότατος ὁ βέλτιστος· 'καὶ γὰρ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι οὐδὲν πρότερον ὑπῆρχε γενναῖον, πρὶν γενναῖόν τι πρᾶξαι. καὶ "ὅτι συγγενέστερος αὐτός. τὰ γοῦν 'ἔργα συγγενέστερά ἐστι τὰ 'ἐμὰ τοῖς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, ἢ τὰ σά. καὶ ὡς 'ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, "ὅτι 'πάντες ἂν ὁμολογήσειαν 'τοὺς μὴ κοσμίους οὐχ ἑνὸς 'σώματος ἀγαπᾶν ἀπόλαυ'σιν· καὶ διὸ Σωκράτης οὐκ ἔφη βαδίζειν ὡς Ἀρχέλαον· "ὕβριν γὰρ ἔφη εἶναι, 'τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνασθαι 'ὁμοίως εὖ παθόντα, ὥσπερ 'καὶ κακῶς· πάντες γὰρ οὗτοι ὁρισάμενοι, καὶ λαβόντες τὸ τί ἐστι, συλλογίζονται περὶ ὧν λέγουσιν· 20. ἄλλος ἐκ τοῦ ποσαχῶς [o], οἷον ἐν τοῖς τοπικοῖς, περὶ τοῦ ὀρθῶς· 21. ἄλλος ἐκ διαιρέσεως [p]· οἷον, "εἰ πάντες τριῶν ἕνεκεν ἀδικοῦσι [q]· ἢ τοῦδε γὰρ 'ἕνεκα, ἢ τοῦδε, ἢ τοῦδε· 'καὶ διὰ μὲν τὰ δύο, ἀδύνατον· διὰ δὲ τὸ τρίτον, οὐδ' αὐτοί φασιν· 22. ἄλλος ἐξ ἐπαγωγῆς [r]· οἷον, ἐκ τῆς Πεπαρηθίας, "ὅτι 'περὶ τῶν τέκνων αἱ γυναῖκες πανταχοῦ διορίζουσι τἀληθές. τοῦτο μὲν γὰρ Ἀθήνη'σι, Μαντίᾳ τῷ ῥήτορι ἀμφισβητοῦντι πρὸς τὸν υἱόν, 'ἡ μήτηρ ἀπέφηνε· τοῦτο 'δὲ Θήβησιν Ἰσμηνίου καὶ 'Στίλβωνος ἀμφισβητούντων, ἡ Δωδωνὶς ἀπέδειξεν 'Ἰσμηνίου τὸν υἱόν· καὶ 'διὰ τοῦτο Θετταλίσκον Ἰσμηνίου ἐνόμιζον. 23 καὶ πάλιν ἐκ [illegible] νόμου τοῦ Θεοδέκτου, "εἰ τοῖς κακῶς 'ἐπιμεληθεῖσι τῶν ἀλλοτρίων ἵππων,

[o] Coniun. 2. Top. c. 3. per totum.
[p] Coniun. 3. Top. ca. 6. pa. 13. & 2. Top. ca. 2. p. 2.
[q] Vid l 1, c. 10. pa. 7. & ſequ.
[r] Coniun. 8. Top ca. 2. à par. 1. ad 8.

ἵππων, οὐ παραδιδόασι τοὺς οἰκείους, οὐδὲ τοῖς ἀνατρέψασι τὰς ἀλλοτρίας ναῦς· οὐκοῦν εἰ ὁμοίως ἐφ' ἁπάντων, καὶ τοῖς κακῶς φυλάξασι τὴν ἀλλοτρίαν, οὐ χρηστέον ἐστὶν εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν. 24. καὶ ὡς Ἀλκιδάμας, “ὅτι πάντες τοὺς σοφοὺς τιμῶσι· Πάριοι γοῦν Ἀρχίλοχον, καίπερ βλάσφημον ὄντα, τετιμήκασι· καὶ Χῖοι, Ὅμηρον, οὐκ ὄντα πολίτην· καὶ Μιτυληναῖοι, Σαπφὼ, καίπερ οὖσαν γυναῖκα· καὶ Λακεδαιμόνιοι, Χίλωνα τῶν γερόντων ἐποίησαν, ἥκιστα φιλόλογοι ὄντες· καὶ Ἰταλιῶται, Πυθαγόραν· καὶ Λαμψακηνοὶ, Ἀναξαγόραν ξένον ὄντα ἔθαψαν, καὶ τιμῶσιν ἔτι καὶ νῦν· καὶ “Ἀθηναῖοι τοῖς Σόλωνος χρησάμενοι νόμοις, εὐδαιμόνησαν· καὶ Λακεδαιμόνιοι, τοῖς Λυκούργου· καὶ Θήβησιν ἅμα οἱ προστάται φιλόσοφοι ἐγένοντο, καὶ εὐδαιμόνησεν ἡ πόλις· 25. ἄλλος ἐκ κρίσεως περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ὁμοίου, ἢ ἐναντίου· 26. μάλιστα μὲν, εἰ πάντες καὶ ἀεί· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' οἵ γε πλεῖστοι, ἢ σοφοὶ, ἢ πάντες, ἢ οἱ πλεῖστοι, ἢ ἀγαθοί· ἢ εἰ αὐτοὶ οἱ κρίνοντες, ἢ οὓς ἀποδέχονται οἱ κρίνοντες, ἢ οἷς μὴ οἷόν τε ἐναντίον κρίνειν· οἷον τοῖς κυρίοις· ἢ οἷς μὴ καλὸν τὰ ἐναντία κρίνειν· οἷον θεοῖς, ἢ πατρὶ, ἢ διδασκάλοις· 27. ὥσπερ τὸ εἰς Μιξιδημίδην εἶπεν Αὐτοκλῆς· “εἰ ταῖς μὲν σεμναῖς θεαῖς καλῶς εἶχεν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δοῦναι δίκην, Μιξιδημίδῃ δ' οὔ; ἢ ὥσπερ Σαπφὼ, “ὅτι τὸ ἀποθνήσκειν κακόν· οἱ θεοὶ γὰρ οὕτω κεκρίκασιν· ἀπέθνησκον γὰρ ἄν· ἢ ὡς Ἀρίστιππος πρὸς Πλάτωνα

equos, non committunt ſuos; Neque ijs qui euerterunt alienas naues: Igitur ſi ſimilitèr in omnibus *ſe habet*, neque ijs *ſanè* qui malè cuſtodiuerunt alienam, vtendum eſt ad propriam ſalutem *tuendam*. 24. [3] Et *illud*, quo Alcidamas *vſus eſt*; “Quòd omnes *homines* honorant ſapientes: Nam certè Archilochum Parij *ciues ſui*, quamuis *conſuetudine* maledicus eſſet, honorârunt: Et Chij, Homerum, qui non erat ciuis: Et Mitylenæi, Sapphonem, quamuis eſſet mulier: Et Lacedæmonij, Chilonem in Senatorum numerum cooptârunt, cùm ipſi eſſent minimè ſtudioſi literarum: Et Italiôtæ, Pythagoram *Samium*: Ac Lampſaceni, Anaxagoram *Phyſicum* qui peregrinus erat, *in agro ipſorum*, ſepeliuerunt, & honorant in hunc etiam diem: [γ] Et *illud*, “Athenienſes, *quamdiu* Solonis vſi *ſunt* legibus, fœlices fuerunt: Et Lacedæmonij, *legibus* Lycurgi: Et Thebis ſimùl atque Philoſophi reipub principes electi ſunt, etiam fœlix ſtatìm fuit *ipſa* ciuitas. 25. [11] Alius, ex *aliorum* iudicio *priùs habito* de *re*, *vel perſonâ* [z] eâdē, aut ſimili, aut contrariâ: 26. [a] Maximè quidèm, ſi omnes *ſic ſentiant*, & ſemper; ſin minùs, at ſaltèm plurimi; [b] Aut ſapientes vel omnes, vel plurimi; [c] Aut boni; [d] Aut ſi ipſi iudicantes, vel ij quos iudices ipſi approbant, vel contra quos non poteſt eſſe iudicium; veluti, dominos: vel, contra quos non *eſt* honeſtum iudicare: velut Deos, aut patrē, aut præceptores. 27. [e] Quemadmodùm [1] in Mixidemidem dixit Autocles, “*Si Furijs* venerandis Deabus par fuit, in Areopago cauſam dicere; Mixidemidi nonnè *honeſtum hoc eſſe debeat*? [2] Aut quemadmodùm Sappho *dixit*, “Mori malum eſſe; Dij enim ſic iudicârunt; alioquì *etiam illi* mortem obirent. [3] Aut, vt Ariſtippus *Cyrenaicus* aduersùs Platonem aſſeueratiùs quiddam *in ſermone* pro-

Quæ ratio erat Socrati vſitatiſſima.

3m, *Eſt Inductionis, quæ ex multis particularib. colligit vniuerſale*; eruditos viros nuſquàm non magnifieri.

γ *Eiuſdem ſpeciei cum præcedenti, eſt Inductio illa, quæ per particularia colligit hoc vniuerſale*, etiamſi non exprimatur; Omnes ciuitates eſſe felices, quæ à ſapientibus gubernantur.

11°, *A iudicio aliorum de re, vel perſonâ aliquâ*:

z Ac *de re quidem, vel perſonâ* eſt, *eâdem, aut ſimili, aut contrariâ*:

a *Judicium* autem *aliorum*, eſt Aut *omnium vel plurimorum*,

b Aut *ſapientium*, &c.

c Aut *bonorum*,

d Aut *Iudicum ipſorum*, &c.

e *De rebus iudicatis, exempla*;

1m, *De cauſâ dicendâ in Areopago*; A iudicio Eumenidum inferarum:

2m, *De mortis miſeriâ*; à iudicio deorum cœleſtium.

3m, *De quâdam re aſſeueratiùs à Platone prolatâ*; à iudicio præceptoris Socratis.

4m, (Ex Xenophonte de rebus Græc. lib. 4.) *De oraculo Apollinis*; A iudicio patris, ſc. Iouis.

f *De perſonis iudicatis*; Exempl. 1m, Ex Iſocrate, de Helena, à *iudicio ſpectati viri* Theſei.

2m, De Paride; *à iudicio trium dearum*;

3m, Ex Iſocrate in Encom. De Euagorâ Cyprio rege, *ex iudicio Cononis* Athenienſis.

12° Loc. *Ab enumeratione partium*, qui ſimilis eſt illi Topico, *ab enumerat. ſpecierum* alicuius generis:

g Exempl. è Theodecte; qui *Socratem Reum*, quòd deos non eſſe crederet, *ex hoc loco tuetur.*

13° *A conſequentibus alicuius rei, bonis, vel malis*; Hinc enim licet,

1 Et *in delib. genere*, hortari vel dehort.

2 Et *in Iudicijs*, accuſare, &c.

3 Et *in Demonſtr.* laudare vel vituperare.

h Exempl. ex Medæa Euripid. *in genere delib.*

i Ex hoc vno loco compoſita *à Calippo Rhetore* fuit *ars diſputandi* in vtramque partem.

14° Ex *Inuerſione conſequentium contrariorum* (quæ rei quam ſuadere vis, adhærent.)

k *Partim conuenit cum loco praeced.* Ille enim proceſſit *à conſequentib. directè*, hic *ab ijſdem, ordine alternatim inuerſo.*

l *Partim ab illo differt*; Ille enim proceſſit ab oppoſitis quibuſli-

proferentem, vt *ille* putabat: "Atqui ſodalis noſter (inquit) nihil ciuſmodi; ſignificans Socratem; [4] Et Ageſipolis *Delphis* interrogabat *Apollinem* Deum, cùm priùs ex Olympiâ *Iouis reſponſum* tuliſſet, "Núm ipſi eadem viderentur, quæ patri? Quaſi turpe *eſſet*, contraria dicere. 28. [f] Et [1] *illud* de Helena, (vt Iſocrates ſcripſit) "Quòd *eſſet virtutis* ſtudioſa, *& honeſta*; ſiquidem Theſeus iudicauit: [2] Et de Alexandro *itidem*, "Quem tres Deæ *omnibus hominibus* antepoſuerunt: [3] Et de Euagora *etiam*, "Quòd virtute præſtans *fuit*: *De eo* enim Iſocrates ſic inquit; "Certè Conon, cùm aduerſâ fortunâ vteretur, omnibus alijs omiſſis, ad Euagoram venit. 29. [12] Alius, *eſt* ex partibus; quemadmodùm in Topicis *quæſitum eſt*, "Qualis motio *ſit*, anima? *Aut* enim hæc, aut illa. [g] Exemplum *huius loci*, *ſuppetit* ex Socrate Theodectæ: "Quale templum violauit *Socrates*? Quos Deos non coluit ex ijs, quos ciuitas *Deos eſſe* decreuit? 30. [13] Alius, quoniam in pluribus *rebus* accidit, vt ipſas ſequatur aliquid boni, & mali; *locus (inquam)* ex conſequenti, [1] *eſt* hortari aut dehortari; [2] & accuſare aut defendere; & [3] laudare, aut vituperare; [h] velut, "Eruditionem inuidiâ-flagrare conſequitur, *quod* malum *eſt*, & ſapientem eſſe, *quod* bonum: Non igitur oportet erudiri; inuidia enim non eſt contrahenda: Oportet igitur erudiri; ſapientem enim eſſe, conſentaneum eſt. [i] *Atque* hic locus erat *tota* ars Calippi *Rhetoris*, additis *ſolùm formis* de Poſſibili, & de reliquis, *ſc. Facto, Futuro, &c. eo ordine* quo *ſuperiùs à me* dictæ ſunt. 31. [14] Alius, quandò de duobus, & *ijs* inter ſe *contrarijs*, *ſeu* oppoſitis, vel hortari, vel dehortari oporteat; [k] vt etiam *eo* loco, qui proximè dictus eſt, in vtramq; partem vtamur: [l] Differt autem *hic modus ab illo penes conſequentia*; quià illìc quidem, quæuis opponuntur;

ἐπαγγελτικώτερόν τι εἰπόντα, ὡς ᾤετο, "ἀλλὰ μὴν ὅ γ' ἑταῖρος ἡμῶν, ἔφη, οὐδὲν τοιοῦτον· λέγων τὸν Σωκράτην· καὶ Ἀγησίπολις ἐν Δελφοῖς ἐπηρώτα τὸν θεὸν, κεχρημένος πρότερον Ὀλυμπίασιν, "εἰ αὐτῷ ταὐτὰ δοκεῖ ἅπερ τῷ πατρί; ὡς αἰσχρὸν ὂν τἀναντία εἰπεῖν· 28. καὶ περὶ τῆς Ἑλένης, ὡς Ἰσοκράτης ἔγραψεν, "ὅτι σπουδαία, εἴπερ Θησεὺς ἔκρινε· καὶ περὶ Ἀλεξάνδρου, "ὃν αἱ θεαὶ προέκριναν· καὶ περὶ Εὐαγόρου, "ὅτι σπουδαῖος, ὥσπερ Ἰσοκράτης φησί. "Κόνων γοῦν δυστυχήσας, πάντας τοὺς ἄλλους παραλιπὼν, ὡς Εὐαγόραν ἦλθεν· 29. ἄλλος ἐκ τῶν μερῶν [f], ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, "ποία κίνησις ἡ ψυχή· ἥδε γὰρ, ἢ ἥδε. παράδειγμα ἐκ τοῦ Σωκράτους τοῦ Θεοδέκτου· "εἰς ποῖον ἱερὸν ἠσέβηκε· τίνας θεῶν οὐ τετίμηκεν ὧν ἡ πόλις νομίζει· 30. ἄλλος, ἐπειδὴ ἐπὶ τῶν πλείστων συμβαίνει, ὥσθ' ἕπεσθαί τι αὐτοῖς ἀγαθὸν καὶ κακὸν, ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦντος [t], προτρέπειν ἢ ἀποτρέπειν, καὶ κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι, καὶ ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν· οἷον "τῇ παιδεύσει τὸ φθονεῖσθαι ἀκολουθεῖ κακόν· τὸ δὲ σοφὸν εἶναι, ἀγαθόν· οὐ τοίνυν δεῖ παιδεύεσθαι· φθονεῖσθαι γὰρ οὐ δεῖ. δεῖ μὲν οὖν παιδεύεσθαι· σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ. ὁ τόπος οὗτός ἐστιν ἡ Καλλίππου τέχνη προσλαβοῦσα τὸ δυνατὸν, καὶ τἆλλα, ὡς εἴρηται [u]· 31. ἄλλος, ὅταν περὶ δυοῖν καὶ ἀντικειμένοιν ἢ προτρέπειν ἢ ἀποτρέπειν δέῃ, καὶ τῷ πρότερον εἰρημένῳ τόπῳ ἐπὶ ἀμφοῖν χρῆσθαι· διαφέρει δὲ, ὅτι, ἐκεῖ μὲν τὰ τυχόντα ἀντιτίθεται· ἐνταῦθα

f Coniun. 3. Top. ca. 4. pa. 3.

t Vid. 2. Top. ca. 4. pa. 5. & ca. 8.


u Supr. cap. 20.

x Coniun. 2. Topic. ca. 8. p. 2.

ἐνταῦθα δὲ, τἀναντία x· οἷον ἱέρεια οὐκ εἴα τὸν υἱὸν δημηγορεῖν· « ἐὰν μὲν γὰρ, ἔφη, τὰ δί- ‛ καια λέγῃς, οἱ ἄνθρωποί σε ‛ μισήσουσιν· ἐὰν δὲ τὰ ἄδικα, ‛ οἱ θεοί. δεῖ μὲν οὖν δημηγορεῖν· ‛ ἐὰν μὲν γὰρ τὰ δίκαια λέγῃς, οἱ ‛ θεοί σε φιλήσουσιν· ἐὰν δὲ τὰ ἄδικα, οἱ ἄνθρωποι.

hîc verò, contraria duntaxat: veluti, Sacerdos *quædam* non ſinebat filium concionari: « Si enim, ‛ inquit, iuſta dicas, homines te ‛ odio habebunt; Si verò iniuſta, ‛ Dij: Imò, oportet concionem ‛ habere: Si enim iuſta dicas, ‛ Dij te amabunt; ſi verò iniuſta, homines.

bet, hic verò à contrarijs ſolis.



τοῦτο δ᾽ ἐστὶ ταὐτὸ τῷ λεγομένῳ, « τὸ ἕλος ὠνεῖσθαι ‛ καὶ τοὺς ἅλας· καὶ ἡ βλαίσωσις τοῦτ᾽ ἐστιν, ὅταν δυοῖν ἐναντίοιν ἑκατέρῳ ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἕπηται, ἐναντία ἑκάτερα ἑκατέροις· 32. ἄλλος, ἐπειδὴ οὐ τὰ αὐτὰ φανερῶς ἐπαινοῦσι, καὶ ἀφανῶς y· ἀλλὰ φανερῶς μὲν, τὰ δίκαια καὶ τὰ καλὰ ἐπαινοῦσι μάλιστα· ἰδίᾳ δὲ, τὰ συμφέροντα μᾶλλον βούλονται, ἐκ τούτων πειρᾶσθαι συνάγειν θάτερον· τῶν γὰρ παραδόξων οὗτος ὁ τόπος κυριώτατός ἐστιν· 33. ἄλλος, ἐκ τοῦ ἀνάλογον ταῦτα συμβαίνειν· οἷον, ὁ Ἰφικράτης τὸν υἱὸν αὐτοῦ νεώτερον ὄντα

y Coniun. Elench. c. 12. p. 7.

m Hoc autem eſt idem cum eo, quod *prouerbio* dicitur, « Paludem emere, ‛ & ſalem: Et Inverſio, hoc eſt, quandò duorum contrariorum vtrique conſequens ſit bonum, & malum, *quorum* vtraque *ſunt* contraria vtriſque. 32. [15] Alius, n quoniam *homines* non eadem laudant apertè, & occultè; Sed apertè quidem, iuſta, & honeſta laudant maximè; priuatim verò, vtilia magis optant; o *Idcircò* conandum eſt, vt ex his alterum colligamus; *id ſc. quod cauſæ noſtræ maximè inſeruiat*: p Illorum enim *locorum*, qui *probant ſentire Aduerſarium* præter opinionem *communem*, hic locus eſt præcipuus. 33. [16] Alius, ex eo quod quicquam per proportionem contingit *& conſequitur*: q Velut, r Iphicrates, cùm *ciues* filium ipſius ætate

m Argumentari ex hoc loco eſt accipere commodum cum incommodo: Et dicitur figura Βλαίσωσις, Inuerſio.

15. Ex apertâ hominum adprobatione, & priuatâ ſententiâ:
n Quià enim *ingenium hominum* eſt, vt *palàm æqua* laudent; *clàm tacitiq́*, incumbant *commodo*:
o Docendum eſt, *aduerſarium, vtro modo loquatur, repugnare hominum opinionibus*; vel *occultis* ſc. deſyderijs, vel *apertis* ſentẽtijs:
p Ex locis n. qui *παράδοξοι probant, hic primas* obtinet: Vndè κατ᾽ ἐξοχ. dicitur *παράδοξος*.
16. *Ex proportione*, ſiuè *inter quatuor terminos*, ſiuè *inter tres tantùm*; itá *vt medium bis* numeret r:
q Exempl. 1, *in genere delib.*

r 2m, *In Iudiciali*; ex Theodecte, ἐν τῷ νόμῳ.

17°, Ex eo; *Si, quod ex 2b° rebus vſu venit, idem vtriſq; ſit, etiam illæ res eadem* inter ſe erunt:

ſ Ex. gr. in illo Xenophanis dicto contra Heſiodum Theogeniæ ſcriptorem.

t Et omninò; Ipſum, *quod vſu venit*, ſupponendum ſemper eſt, *eſſe idem cum altero eorum, ex quibus* vſu venit:

(u Exempl. huius 1m, ex Socrate Theodectis, *in gen. Iudiciali.*

2m, Oratoris Lacedæmonij contra Perſas, *in genere demonſtrat.*

3m, Oratoris Athenienſis contra cæteras Græciæ ciuitates; *in genere deliberatiuo*:)

x *Cum altero* (inquit) *eorum* &c. *hoc vel illo*; *prout valet ad* id, quod *volumus, peragendum.*

18°, Ex *diuerſâ hominũ ſententiâ; quâ quod antè petierlit, mox repudiant*; Siuè *conſilio id faciant*, quod *laudandum*, ſuadendumq;: y Siuè *perturbatione, & leuitate animi*; quod *redarguendum*: vt exemplo patet ex Orat. Lyſiæ de Athenienſibus.

19°, Ex *diuerſo fine*, & *propoſito eius, qui fecit*: Cùm *facinus* aliquod *eleuetur*, affirmando in *aliquem finem id factum* fuiſſe, *in quem non fiebat* tamen.

ætate iuniorem, quòd magnâ *ſtaturâ* eſſet, ad obeundum munus *publicum* cogere vellent, dixit; "Si magnos 'pueros pro viris haberent, fore, vt 'paruos viros iudicarent eſſe pueros: r Et, 2 Theodectes in lege *dixit*; "Ciuitate quidem donatis ſtipendia-'rios quoſdam, velut Strabacem & 'Charidemum, ob probitatem; ſti-'pendiarijs verò illis, qui nefaria *fa-'cinora* fecerunt, exilium non irrogabitis? 34. 17 Alius, ex eo *fidem trahens*; ſi id quod *ex aliquibus duobus* vſu venit, ſit *ipſis* idem; etiam ea ex quibus vſu venit, eadem *habenda*: ſ Veluti, Xenophanes dicebat; "Si-'militèr eſſe impios, qui natos eſſe aſ-'firmant Deos, & qui mori *eos* dicunt: 'vtroque enim modo euenit, vt non 'ſint aliquandò Dij, *quod affirmare im-'pium eſt*: t Et omninò ſanè, quod vſu venit ex vtrolibet, *id* aſſumere *oportet*, quaſi ſemper *ſit* idem *cum illo*; u *veluti*, 1 "Sententiam verò laturi 'eſtis non de Socrate, ſed de profeſ-'ſione, an oporteat philoſophari; *er-'go iniquè iudicaturi.* 2 Et, "Dare *hoſtibus* terram, & aquam, eſt *illis* ſeruire; *& proindè vobis turpe.* 3 Et participes eſſe communis pacis, *eſt nihil aliud, quàm quod* imperatum eſt, facere; *& propterea detrimentoſum*: x Vtrum autem eorum *ad cauſam noſtram* vtile fuerit, *id* aſſumendum *erit*; *vel cum hoc ſc: vel cum illo eſſe idem.* 36. 18 Alius, ex eo quòd ijdem *homines* non idẽ ſemper poſteriùs eligunt, quod priùs; ſed è conuerſo; y Velut, hoc enthymema; "An verò, dùm exules eſſemus, pug-'nabamus, vt rediremus? poſteà ve-'rò quàm redijmus, fugiemus, vt non 'pugnemus? Aliquandò enim *in patriâ* manere *& domi viuere*, pugnando elegerunt; aliquandò non pugnare *maluerunt*, non manendo, *ſed carendo patriâ.* 37. 19 Alius, cùm quod alicuius gratiâ *fieri* potuit, quamvis *verè id* factum non ſit, id tamen *callidâ interpretatione* affirmare, huius gratiâ

τῆς ἡλικίας, ὅτι μέγας ὤν, λειτουργεῖν ἀναγκαζόντων, εἶπεν, "ὅτι εἰ τοὺς μεγάλους 'τῶν παίδων ἄνδρας νομίζου-'σι, τοὺς μικροὺς τῶν ἀνδρῶν 'παῖδας εἶναι ψηφιοῦνται. καὶ ὁ Θεοδέκτης ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι, "πολίτας μὲν ποιεῖσθε τοὺς 'μισθοφόρους, οἷον Στράβακα 'καὶ Χαρίδημον διὰ τὴν ἐπι-'είκειαν· φυγάδας δ' οὐ ποι-'ήσετε, τοὺς ἐν τοῖς μισθο-'φόροις ἀνήκεστα διαπεπραγ-'μένους; 34. ἄλλος, ἐκ τοῦ τὸ συμβαῖνον ἐὰν ᾖ ταὐτὸν, ὅτι καὶ ἐξ ὧν συμβαίνει ταὐτά· οἷον Ξενοφάνης ἔλεγεν, "ὅτι ὁμοίως ἀσεβοῦσιν 'οἱ γενέσθαι φάσκοντες τοὺς 'θεοὺς, τοῖς ἀποθανεῖν λέ-'γουσιν· ἀμφοτέρως γὰρ 'συμβαίνει, μὴ εἶναί ποτε 'τοὺς θεούς. 35. καὶ ὅλως δὲ, τὸ συμβαῖνον ἐξ ἑκατέρου, λαμβάνειν ὡς ταὐτὸ αἰεί· "μέλλετε δὲ κρί-'νειν οὐ περὶ Σωκράτους, 'ἀλλὰ περὶ ἐπιτηδεύματος, 'εἰ χρὴ φιλοσοφεῖν. καὶ "ὅτι τὸ διδόναι γῆν καὶ ὕ-'δωρ, δουλεύειν ἐστί· καὶ "τὸ μετέχειν τῆς κοινῆς εἰ-'ρήνης, ποιεῖν τὸ προσταττόμενον. ληπτέον δ' ὁπότερον ἂν ᾖ χρήσιμον· 36. ἄλλος, ἐκ τοῦ μὴ ταὐτὸ τοὺς αὐτοὺς αἰεὶ αἱρεῖσθαι, ὕστερον ἢ πρότερον, ἀλλ' ἀνάπαλιν· οἷον τόδε τὸ ἐνθύμημα, "εἰ φεύγοντες μὲν 'ἐμαχόμεθα, ὅπως κατέλ-'θωμεν· κατελθόντες δὲ, 'φευξόμεθα, ὅπως μὴ μα-'χώμεθα; ὁτὲ μὲν γὰρ τὸ μένειν ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι ᾑροῦντο, ὁτὲ δὲ τὸ μὴ μάχεσθαι ἀντὶ τοῦ μὴ μένειν. 37. ἄλλος, τὸ οὗ ἕνεκα ἂν εἴη, εἰ μὴ γένοιτο, τούτου ἕνεκα φάναι εἶναι, ἢ

ἢ γεγενῆσθαι· οἷον, εἰ δοίη ἄν τις τινὶ, ἵνα ἀφελόμενος λυπήσῃ· ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται,

"Πολλοῖς ὁ δαίμων οὐ κατ' εὔνοιαν φέρων,
"Μεγάλα δίδωσιν εὐτυχήματ', ἀλλ' ἵνα
"Τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεστέρας.

καὶ τὸ ἐκ τοῦ Μελεάγρου τοῦ Ἀντιφῶντος,

"Οὐχ ἵνα κτάνωσι θῆρ', ὅπως δὲ μάρτυρες
"Ἀρετῆς γένωνται Μελεάγρῳ πρὸς Ἑλλάδα.

καὶ τὸ ἐκ τοῦ Αἴαντος τοῦ Θεοδέκτου· ὅτι ὁ Διομήδης προείλετο Ὀδυσσέα, οὐ τιμῶν, ἀλλ' ἵνα ἥττων ᾖ ὁ ἀκολουθῶν· ἐνδέχεται γὰρ τούτου ἕνεκα ποιῆσαι· 38. ἄλλος κοινὸς καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι, καὶ τοῖς συμβουλεύουσι, σκοπεῖν τὰ προτρέποντα καὶ ἀποτρέποντα, καὶ ὧν ἕνεκα καὶ πράττουσι, καὶ φεύγουσι· ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ, ἐὰν μὲν ὑπάρχῃ, δεῖ πράττειν· οἷον, εἰ δυνατὸν, καὶ ῥᾴδιον, καὶ ὠφέλιμον ἢ αὐτῷ, ἢ φίλοις· ἢ βλαβερὸν ἐχθροῖς, καὶ ἐπιζήμιον, ἢ ἐλάττων ἡ ζημία τοῦ πράγματος· καὶ προτρέπονται δ' ἐκ τούτων, καὶ ἀποτρέπονται ἐκ τῶν ἐναντίων· 39. ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ κατηγοροῦσι, καὶ ἀπολογοῦνται· ἐκ μὲν τῶν ἀποτρεπόντων, ἀπολογοῦνται· ἐκ δὲ τῶν προτρεπόντων, κατηγοροῦσιν. ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος, ὅλη τέχνη ἥτε Παμφίλου, καὶ ἡ Καλλίππου· 40. ἄλλος, ἐκ τῶν δοκούντων μὲν γίνεσθαι, ἀπίστων δὲ, ὅτι οὐκ ἂν ἔδοξαν, εἰ μὴ ἦν, ἢ ἐγγὺς ἦν· καὶ ὅτι μᾶλλον· ἢ γὰρ τὰ ὄντα, ἢ τὰ εἰκότα ὑπολαμβάνουσιν

eſſe, vel factum eſſe; [z] velut, "Siquis alicui det *quippiam*, *vt hoc ei poſteà* ablato, dolore *eum* afficiat: [a] Vndè & illud dictum eſt,

"*Multis Dæmon non propter beneuolentiam afferens*,
"*Magnas largitur proſperitates*; *ſed vt*,
"*Clades*, quas pro ijs parat, *accipiant inſigniores*.

[b] Et illud, ex Meleagro Antiphontis,

"*Non vt interficerent feră, ſed vt teſtes*
"*Virtutis eſſent Meleagro*, *per* totam *Græciam*:

[c] Et illud ex Aiace Theodectis, "Quod Diomedes Vlyſſem *Aiaci* antepoſuit, non vt *eum* honoraret, ſed vt inferior eſſet, qui *eum* comitaretur: Contingit enim *illum id* huius gratiâ feciſſe, *cuius Aiax feciſſe dixit*. 38. [20°] Alius *locus* Communis & controuerſantibus & Deliberantibus, vt conſyderemus ea, quæ ad hortandum, & ad dehortandum *valent*; & quorum gratiâ *homines* & agunt *quicquam*, & fugiunt: [d] Hæc enim ſunt ea, quæ ſi *rebus, quas cogitamus*, adſint, oportet *eas* agere: veluti, ſi [1] poſſibile *ſit*, & [2] facile, & [3] vtile, [e] aut ipſi, aut amicis; vel *contrà* pernicioſum ac noxium inimicis; [f] aut ſi minor *inde* mulcta *ſit*, quàm res, *quæ expetitur*. [g] Et quidem hortantur ex his *locis*, [h] ac dehortantur ex contrarijs. 39. Ex ijſdem autem ipſis etiam accuſant, & defendunt; ex ijs quidem, quæ ad dehortandum *valent*, defendunt *ſc.* ex ijs verò, quæ ad hortandum, accuſant: [i] Eſt autem locus iſte tota ars cùm Pamphili *Rhetoris*, tùm etiam Callippi. 40. [21] Alius, ex ijs quæ videntur quidem fieri, ſed *vulgò* incredibilia *ſunt*; [k] Quòd non viderentur *fieri talia*, ſi non *iam* eſſent, aut propè eſſent; [l] & quòd magis *videntur fieri*, *cùm fiunt*, quàm *veriſimilia*: [m] Etenim *homines* exiſtimationem habent vel *de talibus*, quæ verè ſunt, vel *de talibus*, quæ veriſimilia:

[z] Exempl. *in gen. deliberat.* Vnum *generale*;

[a] Alterum *ſpeciale*, ex aliquo Poëtâ.

[b] Exempl. *in gen. demonſtratiuo*; vnum, *ad laudand.*;

[c] Alterum *ad vituperandum*.

20°, *A Cauſis, & finib. impellentib. vel retrahentib. à re agenda*; Valet *in deliberat.* vbi

[d] Ad *Hortandum*, *fines* occurrunt tres;

1°, *Si poſſibile*; 2°, Si *facile*; 3°, Si *Vtile*; [e] Aut *ſimpliciter*, &c.

[f] Aut *minùs inutile*, &c.

[g] *Ad Dehortandum*, adducendi *fines contrarij*.

[h] Valet etiam idem locus *in cauſis Iudicialib* ad *accuſand. & defend.* vbi *ijdem etiam occurrunt fines*.

[i] Ex hoc loco *compegerunt artes* dicendi *Pamphilus*, & *Callippus*.

21°, *Ex ijs quæ vulgò incredibilia* ſunt, *ſed tamen videntur fieri*:

[k] Videntur, inquam, fieri, tùm *quià iam fiunt, aut propè fiunt*:

[l] Tùm quià *cùm iam fiant, magis eminent*, quàm quæ veriſimilia:

[m] *Ratio poſter. dicti.*

n Exempl. ex *Androcle Rhetore*, qui cùm Athenis capitale eſſet, de veteri lege detrahere, *dixit* tamen, *leges animaduerſione indigere*: idque *à ſimilibus incredibilibus ex hoc loco ſumptis.*

o *Vno,*

p *Altero.*

Si igitur incredibile *quicquam*, ac non veriſimile, *aliquandò fiat*, verum id *& certum iam* fuerit: Non enim ſanè quià veriſimile & appoſitum ad fidem, videtur ità *ſe habere*; [n] velut, Androcles Pitheus legem *quandam* oppugnans, dixit (cùm *cines ei* obſtreperent dicenti, "Indigent leges lege *alterâ* corrigente:) [o] "Quippe & piſces *indigent* ſale. Atqui nec veriſimile, nec appoſitum ad fidem *eſt*, qui in ſalo aluntur, *eos piſces* egere ſale: [p] "Et Oliuæ, (*dixit*) *indigent* oleo. Atqui incredibile *eſt*, ex quibus oleum fit, ea oleo indigere.

εἰ δ' ὢν ἄπιστον, καὶ μὴ εἰκός, ἀληθὲς ἂν εἴη· οὐ γὰρ διά γε τὸ εἰκὸς καὶ πιθανὸν, δοκεῖ οὕτως. οἷον Ἀνδροκλῆς ἔλεγεν ὁ Πιτθεὺς κατηγορῶν τοῦ νόμου, (ἐπεὶ ἐθορύβησαν αὐτῷ εἰπόντι, "δέονται οἱ νόμοι νόμου τοῦ διερθώσοντος·) "καὶ γὰρ οἱ ἰχθύες ἁλός· καίτοι οὐκ εἰκὸς, οὐδὲ πιθανὸν ἐν ἅλμῃ τρεφομένους δεῖσθαι ἁλός· "καὶ τὰ στέμφυλα ἐλαίου· καίτοι ἄπιστον, ἐξ ὧν ἔλαιον γίνεται, ταῦτα δεῖσθαι ἐλαίου.

De Enthymemat. Veris Elenẽticis, i. ijs quæ ad Refutandum valent, Loci ſeptem.

Cap. XXV.

a Elenẽticorum Enthymemat. 1° Loc. *A Repugnantib. temporibus, ſermonib. aut actionibus;*

b Vel *in Aduerſario ipſo*, cui fidem detrahere volumus;

c Vel *in ipſo, qui dicit*; dùm *repugnantiã* is notat *in ſeipſo penes crimen obiectum.*

d Vel *in vtroque*; cùm per cõtentionem, *contraria vtriuſque facta* inter ſe *comparantur.*

2°, *Ab explicatâ Paradoxi causâ*, ex qua *Calumnia*, vel obiectio *aduersùs Perſonas, aut Res,* ſuborta eſt.

Exempl. 1m, *ad Perſonas infames ſubleuandas*, & à calumniâ vindicandas:

[a] Alius *Enthymematum Locus*, ad refutandum comparatus, *eſt* vt ea, quæ diſſentiunt *inter ſe*, conſyderes; *nimirùm*, ſi quid diſſentaneum *ſit*, ex omnibus temporibus, & actionibus, & ſermonibus; [b] Seorsìm quidem in *perſona* controuerſantis; velut, "Et ait quidem *ſe* amare vos, coniurauit autem cum triginta *Tyrannis in perniciem veſtram.* 2. [c] Seorsìm autem in ſe ipſo, "Et ait eſſe me litigioſum, nec poteſt demonſtrare *me* intentâſſe vllum iudicium: 3. [d] Seorsìm verò in ſeipſo, & controuerſante *ſimul*, "Et hic quidem nihil vnquam dedit mutuò; Ego verò etiam multos veſtrûm *ab hoſtibus captos* redemi. 4. [2] Alius *vtilis* hominibus, & rebus, qui in calumniam vocati ſint, cùm non exiſtimentur *tales*; vt dicamus cauſam rei *illius* parùm credibilis: Subeſt enim aliquid ob quod res, *vel perſona illa* apparet *ità ſe habere*: [1] velut, cùm quædam *mulier* filio *corpus* ſuum ſubiecîſſet, quò *eum* blandius ſalutare *poſſet*, videbatur ſtuprum cum adoleſcente exercere: expoſitâ

Ἄλλος ἐλεγκτικός, τὸ τὰ ἀνομολογούμενα σκοπεῖν, εἴ τι ἀνομολογούμενον ἐκ πάντων καὶ χρόνων, καὶ πράξεων, καὶ λόγων· χωρὶς μὲν ἐπὶ τοῦ ἀμφισβητοῦντος· οἷον, "καὶ φησὶ μὲν φιλεῖν ὑμᾶς, συνώμοσε δὲ τοῖς τριάκοντα· 2. χωρὶς δ' ἐπὶ αὐτοῦ, "καὶ φησὶ μὲν εἶναί με φιλόδικον, οὐκ ἔχει δὲ ἀποδεῖξαι δεδικασμένον οὐδεμίαν δίκην· 3. χωρὶς δ' ἐπὶ αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἀμφισβητοῦντος· "καὶ οὗτος μὲν οὐ δεδάνεικε πώποτε οὐδέν· ἐγὼ δὲ καὶ πολλοὺς λέλυμαι ὑμῶν· 4. ἄλλος, τοῖς προδιαβεβλημένοις καὶ ἀνθρώποις, καὶ πράγμασι, ὡς δοκοῦσι, τὸ λέγειν τὴν αἰτίαν τοῦ παραδόξου. ἔστι γάρ τι δι' ὃ φαίνεται· οἷον ὑποβεβλημένης τινὸς τὸν αὑτῆς υἱὸν διὰ τὸ ἀσπάζεσθαι, ἐδόκει συνεῖναι τῷ μειρακίῳ· λεχθέντος δὲ

δὲ τοῦ αἰτίου, ἐλύθη ἡ διαβολή· καὶ οἷον ἐν τῷ Αἴαντι τῷ Θεοδέκτου, Ὀδυσσεὺς λέγει πρὸς τὸν Αἴαντα, διότι ἀνδρειότερος ὢν τοῦ Αἴαντος, οὐ δοκεῖ· 5. ἄλλος ἀπὸ τοῦ αἰτίου, ἄν τε ὑπάρχῃ, ὅτι ἐστί· κἂν μὴ ὑπάρχῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν· ἅμα γὰρ τὸ αἴτιον καὶ οὗ αἴτιον, καὶ ἄνευ αἰτίου οὐδέν ἐστιν· οἷον Λεωδάμας ἀπολογούμενος ἔλεγε, κατηγορήσαντος Θρασυβούλου, ὅτι ἦν στηλίτης γεγονὼς ἐν τῇ ἀκροπόλει, ἀλλ' ἐκκόψαι ἐπὶ τῶν τριάκοντα· "οὐκ ἐνδέχεσθαι ἔφη· μᾶλ'λον γὰρ ἂν πιστεύειν αὐτῷ 'τοὺς τριάκοντα, ἐγγεγραμ'μένης τῆς ἔχθρας πρὸς τὸν δῆμον· 6. ἄλλος, εἰ ἐνεδέχετο βέλτιον ἄλλως ἢ ἐνδέχεται, ὧν ἢ συμβουλεύει, ἢ πράττει, ἢ πέπραχε, σκοπεῖν· φανερὸν γὰρ, ὅτι εἰ μὴ οὕτως ἔχει, οὐ πέπραχεν· οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν τὰ φαῦλα καὶ γιγνώσκων προαιρεῖται· 7. ἔστι δὲ τοῦτο ψεῦδος· πολλάκις γὰρ ὕστερον γίνεται δῆλον, πῶς ἦν πρᾶξαι βέλτιον· πρότερον δὲ, ἄδηλον· 8. ἄλλος, ὅταν τι ἐναντίον μέλλῃ πράττεσθαι τοῖς πεπραγμένοις, ἅμα σκοπεῖν· οἷον Ξενοφάνης Ἐλαιάταις ἐρωτῶσιν, "εἰ θύωσι τῇ Λευκοθέᾳ, 'καὶ θρηνῶσιν, ἢ μὴ, συν'εβούλευεν, "εἰ μὲν θεὸν 'ὑπολαμβάνουσι, μὴ θρη'νεῖν· εἰ δ' ἄνθρωπον, 'μὴ θύειν· 9. ἄλλος τόπος, τὸ ἐκ τῶν ἁμαρτηθέντων κατηγορεῖν, ἢ ἀπολογεῖσθαι· οἷον ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ, οἱ μὲν, κατηγοροῦσιν, "ὅτι 'τοὺς παῖδας ἀπέκτεινεν, οὐ 'φαίνεσθαι γοῦν αὐτούς' (ἥμαρτε γὰρ ἡ Μήδεια περὶ τὴν ἀποστο-

verò cauſâ, ſoluta eſt calumnia: [a] Et, velut in Aiace Theodectis; Vlyſſes aduerſùs Aiacem declarat, Quamobrem, cùm fortior ſit Aiace, non *tamen fortior* videatur. 5. [b] Alius, à cauſa; *vt* &, ſi cauſa adſit, *dicatur res* eſſe; &, ſi non adſit, *dicatur* non eſſe: Nam ſimùl *ſunt* cauſa, atque id cuius cauſa; & ſine cauſa nihil eſt: [c] veluti Leodamas *ſe* defendens dicebat, accuſante Thraſybulo, quod anteà *populi iuſſu*, nomen eius, *tanquàm proditoris*, in columnâ æneâ inſcriptum fuiſſet; *poſteà* tamen, dominantibus 30. *Tyrannis, illud eum* exculpſiſſe: "*Imò hoc*, 'reſpondit non *potuiſſe* contingere, *vt* '*ipſe eximeret*: Magis enim triginta ipſi 'confiſuros fuiſſe, ſi *ſui* erga populum 'odij teſtimonium *in arce* inſculptum 'extitiſſet. 6. [d] Alius: vt, *cùm arguitur quis feciſſe*, conſyderemus, nùm contigerit, vel contingat meliùs alitèr *quicquam conſulere, &c*, quàm *ea* quæ conſuluit *quis*, aut agit vel egit: [f] Manifeſtum enim *eſt*, ſi non ità *ſe* habet, *vt is egiſſe dicitur, &c. hoc eum* non egiſſe, *aut conſuluiſſe, vel agere*: Nemo enim ſpontè & ſciens, ea quæ parùm apta *ſunt illi rei gerendæ*, præeligit. 7. [g] Eſt autem hoc, Ratio falſa: Sæpè enim poſteriùs perſpicuum fit, Quomodò *rem* agere melius fuiſſet; priùs verò, *quàm confecta eſſet*, planè *fuit* incertum. 8. [e] Alius, vt, quandò aliquid agendum proponitur contrarium ijs, quæ acta ſunt, *de vtriſque* ſimùl conſyderemus: [h] velut, Xenophanes *Phyſicus*, Elæatis interrogantibus, "Nùm ſacrificare Leucotheæ, '*ſimúlque ipſam* lugere deberent, necne? Conſuluit, "Si exiſtimarent 'Deam *ipſam eſſe*, ne lugerent; ſi ho'minem *mortalem*, ne ſacrificarent. 9. [6] Alius locus, vt *ex ijs*, in quibus peccatum eſt, accuſemus vel defendamus; [i] velut, in Carcini *Poetæ* Medæa; Hi quidem, *Medæam* accuſant, "quòd filios occiderit: Neque enim 'apparere eos *ampliùs*: (Nam *per errorem* lapſa eſt Medæa in liberis *in alias*

2m, Quò *Res incredibiles*, obiectione liberatæ, *donentur fide*.

3°, *A Cauſâ rei & facti*; valet *ad confirmand.* ab *eâ poſitâ*; & *ad infirmand.* ab *eâ negatâ*.

[e] Exempl. *A Cauſâ rei negatâ*.

4°, *Ex Inſpectione melioris conſilij*, aut *agendi modi*.

[f] Rat. loci; *Vndè* nimirùm is *vim habeat ad proband.* aliquid, vel *redarguend.*

[g] Locus hic *aliquandò captioſus*: Sæpè enim facillima *aggrediendi ratio* nos *primùm latuit*, quam *mox expedijt* ſecundarum cogitationum *ſapientia*.

5°, Vt, *Si quid proponitur contrarium ijs, quæ geſta* ſunt; *vtraque hæc coràm inter ſe conferantur*:

[h] Pro exemplo eſt, *dictum Xenophanis* Colophonij *Dilemmaticum* in Elæatas.

6°, *Vt arreptâ anſâ ab eo in quo lapſus eſt, criminêris quempiam, vel etiam ſubleues.*

[i] *Exempl. de Medæâ* Carcini; *quæ accuſata* ex hoc loco, *quòd interfeciſſet liberos, quos* ſalutis tantùm cauſâ, *amandaſſet*:

& Quamobrem hæc ſola: Omnes enim perſuadendo valent, aut eò quòd aliquo modo affecti ſint ij qui iudicant; aut quòd cuiuſdammodi exiſtiment eos, qui dicunt; aut eò quòd *res* demonſtrata ſit. [e] Dictum verò eſt, etiam Enthymemata, Vndè ſint paranda: Sunt enim, alia quidem, formæ Enthymematum; alia verò, loci. 3. [f] De Elocutione verò, conſequens eſt dicere: [g] Non enim ſat eſt habere, Quæ Oportet dicere, ſed neceſſe *eſt*, etiam hæc *ità* Vt Oportet, dicere: [h] Et multum *etiam Elocutio* valet ad id, vt Cuiuſdammodi *i. Morata* appareat oratio. 4. Ac [i] primùm quidem, quæſitum fuit ſecundùm naturæ *ordinem*, id quod primum *nobis* innatum eſt; ex Quibus *ſc. Rationibus* res poſſint perſuaderi: [a] Secundum verò, *quod quærebatur*, eſt, *Quomodò eædē rationes* Elocutione diſponantur: [b] Tertium autem horum, quod vim quidem habet maximam, ſunt *ea*, quæ *pertinent* ad Actionem; [l] ſed nondùm *de ijs arte aliquâ* tractatum eſt. 5. [k] Nam *Actio* in *Poeſin* Tragicam & Rapſodiam *non niſi* ſerò deuênit: Etenim primis *temporibus*, *nondùm hiſtriones erant, ſed* Poëtæ *ſuas* ipſi *in ſcænâ* tragœdias agebant. 6. [l] Perſpicuum eſt igitur, etiam in Rhetoricâ inueniri iſtiuſmodi *quoddam artificium*, perindè atque in Poeticâ; quod *ipſum* ſanè & alij pertractârunt, & Glauco Teïus. 7. [m] Hoc autem conſiſtit in voce, tùm Quomodò ipſâ oporteat vti, ad vnumquemque *animi* affectū: [n] Veluti, Quandò magnâ, & Quandò paruâ, & Quandò mediâ; [o] Et Quomodò Tonis; veluti, Acuto & Graui, & Medio: [p] Tùm Quibus numeris ad vnumquemque *motum vtendum ſit*. Tria enim ſunt de quibus conſyderant *Poeticæ Pronunciationis Scriptores*; & hæc ſunt, Magnitudo, Concentus, Numerus. 8. [q] Atque hi quidem *qui hoc artificio pollent*, ex contentionibus ferè *ſolis* præmia au-

τί τοσαῦτα μόνα· ἢ γὰρ τῷ αὐτοί τι πεπονθέναι οἱ κρίνοντες, ἢ τῷ ποιούς τινας ὑπολαμβάνειν τοὺς λέγοντας, ἢ τῷ ἀποδεδεῖχθαι, πείθονται πάντες. εἴρηται δὲ καὶ τὰ ἐνθυμήματα, πόθεν δεῖ πορίζεσθαι· ἔστι γάρ, τὰ μὲν, εἴδη τῶν ἐνθυμημάτων· τὰ δὲ, τόποι. 3. περὶ δὲ τῆς λέξεως ἐχόμενόν ἐστιν εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ ἔχειν ἃ δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ ταῦτα ὡς δεῖ εἰπεῖν· καὶ συμβάλλεται πολλὰ πρὸς τὸ φανῆναι ποιόν τινα τὸν λόγον· 4. τὸ μὲν οὖν πρῶτον, ἐζητήθη κατὰ φύσιν, ὅπερ πέφυκε πρῶτον, αὐτὰ τὰ πράγματα ἐκ τίνων ἔχει τὸ πιθανόν· δεύτερον δὲ, τὸ ταῦτα τῇ λέξει διαθέσθαι· τρίτον δὲ τούτων, ὃ δύναμιν μὲν ἔχει μεγίστην, οὔπω δ' ἐπικεχείρηται τὰ περὶ τὴν ὑπόκρισιν· 5. καὶ γὰρ εἰς τὴν τραγικὴν, καὶ ῥαψῳδίαν ὀψὲ παρῆλθεν· ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτοὶ τραγῳδίας οἱ ποιηταὶ τὸ πρῶτον· 6. δῆλον οὖν ὅτι καὶ περὶ τὴν ῥητορικήν ἐστι τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ καὶ περὶ τὴν ποιητικήν· ὅπερ ἕτεροί τινες ἐπραγματεύθησαν, καὶ Γλαύκων ὁ Τήϊος. ἔστι δὲ, αὕτη μὲν ἐν φωνῇ, πῶς αὐτῇ δεῖ χρῆσθαι πρὸς ἕκαστον πάθος· οἷον, πότε μεγάλῃ, καὶ πότε μικρᾷ, καὶ πότε μέσῃ· καὶ πῶς τοῖς τόνοις· οἷον ὀξείᾳ, καὶ βαρείᾳ, καὶ μέσῃ· καὶ ῥυθμοῖς τισι πρὸς ἕκαστα· τρία γάρ ἐστι περὶ ὧν σκοποῦσι· ταῦτα δ' ἐστὶ, μέγεθος, ἁρμονία, ῥυθμός· 8. τὰ μὲν οὖν ἆθλα σχεδὸν ἐκ τῶν ἀγώνων οὗτοι λαμβάνουσι·

[e] Tùm *de Inuentione Fidei*, nimirùm, Tàm *de formis proprijs*, à cap. 3. lib. 1. Quàm *de locis Communib.* à cap. 21. lib. 2.

[f] Deinceps *de Elocutione dicend.*

[g] Cùm *quià neceſſaria* illa ſit;

[h] Tùm *quià ob id vtilis*, vt *ſermo* videatur *Moratus*.

[i] Præmittit igitur *hiſtoriam* tàm *Elocutionis*, quàm *Pronunciationis*: *Quo illæ ordine ab Antiquis inuentæ* fuerint?

1°, Expiſcati ſunt illi *Argumenta, ex quibus probarent* res.

2°, Mox ſtudium poſuêre in *Elocutione & verbis*.

3° *Loco* reſtabat *Pronunciatio*, *quæ Actio* quædam eſt.

[l] De quâ quidem *nemo adhuc* accuratè *conſcripſit*:

[k] Siquidem *Origo eius* in fabulas Tragicas & Poëſes Epicas *lenta prodijt*.

[l] Ergo *Pronunciandi artificium*, vt *in Poeticâ*, ità & *in Rhetoricâ* (ob earum ſimilitudinem) *ſuum poſcit locum*. Ipſum autem

[m] Vniuersìm quidem, *docet*, Tùm *de voce*: *Quomodò illam variare deceat*,

[n] Et *quoad magnitudinem* ipſius:

[o] Et *quoad concentū* ſeu *tonos*:

[p] Tùm *de Numeris* ſeu *Rhythmis*: *Quæ illorum differentiæ, peropportunæ* maximè?

[q] Specìatìm verò, *tantum commodi* viriumque in ſe *habet*, vt *qui eo excelluêre*, præmia *laudemque ferant*. Adeóque

νοῦσι· καὶ καθάπερ ἐκεῖ μεῖζον δύνανται νῦν τῶν ποιητῶν οἱ ὑποκριταί, καὶ κατὰ τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας, διὰ τὴν μοχθηρίαν τῶν πολιτειῶν. οὔπω δὲ σύγκειται τέχνη περὶ αὐτῶν· 9. ἐπεὶ καὶ τὸ περὶ τὴν λέξιν ὀψὲ προῆλθε· 10. καὶ δοκεῖ φορτικὸν εἶναι, καλῶς ὑπολαμβανόμενον· ἀλλ' ὅλης οὔσης πρὸς δόξαν τῆς πραγματείας τῆς περὶ ῥητορικήν, οὐκ ὀρθῶς ἔχοντος, ἀλλ' ὡς ἀναγκαίου τὴν ἐπιμέλειαν ποιητέον· ἐπεὶ τόγε δίκαιον μηδὲν πλείω ζητεῖν περὶ τὸν λόγον, ἢ ὡς μήτε λυπεῖν, μήτε εὐφραίνειν· δίκαιον γὰρ αὐτοῖς ἀγωνίζεσθαι τοῖς πράγμασιν, ὥστε τἄλλα ἔξω τοῦ ἀποδεῖξαι, περίεργά ἐστιν· ἀλλ' ὅμως μέγα δύναται, καθάπερ εἴρηται, διὰ τὴν τοῦ ἀκροατοῦ μοχθηρίαν· 11. τὸ μὲν οὖν τῆς λέξεως ἔχει τι μικρὸν ἀναγκαῖον ἐν πάσῃ διδασκαλίᾳ· διαφέρει γάρ τι πρὸς τὸ δηλῶσαι, ὡδί, ἢ ὡδὶ εἰπεῖν· οὐ μέντοι τοσοῦτον, ἀλλ' ἅπαντα φαντασία ταῦτά ἐστι, καὶ πρὸς τὸν ἀκροατήν· διὸ οὐδεὶς οὕτω γεωμετρεῖν διδάσκει· 12. ἐκείνη μὲν οὖν ὅταν ἔλθῃ, ταὐτὸ ποιήσει τῇ ὑποκριτικῇ. ἐγκεχειρήκασι δ' ἐπ' ὀλίγον περὶ αὐτῆς εἰπεῖν τινὲς, οἷον Θρασύμαχος ἐν τοῖς ἐλέοις· 13. καὶ ἔστι φύσεως τὸ ὑποκριτικὸν εἶναι, καὶ ἀτεχνότερον· περὶ δὲ τὴν λέξιν ἔντεχνον· 14. διὸ καὶ τοῖς τοῦτο δυναμένοις γίνεται πάλιν ἆθλα, καθάπερ ἐν τοῖς κατὰ τὴν ὑπόκρισιν ῥήτορσιν [a]· οἱ

[a] *Suprà pa. 8.*

ferunt : [r] Et quemadmodùm ibì *in fabulis Poetarum*, plus hodiè valent Actores, quàm Poëtæ ; [s] Ità in ciuilibus certaminibus, *Orationum Actores*, quàm *Scriptores*, propter improbitatem Rerumpub : [t] Nondum autem compoſita eſt ars de ipſis, *Actione ſc. Oratoriâ, & Poeticâ*. 9. [u] Quandoquidem & *ipſa* Eloquendi *ratio* ſerò prodijt : 10. [x] Et videtur *ea* eſſe importunum, *ac leue quiddam, ſicut & ipſa actio*, ſi rectè exiſtimetur : [y] At *cùm* tota ſit ad opinionem, *traditio* Rhetorica ; *iſtius ſanè Elocutionis, ſicut & Actionis, cura*, non *vt rei* rectè ſe habentis, ſed vt neceſſariæ, ſuſcipienda *eſt* : [z] Quoniam æquum ſanè hoc *eſt*, nihil ampliùs in oratione *noſtrâ* quærere, quàm vt neque moleſtiam, neque iucunditatem *auditori* afferat : Iuſtum enim *eſt*, rebus ipſis *ſolis in iudicio* contendere : [a] Quare alia omnia præter demonſtrationem, ſuperuacanea ſunt : [b] Verumtamen *ea* multum valent, propter auditoris, vti dictùm eſt, improbitatem. 11. [c] Ac Elocutio quidem, paruam quandam neceſſitatem obtinet in omni doctrinâ: Intereſt enim quiddam, ad *rem* declarandam, ità ne, an ità dicas : [d] Non tamen tantum, i. *eximium quicquam, præſtat*. Sed omnia hæc, *tàm Actio, quàm Elocutio, hominum* opinione conſtant, & *referuntur* ad Auditorem. [e] Quamobrem nemo Geometriam, *ſeu Mathematicam ſcientiã*, ſic docet. 12. [1] Ac illa quidem *Pronunciationis ratio*, cùm prodierit ; [f] idem *in ſtudio dicendi* effecerit, quod ars hiſtrionica *in fabulis Dramaticis recitandis* : Conati autem ſunt nonnihil de ipſâ *Hiſtrionicâ* dicere nonnulli : Velut Thraſymachus in Miſerationibus. 13. [g] Et ad Actionem valere eſt naturæ *donum*, & magis expers artis: In Elocutione verò, *valet* artificium. 14. [h] Quamobrem & ijs, qui huiuſmodi facultatem habent, tribuuntur rurſùs præmia, vt *etiam* Oratoribus *ijs*, qui pronunciatione *pollent* :

Sicut in ſcenâ, hiſtriones pluris penduntur, *quàm Poetæ*:

[s] Ità *in foro & ſenatu, Actores* orationum, *quàm ſcriptores.*

[t] De *hâc* tamen *Pronunciatione nondùm* extat *methodus* :

[u] Neque *etiam de Elocutione* ipſa : quippè cuius Et *Origo ſerotina* fuit, quò minùs perpoliri adhuc potuerit ;

[x] Et *vis eius, ſi ſubtiliùs* ad artis penſum *exigatur, res futilis* eſt, perindè ac ipſa Pronunciatio.

[y] Cæterùm, cùm totum *Dicendi ſtudium ad Opinionem*, non ad veritatem *ſcribatur, Excolenda eſt Elocutio, vt Auditori neceſſaria*, non vt *abſolutè recta*.

[z] Etenim ſi quodque ex rationis ſtaterâ trutinetur, *nihil hîc prius* fuerit, *quàm vt argumentorum* pondere *fidem facias* :

[a] Et *proin*, tàm *Elocutio* quàm *Pronunciatio, iacent*, vt *leues* & ridiculæ.

[b] *Tractandæ tamen* erunt, vt *auditori*, ob eius improbitatem, *neceſſariæ*.

[c] Complex. dictor. *Elocutionem ac Pronunciat. omni diſciplinæ* illuſtrandæ *parùm* quidem *inſeruire*:

[d] Non *abſolutè tamen* ; nec, niſi *ad faciendum Auditorem-corruptum*.

[e] Vndè, *Mathematicæ artes, cùm res* ipſas *doceant, iſtarum opem* planè *abnuunt*.

His præmiſſ. Proponit, 1°, *Dicendum, de Elocutione, non de Pronunciatione* ;

[f] Tùm *quia eadem, hæc ſit cum Hiſtrionicâ*, quam alij ſcriptis delineârunt.

[g] Tùm *quia hæc à naturæ fontibus manat* ; contrà *Elocutio* tota *arti præceptoriæ debetur*.

[h] Vndè, qui *eloquentiâ claris* in conconibus *palmam reportant* ; *perindè ac ij qui Actione vigebant*, par. 8.

[i] Tanta enim *Eloquij vis* eſt, vt *diſertorum ſcripta*, plus gratiæ *ab ornatu verborum* ducant, quàm *à ſententijs.*

20, *De Quali Elocutione dicendum*, ſic :
A *Poëtis* quidem, tanquàm imitatoribus *primùs* profluxit,
[k] Et *Elocutio*, quæ *vocabula auribus*,
[l] Et *Pronunciatio*, quæ *vocem rebus* accommodet:

[m] Sed *quià Poëtis priſcis*, cùm commentitia canerent, ſententiaſque effutirent inanes, *ob phraſin* tamen, *maximi honores accreuêre.*

[n] Idcircò, Et *Oratores olim, Elocutioni Poëticæ* incubuêre, vt optimæ:
[o] Et *hodiè Idiotæ, Poëticos* putant *Oratores, pulcherrimè* loqui.

[p] Atqui *aliò res* abit, *diuortitque locutio Oratoria à Poetica* :

[q] Quod probat *hodiernus Tragicorum mos*, qui Oratori ſunt finitimi: Neque enim illi *tam impendiò vtuntur Elocutione hâc*, quàm *olim*: Sed
[r] Vt *priſtinum carminis genus*, ſc. *Trochaicum*, commutârunt *in Iambicum*, &c.

[ſ] Ità & *Poëticarum vocum ampullas iam dimisêre* ; quò ſuffarcinata verſuum amplitudo detumeſceret.

[t] Quàm *ſtultum* ergo *illud*? *Poëtas* hâc re vt *imitemur*, *qui* errore iampridem agnito, *ſibi ipſis non conſtitêre*?
[u] Ex dict. emergit, *De Elocutione tantùm Oratoriâ hoc lib. dicendū.*

[x] *De Poëticâ* (quæ abhorret à foro, conuenitque potiùs granditati carminum) *dictum eſſe* libr. Poëtic. cap. 13. & 14.

pollent : [i] Orationes enim illæ, quæ *demi à Rhetoribus* ſcribuntur, maiorem vim habent propter *accuratam* Elocutionem, quàm propter Sententiam. 15. [*] Itaque cœperunt quidem *in Elocutione & Pronunciatione* mouere primùm, vt natura tulit, Poëtæ : [k] Vocabula enim ſunt *quædam rerum* imitationes: [l] Tributa verò etiam eſt vox nobis, omnium partium aptiſſima ad imitationem. Quamobrem *apud Poetas* etiam artes *pronunciandi* conſtitutæ ſunt: & Rhapſodia *ſc. quæ Dramatica poemata*, & hiſtrionica, *quæ Epica recitat*, & aliæ vtiquè. 16. [m] Quoniam verò Poëtæ inania *& fabuloſa* dicentes, ex Elocutione hanc gloriam, quam habent, comparâſſe videbantur: [n] Propterea *apud Oratores* Poëtica prima extitit Elocutio ; velut illa Gorgiæ: [o] Et nunc quoque multi ineruditi, eos *qui Poëticâ Elocutione vtuntur*, perorare arbitrantur pulcherrimè. 17. [p] Atqui hoc non eſt *ità* ; ſed alia *ſolutæ* orationis, alia Poëſeos eſt Elocutio. [q] Perſpicuum autem *id* facit euentus: Neq; enim ij qui Tragœdias faciunt, *nunc* ampliùs *Elocutione* ſimilitèr vtuntur *atque antehâc:* ſed [r] quemadmodùm etiam ex Tetrametris ad Iambicum *carmen ſe* contulerunt; quià hoc verſuum *genus*, præter cæteros, ſit *quotidiano* ſermoni ſimillimum : [ſ] Sic nomina quoque abiecerunt, quæcunque ſunt præter loquendi *conſuetudinem communem. Ea* verò quibus & antiqui *Tragici ſuos verſus* decorare ſoliti ſunt, & *Poëtæ* etiam illi qui hexametra nunc *dierum* faciunt, *ea, inquam, ornamenta iam* abiecerunt : [t] Quamobrem ridiculū *eſt* imitari eos qui ipſi non ampliùs illo vtuntur *priſcorum* modo. 18. [u] Quare manifeſtum *eſt*, non omnia, quæcunque de Elocutione licet dicere, exactè nobis explicanda *eſſe* ; ſed quæcunque de eiuſmodi, qualem *Oratoriam* dicimus : [x] De illâ verò, *Poëtica Elocutione*, dictum eſt in *lib.* de Poëticâ.

γὰρ γραφόμενοι λόγοι μεῖζον ἰσχύουσι διὰ τὴν λέξιν, ἢ διὰ τὴν διάνοιαν. 15. ἤρξαντο μὲν οὖν κινῆσαι τὸ πρῶτον, ὥσπερ πέφυκεν, οἱ ποιηταί· τὰ γὰρ ὀνόματα μιμήματά ἐστιν. ὑπῆρξε δὲ καὶ ἡ φωνὴ πάντων μιμητικώτατον τῶν μορίων ἡμῖν· διὸ καὶ αἱ τέχναι συνέστησαν, ἥτε ῥαψῳδία, καὶ ἡ ὑποκριτική, καὶ ἄλλαί γε. 16. ἐπεὶ δὲ οἱ ποιηταὶ λέγοντες εὐήθη, διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν πορίσασθαι τήνδε τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου. καὶ νῦν ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδεύτων, τοὺς τοιούτους οἴονται διαλέγεσθαι κάλλιστα. 17. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἑτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστί. δηλοῖ δὲ τὸ συμβαῖνον· οὐδὲ γὰρ οἱ τὰς τραγῳδίας ποιοῦντες, ἔτι χρῶνται τὸν αὐτὸν τρόπον· ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν τετραμέτρων εἰς τὸ ἰαμβεῖον μετέβησαν [b], διὰ τὸ τῷ λόγῳ τοῦτο τῶν μέτρων ὁμοιότατον εἶναι τῶν ἄλλων [c]. οὕτω καὶ τῶν ὀνομάτων ἀφήκασιν, ὅσα παρὰ τὴν διάλεκτόν ἐστιν. οἷς δ' οἱ πρῶτον ἐκόσμουν, καὶ ἔτι νῦν οἱ τὰ ἑξάμετρα ποιοῦντες, ἀφήκασι [d]· διὸ γελοῖον μιμεῖσθαι τούτους, οἳ αὐτοὶ οὐκ ἔτι χρῶνται ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ· 18. ὥστε φανερὸν, ὅτι οὐχ ἅπαντα ὅσα περὶ λέξεώς ἐστιν εἰπεῖν, ἀκριβολογητέον ἡμῖν· ἀλλ' ὅσα περὶ τοιαύτης οἵας λέγομεν. περὶ δ' ἐκείνης εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς.

[b] *Coniun. lib. Poët. c. 2. p. 23.*
[c] *Coniun. lib. Poët. c. 14. p. 17.*
[d] *Coniun. lib. Poët. c. 14. p. 15. & 16. & cap. 15. p. 16.*

Tabula ſequent. à cap. 2. ad cap. 4.

De Elocutione Oratoriâ, Quid ſit, & ex Quibus nominibus conſtet: ſc. non ex valdè immutatis; vt, ex Linguis, & Factis, &c. (Ea enim omninò Poëtica ſunt) ſed partìm ex Proprijs, partìm ex Metaphoris. — Cap. 2°.

Dicendum ergo,
- 1, De Proprijs, ac de Metaphoris; earumque Inuentione: Nec non de Epithetis. — Cap. 2°.
- 2, De nominibus Poëticis, quæ Frigidam Orationem faciunt; deque eorundem vſu: Talia ſunt Linguæ, Facta, &c. — Cap. 3°.
- 3, De Imagine, quæ mediæ Naturæ eſt, partìm ſc. Poëtica, partìm Oratoria. — Cap. 4°.

Ex Quibus nominib. conficiatur Elocutio.
De nominib. Tranſlatis, deq; Epithetis.

Cap. II.

Præſupponuntur varia nominum genera, ex Poetic. & definitur Elocutionis virtus; à Par. 1. Demonſtratur, ex Quibus nominibus conficiatur Elocutio? ſc. Ex Proprijs & Tranſlatis, &c. à Par. 8. De Tranſlatorum Inventione, & Vſu, leges, Par. 12. Vna, à Par. 13. Altera, à Par. 18. De Epithetis, Par. 24. Et Diminutiuis, Par. 25.

Ἔστω δὴ ἐκεῖνα τεθεωρημένα· καὶ ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ, σαφῆ εἶναι· (σημεῖον γὰρ ὅτι ὁ λόγος, ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον·) 2. καὶ μήτε ταπεινὴν, μήτε ὑπὲρ τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ πρέπουσαν· ἡ γὰρ ποιητικὴ ἴσως οὐ ταπεινὴ, ἀλλ' οὐ πρέπουσα λόγῳ. 3. τῶν δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια· 4. μὴ ταπεινὴν δὲ, ἀλλὰ κεκοσμημένην, τἆλλα ὀνόματα ὅσα εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς [a]· τὸ γὰρ ἐξαλλάξαι ποιεῖ φαίνεσθαι σεμνοτέραν [b]· ὥσπερ γὰρ πρὸς τοὺς ξένους οἱ ἄνθρωποι, καὶ πρὸς τοὺς πολίτας, τὸ αὐτὸ πάσχουσι καὶ πρὸς τὴν λέξιν.

a Cap. 14.
b Coniun. l. Poëtic. cap. 13.

[a] Sint ergo ea, *quæ in Poëticis docuimus*, conſyderata; & definita ſit Elocutionis virtus, [b] *cùm* vt perſpicua ſit, (Signum enim *huius eſt*, quòd oratio, niſi *rem* declarat, non obibit ſuum ipſius munus:) 2. [c] Tùm vt neque humilis *ſit*, neque ſupra dignitatem, ſed decora: Nam poëtica fortaſsè, non humilis *exiſtimari poteſt*, ſed non decora *eſt* orationi. 3. [1] *Ex* nominibus autem, & verbis, perſpicuam quidem efficiunt *ea* quæ *dicuntur* propria. 4. [d] Non humilem verò, ſed ornatam alia *faciunt* nomina, quęcunque dicta ſunt in *libris* de Poëtica: [e] Immutatio enim *Propriorum* efficit, vt *oratio* appareat grandior: [f] Quemadmodùm enim homines erga peregrinos, & erga *ſuos* ciues *affecti, illos quidem admirantur, hos autem parui faciunt*; Sic afficiuntur etiam erga Elocutionem *quotidianam, & erga nouam,*

a Præſuppoſit. *nominum generibus* ex Poet. cap. 14. iuxtáque Definitâ *Elocutionis virtute*, vt ſit,
b Cùm *Perſpicua*;

c Tùm *Decora*:

1°, Docet, *Alia nominum genera aliam Elocutionem* conficere: Perſpicuam quidem, nomina Propria:
d *Decoram* excultámque, *Immutata*, ſeu *Tropica*:

e *Seceſſus* enim à *loquelâ communi* (quem faciunt Tropica) quaſi *nobilitatem orationi* addit:
f Vt enim *peregrinos ſuſpicim*⁹, *tanquam* incredibili *virtute donatos*; *domeſticos præterimus*:
g *Pari* conditione, etiam *orationem attendimus*.

h Hinc, *ne vileſcat* illa, *dabis operam, quò cudatur peregrina,* &c.

2a, Prob. Tropica nomina, IN POETarum quidem *verſibus, identidèm vſurpata, elocutionem* vt *peregrinam, ità & decoram* reddere:

i Nullus enim ornatus, argumentum poeſeos tam grande, aut perſonas tam honeſtas non decet.

k IN PROSAM verò, *pauciora* huiuſmodi *aduentitia coöptari*:

l Quià *& perſonæ & res* ipſæ *viliores* ſunt, quàm vt *eiuſmodi ornamenta* recipiant.

m Veruntamen *orationi Quotidianæ ſua* etiam debetur *ornatus*, &c.

n Hinc, *Monendus* Orator, cùm talia nomina attingere neceſſum ſit, *clàm id faciat*; vt *ne artificiosè, ſed naturâ duce,* dicere intelligatur:

Rat. 1a, Ret n *auditorum, quibus perſuadendis hoc magni momenti* eſt, *illud* verò *minimi*.

2a, Ret n *dicentium*, quorum *elocutio*, ſi *palàm ſe iactet, ſimilimè* ſe habet, *ac Theodori* Tragœdi *genuina Pronunciatio ad* hiſtriones *cæteros*.

o *Ratio* autem *celandi artificij* ne proſter, *tutiſſima* erit, *Siquis* (vitatis ſublimioribus) ex *familiari loquelâ metaphoram ducat,* nec inuitam.

p His præſuppoſit. ac demonſtratis: GENERATIM docet [*Ex Quib. nominib. conficiatur elocutio?*] ſic: Cùm *nomina* &c. ſint *Orationis ſylua*:

q *Eorumq. ſpecies* omnes *traditæ* fuerint Poet. cap. 14.

r Certè *ex nominibus, Quæ* appellantur *Linguæ & Iuncta,* nec non *Facta*, raro *& modicè inculcanda* erunt; quippè certis reſeruanda temporibus & locis.

nouam. h Quamobrem oportet locutionem efficere peregrinam: Admirabiles enim *ſunt*, exterorum *hominum ſermones*: Iucundum verò eſt, admirabile. 5. [2] Ac in metris quidem, frequens *dictorum nominum vſus* & facit hoc, (*vt oratio ſit Peregrina, &c.*) & *decorè* conuenit ibidem: i Plurimùm enim excelluêre, *& à quotidianis rebus diſceſsêre* res, & perſonæ illæ de quibus oratio *eſt*: k In nudis autem ſermonibus, multò paucioribus *illis vti conceditur*: Argumentum enim *ſolutæ orationis, eſt* humilius: l Siquidem & hìc, *i. in ſoluta oratione*, ſi aut ſeruus, vel valdè iuuenis, aut *ſi cuiuſuis fortunæ quis* de rebus puſillis ornatè loquutus fuerit; *hoc* minùs decorum *videtur, quàm in Poëſi*: m Verùm eſt etiam in his *ſermonibus* id, quod *pro rerum, & perſonarum ratione* contrahitur, & dilatatur, decorum. 6. n Quamobrem, dùm *id* facimus, oportet *nos Auditorem* fallere, & non videri dicere fictè, ſed naturalitèr: 1 Hoc enim, appoſitum *eſt* ad perſuadendum; illud verò, contrarium: Nam *ab eo qui talibus vtitur*, tanquàm ab inſidiatore, cauent *homines*; quemadmodùm *cauere ſolent* à vinis permixtis: 2 Atque *hoc ità ſe habet*, velut Theodori vox affecta eſt ad *vocem* aliorum hiſtrionum: Hæc enim, ipſius Dicentis (*ex cuius ore exibat*) videbatur eſſe; illæ verò, *à Perſonâ* Dicentis alienæ *& fictitiæ* 7. o Rectè autem occultatur *artificium*, ſi quis *nominibus illis* ex quotidiano ſermone ſelectis, *orationem* componat *ſuam*: Id quod Euripides facit, & primus *omnium orationem ſic expolire* oſtendit. ¶ 8. p Cùm autem nomina & verba, ſint ea ex quibus oratio conſtat: q Nomina verò tot habeant ſpecies, quot conſyderatæ ſunt *in lib.* de Poeticâ; r Ex his *ſpeciebus*, ea quidem, *quæ vocantur* Linguæ, & duplicia nomina, & Facta, raro, & paucis in locis vſurpanda *ſunt*: (Vbì verò *vti liceat*, poſteriùs dicemus; & Quãobrem *raro vſurpanda, ſuperiùs* dictum

διὸ δεῖ ποιεῖν ξένην τὴν διάλεκτον· θαυμασταὶ γὰρ τῶν ἀπόντων εἰσίν· ἡδὺ δὲ τὸ θαυμαστόν[c]. 5. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μέτρων πολλά τε ποιεῖ τοῦτο, καὶ ἁρμόττει ἐκεῖ· πλέον γὰρ ἐξέστηκε, περὶ ἃ, καὶ περὶ οὓς ὁ λόγος· ἐν δὲ τοῖς ψιλοῖς λόγοις, πολλῷ ἐλάττοσιν· ἡ γὰρ ὑπόθεσις ἐλάττων· ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα, εἰ δοῦλος καλλιεπεῖτο, ἢ λίαν νέος, ἀπρεπέστερον· ἢ περὶ λίαν μικρῶν· ἀλλ' ἔστι καὶ ἐν τούτοις ἐπισυστελλόμενον καὶ αὐξανόμενον τὸ πρέπον· 6. διὸ δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας, καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως· τοῦτο γὰρ πιθανόν· ἐκεῖνο δὲ, τοὐναντίον· ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται, καθάπερ πρὸς τοὺς οἴνους τοὺς μεμιγμένους· καὶ οἷον ἡ Θεοδώρου φωνὴ πέπονθε πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ὑποκριτῶν· ἡ μὲν γὰρ, τοῦ λέγοντος ἔοικεν εἶναι, αἱ δ', ἀλλότριαι· 7. κλέπτεται δ' εὖ, ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου ἐκλέγων συντιθῇ· ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ, καὶ ὑπέδειξε πρῶτος· ¶ 8. ὄντων δὲ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἐξ ὧν ὁ λόγος συνέστηκε, τῶν δὲ ὀνομάτων τοσαῦτ' ἐχόντων εἴδη ὅσα τεθεώρηται ἐν τοῖς περὶ ποιήσεως· τούτων γλώτταις μὲν καὶ διπλοῖς ὀνόμασι, καὶ πεποιημένοις, ὀλιγάκις καὶ ὀλιγαχοῦ χρηστέον· ὅπου δὲ, ὕστερον ἐροῦμεν[d]· τό, τε διὰ τί[e] εἴρηται·

c *Coniun. lib.1.c.11. p.31. & lib. Poet. c.10 p.24.*

d *Infrà ca.3. & ca.7.p.11.*
e *Supr. pa.5.*

ται· ἐπὶ τὸ μεῖζον γὰρ ἐξαλλάττει τοῦ πρέποντος. 9. τὸ δὲ κύριον, καὶ τὸ οἰκεῖον, καὶ μεταφορὰ, μόναι χρήσιμοι πρὸς τὴν τῶν ψιλῶν λόγων λέξιν· σημεῖον δὲ, ὅτι τούτοις μόνοις πάντες χρῶνται· πάντες γὰρ μεταφοραῖς διαλέγονται, καὶ τοῖς οἰκείοις, καὶ τοῖς κυρίοις· ὥστε δῆλον ὡς ἐὰν εὖ ποιῇ τις, ἔσται τε ξενικὸν, καὶ λανθάνειν ἐνδέχεται, καὶ σαφηνιεῖ. αὕτη δ' ἦν ἡ τοῦ ῥητορικοῦ λόγου ἀρετή· 10. τῶν δ' ὀνομάτων, τῷ μὲν σοφιστῇ ὁμωνυμίαι χρήσιμοι· παρὰ ταύτας γὰρ κακουργεῖ· 11. τῷ ποιητῇ δὲ συνωνυμίαι· λέγω δὲ κύριά τε καὶ συνώνυμα, οἷον "τὸ πορεύεσθαι, καὶ "τὸ βαδίζειν· ταῦτα γὰρ ἀμφότερα, καὶ κύρια καὶ συνώνυμα ἀλλήλοις· ¶ 12. τί μὲν οὖν τούτων ἕκαστόν ἐστι, καὶ πόσα εἴδη μεταφορᾶς, καὶ ὅτι τοῦτο πλεῖστον δύναται, καὶ ἐν ποιήσει, καὶ ἐν λόγοις, αἱ μεταφοραὶ, εἴρηται, καθάπερ ἐλέγομεν [f], ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς [g]. τοσούτῳ δ' ἐν λόγῳ δεῖ μᾶλλον φιλοπονεῖσθαι περὶ αὐτῶν, ὅσῳ ἐξ ἐλαττόνων βοηθημάτων ὁ λόγος ἐστὶ τῶν μέτρων· καὶ τὸ σαφὲς, καὶ τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ ξενικὸν ἔχει μάλιστα ἡ μεταφορά· καὶ λαβεῖν οὐκ ἔστιν αὐτὴν παρ' ἄλλου· ¶ 13. δεῖ δὲ καὶ τὰ ἐπίθετα, καὶ τὰς μεταφορὰς ἁρμοττούσας λέγειν· τοῦτο δ' ἔσται ἐκ τοῦ ἀνάλογον· εἰ δὲ μὴ, ἀπρεπὲς φανεῖται, διὰ τὸ παράλληλα τὰ ἐναντία μάλιστα φαίνεσθαι· ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν ὡς νέῳ φοινικὶς, οὕτω γέροντι τί· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ πρέπει ἐσθής· 14. καὶ ἐάν τε κοσμεῖν βούλῃ, ἀπὸ τοῦ βελτίονος τῶν ἐν ταὐτῷ γένει φέρειν τὴν μεταφορὰν, ἐάν τε ψέγειν,

f Par. 5.
g Poet. c. 14 p. 14.

ſuit: In exceſſum enim quendam *orationem* tranſmouent, ab eo, *quod tuendum eſt*, decoro. 9. [f] Proprium autem *ſuæque rei* accommodatum *nomen*, & Tranſlatio, tantùm proſunt ad nudorum ſermonum elocutionem: [t] Signum verò *huius eſt*, quòd his ſolis vtuntur omnes: Omnes enim colloquuntur Tranſlationibus, & Suis, ac Proprijs: [u] Quare ſi quis rectè *hoc* fecerit, perſpicuum *eſt* & peregrinitatem *quandam* fore, ac latere *eum* poſſe; & perſpicuè *illum eſſe* dicturum. Hæc autem *definita eſt* eſſe oratoriæ orationis virtus. 10. [x] Ex nominibus verò *Proprijs & Tranſlatis*, [1] *ea quæ* Homonymiæ *dicuntur*, Sophiſtæ accommodata *ſunt*: In his enim fraudem conatur facere: 11. [2] *Ea* verò, *quæ* Synonymiæ, Poëtis: Dico autem *ea*, quæ & Propria *ſunt* & Synonyma, *eſſe*, velut, "Ire, & "Proficiſci: Hæc enim ambo, *ſimùl* & Propria *ſunt*, & inter ſe Synonyma. ¶ 12. [y] Ac horum quidem vnumquodq; [1] Quid ſit, & Quot *ſint* ſpecies Tranſlationis, & Quòd hoc, i. Tranſlationes, cùm in Poëſi, tùm in *ſoluta* oratione plurimùm poſſint, expoſitum eſt, vti dixi, in lib de Poëticâ. [2] In oratione autem, tantò magis de ipſis *eligendis* laborare oportet, [z] quantò ex paucioribus *ornamentorum* auxilijs, *ſoluta* oratio conſtet, quàm metra; [a] Et quò magis Tranſlatio *præ cæteris*, perſpicuum habeat, & Iucundum, & Peregrinum; [b] Nec ipſam ab alio *authore* liceat accipere. ¶ 13. [c] Oportet verò [1] & Epitheta, & Tranſlationes congruentes dicere: Atque hæc *congruitas* erit ex proportione: [d] Sin minùs ità *congruant*, indecorum apparebit *in verbis*; quià iuxta ſe poſita contraria apparent maximè: [e] Sed videre oportet, *v. gr.*, vt iuueni purpura, ſic ſeni quid *conueniat*: non enim eadem *ambobus* conuenit veſtis. 14. [f] Et ſi *Tranſlatis* ornare quidem velis, *oportet* à melioribus, quæ *ſunt* in eodem genere, ducere tranſlationem: Sin vituperare, à peioribus:

f *Propria* verò *&* *Metaphoras vbiquè* orationi *intexere, impunè* integrumque fuerit, nec ſine magno Dicentis commodo:

t Vndè, *hæc duo, quorum* quiſque è populo *eſt, qui non* inter loquendum *captet, abſque* omni *metu?*

u Adeò vt, *cui* concinnè & *feliciter hoc ceſſerit*, eidem Elocutio, & *decora* ſit *ob Metaphoram* & *ob* nominum *Proprietatem dilucida.*

x His *affinia* ſunt *vocabula* alia: Vt

1 *Homonymiæ, Metaphoris ſcil. cognatæ*: quæ *aptiores Sophiſtis* ſunt, ad imponendum populo.

2 Et *Propria* nonnulla, *quæ* dicuntur *Synonyma*: Ea quidem *Poëtis magis vtilia.*

y Speciatìm de *Tropicis*, ac *præcipuè de Metaphoris* dicturus, *ait,*

1 *Tropicorum* ſingulorum *definitiones*, & *Metaphoræ ſpecies ac vires* explanatas fuiſſe, Poetic. c. 14 &c.

2 In *Metaphorarum* autem *Selectu, multùm* hîc *operæ ponendum* eſſe: Ret u,

z Et *Orationis*; Cui *pauciora* ſubſidia *ſuppetunt, quàm metris*:

a Et *Metaphoræ*; quià *&* *plurimas* illa *dotes* in ſe *habeat*:

b Et *noſtroptè* acumine *cudenda* ſit, *non aliundè mendicanda.*

c In *Metaphoris* ergo *&* *Epithetis*, quo nihil ſit abſoni, *cuſtodiendæ ſunt leges duæ*: 1 a *gemina*; Tùm *vt rebus ipſis congruæ* ſint, *ex proportione*:

d Hoc, *neglectum ſi* fuerit; quicquid ſubeſt *indecori, palàm eminet*:

e *Proportionis autem ſeruandæ* ratio eſt, *in verbis, vt in veſtibus*: Si neſcias, *quæ veſtis ſeni* videto *quæ adoleſcenti* congruat.

f Tùm *vt ſumantur à meliori quòque in eodem genere, ſi laudandum* ſit; à *deteriori*, ſi *dehoneſtandum.*

g Exempl *Tranſlationum in Demonſtratiuo genere; A Specie ad Speciem:*

1ª eſt à *Mendicante ad Precantem,* quæ ambo *ſub Poſtulante* continentur.

2ª, Iphicrates, opprobrij causâ, *Calliam ſacerdotem Deæ Matris,* vocauit *Metragyrtam, qui ſtipem Deæ cogebat;* quod *munus* erat *vilius.*

h Callias contrà *ſe Daduchum, qui faces Deæ præferebat;* quod *Miniſterium honorificum* fuit.

i *Ambo hæc* autem, ſub eodem genere: ſc. *Famulo Matris Deæ.*

k *A* Genere *ad Spec. vel contrà;*

1ª, Quidam, *hiſtriones Bacchi* famulos, deturpandi causâ, vocauit, *Adulatores eius impuros.* Illi verò, *ſe artifices;* generali titulo & honeſto.

2ª, Et ità, *Prædones,* qui turpitèr rem augent, *ſe Rei-coactores* nuncupant.

l Vndè & *in Iudiciali genere,* dantur Metaphoræ, *& à ſpec. ad ſpec.*

m Et *à gen. ad ſpec.* contràque.

n In *Metaphoris* dictis *duo peccata* incidunt:

1m, *Si maior minorvè* fit Metaphora, *quàm vt rei quadret:* Exempla ex Euripid. Telepho.

2m, Si *voces aſperæ rebus mollibus applicentur.*

o Ex. gr. Dionyſius *Poeſin* (quæ *vox ſuauis* eſt) vocauit *clangorem,* i. *inconditum ſonum.*

p Sin autem *vox* afferatur *nihil ſignificans; amandanda illa* quidem *vt vitioſa,* non tantùm vt erronea.

2 Altera lex bimembr. 1 *vt ſumantur à rebus affinibus:* interim

peioribus: g Dico autem, veluti; quoniam contraria *ſunt* in eodem genere; 1 cùm dicas, " mendicantem quidem precari, precantem verò mendicare; *in iſtis,* quià vtrumque eorum eſt petitio, *id* facias licet, quod dictū eſt: 2 Quemadmodùm & Iphicrates Calliam *matris Jdeæ miniſtrum,* " Metragyrtam, *i. ſtipis coactorem,* ſed non " Dadûchum, *i. tædiferum ſacerdotem,* vocauit: h Hic autem reſpondit; " Eum ſacris *Cereris* non initia' tum eſſe: *Alioqui* enim non Metra' gyrtam ipſum appellâſſet, ſed Dadû' chum: i vtrumque enim *horum* ad *eandem* Deam *refertur:* ſed illud, honoratum; hoc verò, inhonoratum. k Et hic quidem 1 " Διονυσοκόλακας, *i. Bacchi aſſentatores impuros,* vocauit; Ipſi verò ſe " τεχνίτας, *i. apparatus ſcænici artifices, ſeu fabulæ actores,* vocant: Ambo enim hæc *vocabula, ſunt* tranſlatio; illa quidem, ſordibus inquinantium *ſeu dedecorantium;* hæc verò, contrà. 2 Et prædones quidem, ſemetipſos nunc *dierum honéſto nomine* " lucrifactores appellant. l Quamobrem *ſimilitèr* licet dicere, " illum ' qui iniuriam fecit, errare; illum ve' rò qui *lenitèr* errat, iniuriam feciſſe. m Et " Eum qui ſurripuit, & ſumpſiſ' ſe, & populatum eſſe. 15. n Illud autem, 1 ſicut Telephus Euripidis inquit, " Remum imperio regere, *pro Nauclerum eſſe:* &, " *cùm* Deſcendiſſet in Myſiam; *eſt* indecorum; quià " Imperio regere maius *eſt,* quàm pro *remi* dignitate: Non igitur clàm fuit *ſtudium exornantis.* 16. 2 Ineſt autem & peccatum in ipſis *verborum* ſyllabis, niſi *ibi* fuerint iucundæ ſigna vocis: o Veluti Dionyſius *cognomento* Æneus, in Elegis appellat Poeſin, " *Clangorem Calliopes:* — eò quòd ambo (*Clangor, & Poeſis*) *ſint* voces. 17. p Ea autem Metaphora, *quæ* vocibus *fit* nihil ſignificantibus, *omninò* vitioſa, *& abiecta eſt.* ¶ 18. 2 Præterea verò, non è longinquo, 1 ſed ex cognatis, & eiuſdem ſpeciei rebus tranſ-

ἀπὸ τῶν χειρόνων· λέγω δ' οἷον, ἐπεὶ τὰ ἐναντία ἐν τῷ αὐτῷ γένει, τὸ φάναι, " τὸν μὲν πτωχεύ' οντα εὔχεσθαι, τὸν δὲ ' εὐχόμενον πτωχεύειν· ὅτι ἄμφω αἰτήσεις, τὸ εἰρημένον ἐστὶ ποιεῖν· ὡς καὶ Ἰφικράτης Καλλίαν " μη' τραγύρτην, ἀλλ' οὐ " δα' δοῦχον. ὁ δὲ ἔφη, " ἀ' μύητον αὐτὸν εἶναι· οὐ ' γὰρ ἂν μητραγύρτην αὐ' τὸν καλεῖν, ἀλλὰ δα' δοῦχον· ἄμφω γὰρ περὶ θεόν· ἀλλὰ τὸ μὲν, τίμιον· τὸ δὲ, ἄτιμον. καὶ ὁ μὲν " διονυσοκό' λακας, αὐτοὶ δ' αὑτοὺς " τεχνίτας καλοῦσι. ταῦτα δ' ἄμφω μεταφορά, ἡ μὲν, ῥυπαινόντων· ἡ δὲ, τουναντίον. καὶ οἱ μὲν λῃσταὶ, αὑτοὺς " ποριστὰς καλοῦσι νῦν· διὸ ἔξεστι λέγειν, " τὸν ἀδικήσαντα μὲν, ἁ' μαρτάνειν· τὸν δ' ἁμαρ' τάνοντα, ἀδικῆσαι· καὶ " τὸν κλέψαντα, καὶ λα' βεῖν, καὶ πορθῆσαι· 15. τὸ δὲ ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησὶ, " κώπας ἀνάσσειν, καὶ " ἀποβὰς εἰς Μυσίαν, ἀπρεπὲς, ὅτι μεῖζον " τὸ ἀνάσσειν, ἢ κατ' ἀξίαν· οὐ κέκλεπται οὖν· ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς συλλαβαῖς ἁμαρτία, ἐὰν μὴ ἡδείας ᾖ σημεῖα φωνῆς· οἷον, Διονύσιος προσαγορεύει ὁ χαλκοῦς ἐν τοῖς ἐλεγείοις, " Κραυγὴν Καλλιόπης—, τὴν ποίησιν, ὅτι ἄμφω φωναί· 17. φαύλη δὲ ἡ μεταφορὰ, ταῖς ἀσήμοις φωναῖς· ¶ 18. ἔτι δὲ, οὐ πόρρωθεν δεῖ, ἀλλ' ἐκ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ὁμοειδῶν μεταφέρειν

ρειν τὰ ἀνώνυμα ὠνομασμένως, ὃ λεχθὲν δῆλόν ἐστιν ὅτι συγγενές· οἷον ἐν τῷ αἰνίγματι τῷ εὐδοκιμοῦντι,

« Ἄνδρ᾽ εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ᾽ ἀνέρι κολλήσαντα·

ἀνώνυμον γὰρ τὸ πάθος. ἔστι δ᾽ ἄμφω πρόσθεσίς τις. κόλλησιν τοίνυν εἶπε τὴν τῆς σικύας προσβολήν· 19. καὶ ὅλως ἐκ τῶν εὖ ᾐνιγμένων ἔστι μεταφορὰς λαβεῖν ἐπιεικεῖς· μεταφοραὶ γὰρ αἰνίττονται· ὥστε δῆλον ὅτι εὖ μετενήνεκται· 20. καὶ ἀπὸ καλῶν· κάλλος δὲ ὀνόματος, τὸ μὲν, ὥσπερ Λικύμνιος λέγει, ἐν τοῖς ψόφοις, ἢ τῷ σημαινομένῳ· καὶ αἶσχος δὲ ὡσαύτως· 21. ἔτι δὲ τρίτον, ὃ λύει τὸν σοφιστικὸν λόγον· οὐ γὰρ ὡς ἔφη Βρύσων, « οὐθένα αἰσχρολογεῖν, εἴπερ τὸ αὐτὸ σημαίνει τόδε, ἀντὶ τοῦ τόδε εἰπεῖν· 22. τοῦτο γάρ ἐστι ψεῦδος· ἔστι γὰρ ἄλλο ἄλλου κυριώτερον, καὶ ὡμοιωμένον μᾶλλον, καὶ οἰκειότερον, τῷ ποιεῖν τὸ πρᾶγμα πρὸ ὀμμάτων. ἔτι δὲ οὐχ ὁμοίως ἔχον σημαίνει τόδε καὶ τόδε· ὥστε καὶ οὕτως, ἄλλο ἄλλου κάλλιον, καὶ αἴσχιον θετέον· ἄμφω μὲν γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν σημαίνουσιν· ἀλλ᾽ οὐχ ᾗ καλὸν, ἢ οὐχ ᾗ αἰσχρόν· ἢ ταῦτα μὲν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἧττον· 23. τὰς δὲ μεταφορὰς ἐντεῦθεν οἰστέον ἀπὸ καλῶν, ἢ τῇ φωνῇ, ἢ τῇ δυνάμει, ἢ τῇ ὄψει, ἢ ἄλλῃ τινὶ

ferre oportet; *atque ità, vt ſi* quæ nullum *proprium* nomen habent, *proferantur* cum nomine; quod *quidem ſimùl atque* prolatum, perſpicuum *ſtatìm ſit* cognatum *eſſe*: [q] velut in Ænigmate *illo* feſtiuo,

« *Virum vidi igne æs viro agglutinantē*:
Hæc *enim cucurbitulæ paſſio ſeu receptio*, nomine *vno* caret. [r] Vtrumque autem, (*& agglutinatio, & cucurbitulæ vſus*) eſt Appoſitio quædam: Idcircò cucurbitulæ appoſitionem, *rectè vno nomine* vocauit Agglutinationem. 19. [ſ] Et omninò, ex bellè *ſcitéque prolatis* Ænigmatibus, licebit Tranſlationes ſumere aptas, *& elegantes*: Tranſlationes enim (*vt partes quædam*) faciunt Ænigmata: Quare perſpicuum *eſt*, *Aenigmata, ſi bellè prolata fuerint*, bellè *ſeu vrbanè* tranſlata fuiſſe. 20. [2] Item *transferre par eſt* à rebus pulchris *& honeſtis*: [t] *Honeſtas* autem, *ſeu* pulchritudo nominis, vt Lycimnius *Sophiſta* ait, *eſt* [1] in *ſonis*, vel [2] in *re* ſignificatâ: Et turpitudo eodem modo. 21. [3] Prætereà, tertius *eſt modus*, qui ſoluit Sophiſticam rationem: [u] Non enim *verè ſe habet* id, quod dixit *Sophiſta* Bryſon; « Neminem *propter ſignificatum vocabuli*, obſcœnè *poſſe* loqui; Siquidem idem ſit ſenſus *tuus*, cùm vnum *vocabulum* pro alio *per Metaphoram* proferas: 22. [x] Hæc enim *ratio* eſt falſa: [y] Nam aliud *nomen* eſt alio magis proprium, & magis aſſimilatum *per Imaginem*, atque accommodatius, ad ponendam rem ante oculos. [z] Prætereà, non ſimilitèr *rem ſe* habentem ſignificat hoc *nomen*, & illud: Quare ſic etiam *nominum* aliud alio honeſtius, vel turpius *eſſe*, ponendum *eſt*: [a] Nam ambo quidem *nomina* honeſtum, & turpe ſignificant; ſed non quatenùs honeſtum, neque quatenùs turpe: [b] Aut *ambo* eadem quidem *ſignificant*, ſed *tamen vel* magis vel minùs *honeſta*, *& turpia*. 23. [c] Tranſlationes autem hinc ducendæ *ſunt*, *ab ijs ſc.* quæ vel [1] voce, vel [2] vi, vel [3] adſpectu, aut alio aliquo ſenſu

tamen, vt, quæ *proprio nomine carent, tali donentur, quo* ſimùl prolato, *apertè teneatur affinitas.*

[q] Exempl. Ænigmatis maximè celebris; in quo *Cucurbitulæ vſus* (qui vno nomine caret) *per Metaph. à ſpec.* ad ſpec. appellatur *Agglutinatio*:

[r] *Ambo autem hæc* ſub eodem genere: ſc. *Adpoſitione.*

[ſ] Omninò, quià *Aenigmatis partes* ſunt *Metaphoræ*, & vrbani vrbanæ: *explicatis* bellè *Aenigmatum partibus, tranſlationum feſtiuarum copia* neutiquàm decrit.

2. *Vt ducantur non modò à Cognatis* rebus, *ſed & à Specioſis*; quò ipſis, quæ animos oblectet, pulchritudo adſit.

[t] Scias autem, *Pulchritudinem ac deformitat. nominis* eſſe 1°, in *Sono*: 2°, in *Re ipsâ*:
3°, *In ſignificatuum diuerſitate*:
Ex quâ, [u] *Sophiſma* Bryſonis, [*Nihil eſſe obſcœnum dictu*: *Quià cùm* 2[b]. *Synonymis, vt fit, rem notes; vel vtrumque turpe eſt, vel neutrum: ſiquidem res quæ notatur, eadem ſit.*]

[x] *Soluitur*, inquam, *hoc modo*: Licèt enim *duo nomina eandem rem notent*; *vnum* tamen *altero* eſt *honeſtius*;

[y] Vel *quia rei explanandæ magis proprium*, &c.

[z] Vel *quia ſub aliâ atque aliâ ratione eandem exprimit.*

[a] Rat. dicti; quià eandem exprimit; Vel *non vt eandem*, ſed *quatenùs honeſtam aut turpem*:

[b] Vel *vt eandem, non abſolutè*, ſed vt *magis minuſuè honeſtā*, &c.

[c] Ex dictis patet [*A Quibus reb. pulchris ducenda ſit Metaphora?*] ſc. à *Pulchris* [1] *in ſono*, [2] *in facultate*, [3] *in ſenſibus his vel illis.*

d *Singulis* etiam *ſenſib.* res *aliæ gratiores* alijs: Ex. gr. Adſpectui: ex Iliad. 2°, & alibi.

e *Quod de Metaphoris ſuprà docuit par. 14a, Idem hîc produci* poteſt,

1°, *Ad Epitheta*: Ea, ſi quem *laudare* vis, à *meliori parte* ſumi, ſin *vituperare*, à *deteriori*.

Exempl. 1m, Ex Euripid. de Oreſte:

2m, De Mulis Anaxilæ Olympionicæ; quos Simonides Poeta, Modò *dehoneſtandi*, *ſemiaſinas*;

f Modò *ornandi gratiâ*, pernicum *equorum filias* ſalutauit.

2°, Ad *Diminutiua nomina*, quæ *factitia* ſunt: Illa enim, *minuendo rei malum*, *eam ornant*; contrà, *bonum premendo*, *conterunt*:

g Exempl. ex Ariſtophanis Babylonijs (quæ non extat) vbi diminutiua ſunt,

Alia *ad minuendum bonum*;

h Alia *ad molliendum malum*.

ſenſu pulchra *ſunt*, *& honeſta*: d *Plurimum* verò intereſt, ſi *quis*, dicat, veluti, " --Roſeo-digitam Aurorá potiùs, quàm " Puniceo-digitam, vel adhuc, *quod* deterius eſt, " Rubrodigitam. ¶ 24. e Et 1 in Epithetis; Licet quidem Appoſitiones fieri à prauo, vel turpi; " velut, 1 *Oreſtes* " Matricida *à Menelao dicitur*: licet verò etiam *fieri* à meliori; velut, " *Oreſtes à ſeipſo*, " Patris vindex: 2 Et Simonides, cùm is quidem, qui mulis *Olympia* vicerat, exiguum ipſi præmium offerret, *carmen* facere noluit; quaſi grauaretur " in Semiaſinas *carmen* facere: f Vbi verò idoneum *præmium* dedit, *tunc* cecinit,

" *Saluete velocipedum filiæ equorum:*

Atqui aſellorum quoque filiæ erant. ¶ 25. 2 Prætereà, *licet* eandem rē *per nomen* diminuere: Eſt autem Diminutio quæ minus reddit & malum, & bonum; g Quemadmodùm & Ariſtophanes *per iocum* ludit in Babylonijs, pro aureo *nummo*, aureolum *vocans*, pro toga, togulam; h Item pro conuicio, conuiciolum; & morbulum. Cauere autem oportet in vtriſque *tàm Epithetis*, *quàm Diminutiuis*, & *accuratè* obſeruare modum.

αἰσθήσει. διαφέρει δ᾽ εἰπεῖν, οἷον " -- ῥοδοδάκτυλος ἠὼς μᾶλλον ἢ " φοινικοδάκτυλος, ἢ ἔτι φαυλότερον, " ἐρυθροδάκτυλος. ¶ 24. καὶ ἐν τοῖς ἐπιθέτοις, ἔστι μὲν τὰς ἐπιθέσεις ποιεῖσθαι ἀπὸ φαύλου ἢ αἰσχροῦ· οἷον, " ὁ μητροφόντης. ἔστι δ᾽ ἀπὸ τοῦ βελτίονος· οἷον, " ὁ πατρὸς ἀμύντωρ· καὶ ὁ Σιμωνίδης, ὅτε μὲν ἐδίδου μισθὸν ὀλίγον αὐτῷ ὁ νικήσας τοῖς ὀρεῦσιν, οὐκ ἤθελε ποιεῖν, ὡς δυσχεραίνων " εἰς ἡμιόνους ποιεῖν· ἐπεὶ δ᾽ ἱκανὸν ἔδωκεν, ἐποίησε,

" Χαίρετ᾽ ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων· καίτοι καὶ τῶν ὄνων θυγατέρες ἦσαν. ¶ 25. ἔτι, τὸ αὐτὸ ὑποκορίζεσθαι. ἔστι δὲ ὁ ὑποκορισμὸς, ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθόν· ὥσπερ καὶ ὁ Ἀριστοφάνης σκώπτει ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις, ἀντὶ μὲν χρυσίου, χρυσιδάριον· ἀντὶ δ᾽ ἱματίου, ἱματιδάριον· ἀντὶ δὲ λοιδορίας, λοιδορημάτιον, καὶ νοσημάτιον· εὐλαβεῖσθαι δὲ δεῖ καὶ παρατηρεῖν ἐν ἀμφοῖν τὸ μέτριον.

Expoſita ſunt nomina Propria, & Tranſlata, à partic. 12. preced. cap. ad finem: Nunc de ijs, quæ cùm in rebus notandis ineptè modum ſuperent, inſalſam & frigidam locutionem faciunt; Vt ſunt Duplicia nomina: Voces Alienæ & Barbaræ; Et ſimilia:

Cap. III.

De quatuor nominum generibus, quibus Frigida fit elocutio: dequè eorū vſu.

Primùm de Duplicibus, à par. 1. Deindè de Linguis, par. 2. Tertiò, de Epithetis intempeſtiuis &c. par. 3. Quartò, De Tranſlatis ineptis, à partic. 10.

a Nominum *Inſulſor.* 4r genera: 1m, *Duplicia*, ſeu nimis duritèr *tumidéque iuncta*.

b Eiuſmodi congeſſit *Poëta* Lycophron;

a Frigora autem in Elocutione, (*ſeu Elocutio Frigida*) in quatuor fieri ſolent: 1 In Duplicibus, *ſeu Coniunctis* nominibus; b velut, Lyco-

Τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν τέτταρσι γίγνεται κατὰ τὴν λέξιν, ἔν τε τοῖς διπλοῖς ὀνόμασιν· οἷον, Λυκόφρων, " τὸν

“τὸν πολυπρόσωπον οὐρανὸν. “τῆς μεγαλοκορύφου γῆς· καὶ “ἀκτὴν δὲ, στενοπόρον· καὶ ‘ὡς Γοργίας ὠνόμαζε, “πτωχόμουσος κόλαξ· “ἐπιορκήσαντας, καὶ “κατευορκήσαντας. καὶ ὡς Ἀλκιδάμας, “μένους μὲν ‘τὴν ψυχὴν πληρουμένην, “πυ-‘ρίχρων δὲ τὴν ὄψιν γιγνο-‘μένην· καὶ “τελεσφόρον ᾠήθη ‘τὴν προθυμίαν αὐτῶν γενή-‘σεσθαι· καὶ “τελεσφόρον τὴν ‘πειθὼ τῶν λόγων κατέστησε· καὶ “κυανόχρων τὸ τῆς θα-‘λάττης ἔδαφος· πάντα γὰρ ‘ταῦτα ποιητικὰ διὰ τὴν δίπλωσιν φαίνεται. μία μὲν οὖν αὕτη αἰτία· ¶ 2. μία δὲ τὸ χρῆσθαι γλώτταις· οἷον, Λυκόφρων “Ξέρξην πέλωρον ἄν-‘δρα· καὶ “Σκίρων, σίννις ἀ-‘νήρ· καὶ Ἀλκιδάμας, “ἄ-‘θυρμα τῇ ποιήσει· καὶ “τὴν ‘τῆς φύσεως ἀτασθαλίαν· καὶ “ἀκράτῳ τῆς διανοίας ὀργῇ ‘τεθηγμένον· ¶ 3. τρίτον δ᾽ ἐν τοῖς ἐπιθέτοις, τὸ, ἢ μακροῖς, ἢ ἀκαίροις, ἢ πυκνοῖς χρῆσθαι· ἐν μὲν γὰρ ποιήσει πρέπει γάλα λευκὸν εἰπεῖν· ἐν δὲ λόγῳ, τὰ μὲν, ἀπρεπέστερα· τὰ δὲ, ἂν ᾖ κατακορῆ, ἐξελέγχει καὶ ποιεῖ φανερὸν, ὅτι ποίησίς ἐστιν· 4. ἐπεὶ δεῖ γε χρῆσθαι αὐτῇ· (ἐξαλλάττει γὰρ τὸ εἰωθὸς, καὶ ξενικὴν ποιεῖ τὴν λέξιν·) ἀλλὰ δεῖ στοχάζεσθαι τοῦ μετρίου· ἐπεὶ μεῖζον ποιεῖ κακὸν τοῦ εἰκῆ λέγειν· ἡ μὲν γὰρ, οὐκ ἔχει τὸ εὖ· ἡ δὲ, τὸ κακῶς· 5. διὸ τὰ Ἀλκιδάμαντος ψυχρὰ φαίνεται· οὐ γὰρ ὡς ἡδύσματι χρῆται, ἀλλ᾽ ὡς ἐδέσματι τοῖς ἐπιθέτοις, οὕτω πυκνοῖς, καὶ μείζοσι, καὶ ἐπιδήλοις· οἷον, οὐχ ἱδρῶτα, ἀλλὰ “τὸν ὑγρὸν ‘ἱδρῶτα· καὶ οὐκ εἰς Ἴσθμια, ἀλλ᾽

phron *dicit*, “Multi-forme cælum: “Grandiverticis terræ: Et, “Littus ‘verò Anguſtivium. [c] Et, vt Gorgias nominabat, “Mendiciloquus Adu-‘lator: *Et* “Praueiuros, ac “Probe-‘iuros: [d] Et, vt Alcidamas, “Robo-‘re quidem animũ repletum; “Igni-‘colorem verò aſpectum eſſe factum: Et, “Finiferam putauit alacritatem ‘ipſorum futuram: Et, “Finiferã ſer-‘monum ſuadelam conſtituit: Et, “Cærulicolor maris ſolum. Omnia enim hæc, Poëtica ob duplicationem apparent. Atque hæc quidem vna *eſt Elocutionis Frigidæ* cauſa. ¶ 2. [a] Altera verò, cùm Linguis *alienis vel barbaris* vtimur; veluti, Lycophron, “Xerxem Pelorium virum, *i. monti æqualem*, Et “Sciron, Sinnis vir, *i. ſceleſtus*. [e] Et, Alcidamas “Athyrma *i. Oblectamentum* Poëſi: Et “Naturæ Ataſthaliam, *i. improbitatem*: Et, “Indomitâ animi iracundiâ exacûtum. ¶ 3. [3] Tertium *genus Frigorum*, in Epithetis; cùm vel longis, vel intempeſtiuis, vel frequentibus vtimur: [f] Nam in Poëſi quidem, decorum eſt dicere, “Album lac &c. [g] At in *Proſâ* oratione, hæc partim, indecora *ſunt, ſi longa, & intempeſtiua*; [*] partim, ſi nimis crebra *ſint*, arguunt *ſtudium dicentis*, atque apertè demonſtrant, Poëſin eſſe: 4. [h] Quandoquidem & ipsâ ſanè *Pœſi*, *in orationibus aliquantiſpèr* vti oporteat: (Immutat enim quotidianum *ſermonem*, & peregrinam elocutionem efficit:) [i] Veruntamen mediocritatis eſt habenda ratio; quoniam *Poëtica Elocutio* maius parit *in oratione* vitium, quàm ſi temerè, & *ex tempore quis* dicat: Illa enim *locutio*, non habet *in ſe*, quod benè *eſt*; hæc verò, quod malè. 5. [k] Quamobrem Alcidamantis Frigora apparent: Non enim is Epithetis, vt condimentis, ſed vt cibis vtitur; adeò crebris, & maioribus, & apertis: [1] Veluti, non *dicit* ſudorem, ſed “Humidum ſudorem: [l] Et, non ad Iſthmia, ſed “Ad *ſolennem*

c Et Gorgias *Sophiſta*;

d Et Alcidamas *Orator*.

2m genus; *Linguæ, i. externarum gentium voces*: Qualia plurima coäceruauit Lycophron,

e Et Alcidamas.

3m gen. *Epitheta* (*i. Adiuncta* nomina) quæ vel *impendiò prolixa* ſunt, vel *intempeſtiua*, vel *crebrò-repetita*.

f Talia enim, *in Pœſi quidem*, *locum* habent.

g *In proſâ* verò, *duo priora* ex his, *indecora* ſunt;

* 3m (*i. crebra Epitheta*) *manifeſtariam* facit *Poëſin*, non orationem.

h Cauſam dictorũ petas *licet* ex cap. 2. *Poëticâ* enim *phraſi*, in oratione *vſus eſt*, quià *vulgari Dialecto peregrinitatis* adiungit *aliquid*:

i Cæterùm *culturæ* tenendus *eſt modus*: Vt enim *extemporanea confabulatio*, *gratiæ expers* eſt; Ità *ſermo is*, *qui* ſibi *ornatum* tam *inutilem adſciuerit*, omninò *ineptus*.

k Exempla *Epithetorum affectatorum*, & *inanium*, apud Alcidamantem.

1o, *Epithetorum*, cùm *Adiectiuorum*;

l Tùm *Paraphraſticorum*.

nem

‘ nem Iſthmiorum conuentum : Et, non Leges, ſed “ Ciuitatum Regi‘nas legales : Et, non curſu, ſed “ Curſorio animi impetu : Et, non muſeum, *ſeu ſtudium*, ſed “ Naturæ ‘ cùm accepiſſet muſeum: [l] Et, “ Triſtem curam animi : [m] Et, non gratiæ, ſed “ Popularis gratiæ opifex: Et, “ Diſpenſator audientium voluptatis: Et, non Ramis, ſed “ Syluæ ramis occultauit: Et, non Corpus velauit, ſed “ Corporis pudorem. 6. [3] Et, “ Repræſentatricem animi cupiditatem : Hoc autem ſimùl & Duplex *nomen*, & Epitheton *eſt* : Quare *huiuſmodi dictione* Poëma fit : Item hoc modo ſimilitèr, “ Immenſam ‘ improbitatis exuperantiã: 7. [n] Quãobrem *Oratores ij*, qui *planè* Poeticè *cum Duplicibus & Epithetis* loquuntur, [1] cùm ob indecoram *dictionem, orationem* ridiculam, & frigidam faciunt, [2] tùm obſcuram *etiam*, propter loquacitatem : Quandò enim cognoſcenti *ſuperflua quis* inculcauerit, diſſoluit *id, quod inerat*, perſpicuum, offuſione obſcuritatis. 8. [o] *Vulgò* autem homines Duplicibus tunc vtuntur, quandò quid proprio nomine careat, *quo exprimi queat*; & oratio facilè iungi poſſit: Veluti, “ χρονοτριβεῖν, *i. tempꝰ terere:* [p] Sed ſi nimium *hoc fuerit*, omninò *euadit* Poëticũ. 9. [q] Quãobrẽ [1] vtiliſſima *eſt* Duplex locutio *Poëtis* Dithyrambicis, *ſeu Lyricis*: Iſti enim *ſunt* ſonori, *& pleni ſtrepitus*: [2] Linguæ autẽ Epicis, *ſeu Heroicis* : Nam *Heroicum poëma*, *res* grandis eſt, & ſuperba: [3] Tranſlatio verò *verſibus* Iambicis : His enim nunc vtuntur *Poëtæ*, vtì dictum eſt. ¶ 10. [4] Et præterea, quartũ Frigus in Tranſlationibus fit : Sunt enim etiam Tranſlationes *quædam* indecoræ, aliæ quidem, propter Ridiculum ; Nam vtuntur etiam Comici Tranſlationibus, *dùm riſum mouent*: [r] Aliæ verò, propter nimiam granditatem, & *ſublimitatem* Tragicam : 11. [ſ] Obſcuræ autem *ſunt Tranſlationes*, ſi longè *petitæ ſint* : velut [1] Gor-

2°, Rurſus *Epithetorum Adiectiuorum*;
[m] Itemque *Paraphraſticorum*.

3°, Addit exempla *Duplicium, & Epithetorum in vnum coniunctorum*, ex eod. Alcidam.

[n] Hinc, Oratori à *frequenti Duplicium atque Epithet. vſu, abſtinendum*:

1, Quià *omiſſo quod decet, ridiculam orationem* reddant:
2, Quià ſuperuacaneã *garrulitate rem* ſatis *apertã obſcurant, nedùm illuminant*.

[o] Except. *Duplicia* aliquandò *admittuntur*: tunc ſc. *cùm defectus vocabuli cogat, commodéque queat* nomen illud *coniungi*.

[p] Seruato *interim, quod monui* pa. 4.

[q] Corollar. part. 7æ, & 8æ: Indè enim fit, vt [1] *Nomina Iuncta* (quæ *poëſin* ſonant) *aptiſſima* ſint *Dithyrambicis*;
[2] *Externa*, quæ *granditatis plena*, poët. *Epicis*;

[3] *Tranſlata*, *Senarijs* verſibus, qui *propinqui* ſunt ſermoni communi.
4m genus; *Tranſlationes ineptæ*; *quales*, IN PRIMIS eæ, quæ *indecoræ*: idque Vel *quià nimis humiles*; Cuiuſmodi vtuntur Comici:

[r] Vel *quià nimis altæ* atque *exaggeratæ*; vt *Tragicam granditatem* iactent.
[ſ] Deinde & *illæ*, *quæ obſcuræ*; quià *longè ductæ*: Quo vitio lapſi aliquandò ſunt *Oratores* magni, & graues: vt [1] Gorgias Leontin.

“ εἰς τὴν τῶν Ἰσθμίων πανή‘γυριν· καὶ οὐχὶ νόμους, ἀλλὰ “ τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς ‘ νομίμους· καὶ οὐ δρόμῳ, ἀλλὰ “ δρομαίᾳ τῇ τῆς ψυχῆς ὁρ“ μῇ· καὶ οὐχὶ μουσεῖον, ἀλλὰ “ τὸ τῆς φύσεως παραλαβὼν ‘ μουσεῖον· καὶ “ σκυθρωπὸν τὴν ‘ φροντίδα τῆς ψυχῆς· καὶ οὐ χάριτος, ἀλλὰ “ πανδήμου ‘ χάριτος δημιουργός· καὶ “ οἰ‘κονόμος τῆς τῶν ἀκουόντων ‘ ἡδονῆς· καὶ οὐ κλάδοις, ἀλλὰ “ τοῖς τῆς ὕλης κλάδοις ἀ‘πέκρυψε· καὶ οὐ τὸ σῶμα παρήμπισχεν, ἀλλὰ “ τὴν τοῦ ‘ σώματος αἰσχύνην· 6. καὶ “ ἀντίμιμον τὴν τῆς ψυχῆς ‘ ἐπιθυμίαν· τοῦτο δ' ἅμα, καὶ διπλοῦν, καὶ ἐπίθετον· ὥστε ποίημα γίνεται· καὶ οὕτως, “ ἔξεδρον τὴν τῆς μοχθηρίας ‘ ὑπερβολήν· 7. διὸ ποιητικῶς λέγοντες, τῇ ἀπρεπείᾳ τὸ γελοῖον καὶ τὸ ψυχρὸν ἐμποιοῦσι, καὶ τὸ ἀσαφὲς διὰ τὴν ἀδολεσχίαν· ὅταν γὰρ γιγνώσκοντι ἐπεμβάλλῃ, διαλύει τὸ σαφὲς τῷ ἐπισκοτεῖν· 8. οἱ δ' ἄνθρωποι τοῖς διπλοῖς χρῶνται, ὅταν ἀνώνυμον ᾖ, καὶ ὁ λόγος εὐσύνθετος· οἷον “ τὸ χρονοτριβεῖν· ἀλλ' ἂν πολὺ, πάντως ποιητικόν· 9. διὸ χρησιμωτάτη ἡ διπλῆ λέξις τοῖς διθυραμβοποιοῖς [a]· οὗτοι γὰρ ψοφώδεις· αἱ δὲ γλῶτται, τοῖς ἐποποιοῖς· σεμνὸν γὰρ, καὶ αὔθαδες· μεταφορὰ δὲ, τοῖς ἰαμβείοις· τούτοις γὰρ νῦν χρῶνται, ὥσπερ εἴρηται [b]· ¶ 10. καὶ ἔτι τέταρτον τὸ ψυχρὸν ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίνεται· εἰσὶ γὰρ καὶ μεταφοραὶ ἀπρεπεῖς, αἱ μὲν, διὰ τὸ γελοῖον· χρῶνται γὰρ καὶ οἱ κωμῳδοποιοὶ μεταφοραῖς· αἱ δὲ, διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν καὶ τραγικόν· 11. ἀσαφεῖς δὲ, ἂν πόρρωθεν· οἷον Γοργίας

[a] Coniun. Poët. ca. 14. p. 15.

[b] Cap. 1. par. 17.

γίας "χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ ' πράγματα· "σὺ δὲ ταῦτα, ' αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ' ἐθέρισας· ποιητικῶς γὰρ ἄγαν· καὶ ὡς Ἀλκιδάμας, "τὴν φι- ' λοσοφίαν, ἐπιτείχισμα τῶν ' νόμων· καὶ "τὴν Ὀδύσσειαν, ' καλὸν ἀνθρωπίνου βίου κάτο- ' πτρον· καὶ "οὐδὲν τοιοῦτον ἄθυρ- ' μα τῇ ποιήσει προσφέρων· ἅπαντα γὰρ ταῦτα ἀπίθανα διὰ τὰ εἰρημένα· 12. τὸ δὲ Γοργίου εἰς τὴν χελιδόνα, ἐπεὶ κατ' αὐτοῦ πετομένη ἀφῆκε τὸ περίττωμα, ἄριστα τῶν τραγικῶν· εἶπε γὰρ, "αἰσχρόν γε ὦ Φιλομήλα· ὄρνιθι μὲν γὰρ, εἰ ἐποίησεν, οὐκ αἰσχρόν· παρθένῳ δὲ, αἰσχρόν. εὖ οὖν ἐλοιδόρησεν εἰπὼν ὃ ἦν, ἀλλ' οὐχ ὃ ἔστιν.

gias *vocat* "*Recentia negotia*, Viridia, ' & recens-ſanguinea: *Et*, "Tu verò ' hæc turpitèr ſeminâſti, malè autem ' meſſuiſti: Poeticè enim *dicta hæc* nimis: [a] Et, vt Alcidamas, "Philoſo- ' phiam, propugnaculum legum: Et, "Odyſſeam, pulchrum humanæ vitæ ' ſpeculum: Et, "Nullū tale oblecta- ' mentū poëſi afferens: Omnia enim hæc *Tranſlata*, ad perſuaſionem minùs ſunt appoſita, ob *ea* quæ dicta *ſunt*. 12. [t] Illud autem Gorgiæ in hirundinem (cùm aduersùs ipſum volans demiſiſſet ſtercus) *& ſimilia*, inter Tragicas *Metaphoras*, principatum obtinent: Inquit enim, "Turpe ſanè, ' ô Philomela: Nam aui quidem, *abſq; Metaphorâ* ſi hoc ceciniſſet, non turpe *fuiſſet*; virgini verò *Philomelæ*, turpe: Rectè igitur *ei* conuitiatus eſt, commemorando *ſc. id*, quod *olim* fuiſſet, non quod *iam* eſſet.

[a] Alcidamas.

[t] Except. *Nonnullæ Metaphoræ*, non vt oratoriæ, ſed *vt Tragicæ*, *recipiendæ*: velut, illud Gorgiæ *Apophthegma in hirundinem*: *quam*, proprio eius nomine relicto, *Philomelam vocauit, per hypallagen*; quæ quidem eſt Tranſlatio impropriè dicta.

De Imagine, ſeu Similitudine mollitâ.

Cap. IV.

Imago, Quid, à *Par.* 1. *& Quis eius vſus*, *Par.* 2. *Quomodò è rebus elicienda ſit*, à *Par.* 3. *Imaginum Vrbanarum exempl. varia*, à *Par.* 4.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ εἰκὼν μεταφορά· διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ, τὸν Ἀχιλλέα, "Ὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν, — εἰκών ἐστιν· ὅταν δὲ, "λέων ἐπόρουσε, μεταφορά· διὰ γὰρ τὸ ἄμφω ἀνδρείους εἶναι, προσηγόρευσε, μετενέγκας λέοντα τὸν Ἀχιλλέα. ¶ 2. Χρήσιμον δὲ ἡ εἰκὼν καὶ ἐν λόγῳ· ὀλιγάκις δέ· ποιητικὸν γάρ. ¶ 3. Οἰστέαι δὲ, ὥσπερ αἱ μεταφοραί· μεταφοραὶ γάρ εἰσι διαφέρουσαι τῷ εἰρημένῳ. ¶ 4. Εἰσὶ δ' εἰκόνες οἷον, ἣν Ἀνδροτίων εἰς Ἰδριέα, "ὅτι ὅμοιος τοῖς ἐκ τῶν δεσμῶν ' κυνιδίοις· ἐκεῖνά τε γὰρ ' προσπίπτοντα δάκνει, καὶ Ἰ- ' δριέα λυθέντα ἐκ τῶν δεσμῶν ' εἶναι χαλεπόν. καὶ ὡς Θεοδάμας

[a] Eſt verò etiam Imago, Tranſlatio: Differt enim parùm: * Nam quandò *Poëta* inquit de Achille; "Vt autē Leo, irruit — Imago eſt; quandò autem, "Leo irruit, *particulâ ſimilitudinis relictâ*, eſt Tranſlatio: Etenim quià ambo fortes ſunt, per Tranſlationem *à fortiſſimâ belluâ*, appellauit Achillem, Leonem. ¶ 2. [b] Vtilis verò etiam Imago *eſt* in oratione *Solutâ*, ſed rarò *vſurpanda*; quoniam *eſt* Poetica. ¶ 3. [c] Afferendæ verò *ſunt Imagines*, vt Tranſlationes: * Sunt enim Tranſlationes *quædam* differentes in eo *ſolo*, quod dictum *eſt*. ¶ 4. [d] Sunt autem Imagines; [1] veluti, quam Androtion in Idrieum, "Similem eum *eſſe* canibus vinculo ſo- ' lutis: Illi enim obuium mordent; & ' Idrieum ſolutum ex vinculis, eſſe

Bb 2 moroſum.

[a] Definito, *Quid ſit Imago*; *Tranſlatio ſc. cum expreſsâ ſimilitudinis notâ*, (Inſtar, tanquàm, ſicut, &c.) * vt eſt illa Homeri, Iliad. 20.

[b] Et *Vſu eiuſd.* declarato;

[c] Demonſtrat. [*Quomodò è rebus eliciatur?*] *Eodem ſc.* pacto, quo *Tranſlatio*; vt *quod* ſuprà *in illâ*, *idem in hâc* cuſtodias. * Rat. à Definit. p. 1.

d Exempl. *vrbanarum Imaginū*, quæ transferuntur *ex proportione in 2 b. terminis*:

1. Ex Androtione *de* Idrico, qui cùm *è carcere emiſſus* eſſet, itâ percitus, *in omnes paſsim irruit*.

2, Ex Theodamante, qui *Archidamum Geometriæ peritum*, *ſimilem* eſſe dixit *Euxeno deformi* atque improbo.

3, Ex Platon. de rep. lib. 5.

e Et lib. 6.

f Et lib. 10.

4, Ex Pericle *in Samios*, qui cō*medis* aliundè *acceptis*, *conquerebantur* de ijs qui *benignè fecerāt*.
g Et in *Bœotos*, qui *domeſticis diſcordijs* ſemetipſos *confecère*.

5, Ex Demoſthene duce, in *Athenienſes*, qui præ faſtidio *reperire nequibant*, *quod probarent*, quantumuis rectum.
6, Ex Democrate *in Oratores*, *qui fructus populo debitos* magna ex parte *interceperant*.

7, Ex Antiſthene *in Cephiſodotum ciuem perditum*; cuius mors, quæ haud longè abeſſe videbatur, *iuſtum omnibus gaudium attulit*.

h Notand. Dictas *Imagines* adeò *Metaphoris affines* eſſe, *vt hæ in illas* vltrò citroq; facilè *tranſeant*.

i Et proindè, *Tranſlationes vrbanas* (quales, illæ quæ ex proportione ſumuntur) *tranſmigrare in Imagines* : & retro *Imagines in Tranſlat.*

k Præcept. *Tranſlationes ex proportione* (quò inſit vrbanitas) ſemper *ità proferendas* eſſe, vt l Et alternatim *referantur in alteram partem*;
m Et in *ea*, *quæ continentur ſub eodem genere*.

‘ moroſum. 2 Et, vt Theodamas aſſimilabat “ Archidamum Euxeno Geometriam neſcienti : Et *hoc quoque* ex proportione *conuenit*: Eſt enim etiam Euxenus Archidamus Geometricus. 3 Et illud, in Politiâ Platonis; “ Qui ‘ mortuos *in prælijs* ſpoliant, ſimiles ‘ eſſe canibus, qui lapides mordent, ‘ nec attingunt *eos*, qui proiecerunt: e Et in populum *Athenienſem*, “ Similem eſſe nauclero, robuſto quidem, ‘ ſed ſurdaſtro: f Et in verſus Poetarum, “ Similes eſſe *adoleſcentibus* pulchritudine deſtitutis: Illi enim, cùm ‘ defloruerint; hi verò, cùm diſſoluti ‘ ſint, non apparent *ſibi ipſis eſſe* ſimiles. 4 Et illa Periclis in Samios; “ Similes ‘ eſſe ipſos infantibus, qui manſum ‘ recipiunt, ſed plorantes : g Et in Bœotos, “ Similes *eos* eſſe ilicibus: ‘ Nā & ilices à ſe cōtundi, & Bœotos ‘ inter ſe pugnare. 5 Et Demoſthenes *in* populum *Athenienſem*, “ Similem ‘ eſſe ijs, qui in nauigijs *ex eorum agitatu* nauſearent. 6 Et, vt Democrates aſſimilauit “ oratores nutricibus, ‘ quæ nutrimentum abſorbentes, ſaliuâ infantium *ora* inungunt. 7 Et, vt Antiſthenes “ Cephiſodotum ‘ gracilem, thuri aſſimilauit ; quòd ‘ dùm conſumitur, iucunditatem affert. h Omnes enim has, & vt Imagines, & vt Tranſlationes, *paruâ immutatione factâ*, proferre licet : i Quare perſpicuum *eſt*, quæcunque *voces* probatæ vrbanæque ſint, vt Tranſlationes *ex proportione* dictæ, has etiam *nullo labore Imagines* futuras : Et *viciſſim*, *quæcunque ſunt* Imagines, *eas fore* Metaphoras rationis *adiectione* indigentes. 5. k Semper verò oportet Tranſlationem eam quæ ex proportione *ſumitur*, referre & in alteram *partem*, & in eas *res quæ ſunt* eiuſdem generis : velut, “ Si poculū ‘ *eſt* Scutum Dionyſij *ſeu Bacchi*, etiam ‘ Scutum conuenit dici Poculum ‘ Martis. Ac oratio quidem *Soluta* componitur ex his *nominibus*, *quæ dicta ſunt*.

εἴκαζεν “ Ἀρχίδαμον Εὐξένῳ, γεωμετρεῖν οὐκ ἐπισταμένῳ. καὶ ἐκ τοῦ ἀνάλογον· ἔσται γὰρ καὶ ὁ Εὔξενος Ἀρχίδαμος γεωμετρικός. καὶ τὸ ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ Πλάτωνος, “ ὅτι ‘ οἱ τοὺς τεθνεῶτας σκυλεύ‘οντες, ἐοίκασι τοῖς κυνιδίοις, ‘ ἃ τοὺς λίθους δάκνει, τῶν ‘ βαλλόντων οὐχ ἁπτόμενα· καὶ ἡ εἰς τὸν δῆμον, “ ὅτι ὅ‘μοιος ναυκλήρῳ, ἰσχυρῷ μὲν, ‘ ὑποκώφῳ δέ· καὶ ἡ εἰς τὰ μέτρα τῶν ποιητῶν, “ ὅτι ἔοικε ‘ τοῖς ἄνευ κάλλους ὡραίοις. οἱ ‘ μὲν γὰρ ἀπανθήσαντες, τὰ δὲ ‘ διαλυθέντα, οὐχ ὅμοια φαί‘νεται. καὶ ἡ Περικλέους εἰς ‘ Σαμίους, “ ἐοικέναι αὐτοὺς ‘ τοῖς παιδίοις, ἃ τὸν ψωμὸν ‘ δέχεται μὲν, κλαίοντα δέ· καὶ εἰς Βοιωτοὺς, “ ὅτι ὅμοιοι τοῖς ‘ πρίνοις· τούς τε γὰρ πρί‘νους ὑφ᾽ αὑτῶν κατακόπτεσθαι, ‘ καὶ τοὺς Βοιωτοὺς πρὸς ἀλ‘λήλους μαχομένους. καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν δῆμον, “ ὅτι ‘ ὅμοιός ἐστι τοῖς ἐν τοῖς πλοί‘οις ναυτιῶσι· καὶ ὡς ὁ Δημοκράτης εἴκασε “ τοὺς ῥήτορας ‘ ταῖς τίτθαις, αἳ τὸ ψώμισμα ‘ καταπίνουσαι, τῷ σιάλῳ τὰ ‘ παιδία παραλείφουσι. καὶ ὡς Ἀντισθένης Κηφισόδοτον “ τὸν ‘ λεπτὸν λιβανωτῷ εἴκασεν, ‘ ὅτι ἀπολλύμενος εὐφραίνει· πάσας γὰρ ταύτας, καὶ ὡς εἰκόνας, καὶ ὡς μεταφορὰς ἔξεστι λέγειν· ὥστε ὅσαι ἂν εὐδοκιμῶσιν, ὡς μεταφοραὶ λεχθεῖσαι, δῆλον ὅτι αὗται καὶ εἰκόνες ἔσονται, καὶ αἱ εἰκόνες μεταφοραὶ λόγου δεόμεναι· 5. αἰεὶ δὲ δεῖ τὴν μεταφορὰν τὴν ἐκ τοῦ ἀνάλογον ἀνταποδιδόναι a, καὶ ἐπὶ θάτερα, καὶ ἐπὶ τῶν ὁμογενῶν· οἷον, “ εἰ ἡ ‘ φιάλη ἀσπὶς Διονύσου, καὶ τὴν ‘ ἀσπίδα ἁρμόττει λέγεσθαι φιά‘λην Ἄρεος. ὁ μὲν οὖν λόγος, συντίθεται ἐκ τούτων.

a Vid. Poët. ca. 13. p. 12. & 13.

Cap. V.

Tabula ſequent. à cap. 5°. ad cap. 9m.

Ideae, ſeu Formæ Elocutionis

- **Aliæ, ſunt Eſſentiales,** (*per quas fit appoſita ad perſuadendum*) eæq; tres;
  - 1, **Emendatio** & Puritas : Hæc principium eſt Elocutionis Amplæ & Decoræ. — Cap. 5.
  - 2, **Amplitvdo**; quæ orationem virilem efficit, minimeque puerilem : *qualem notabit infrà, cap. 11, part. vlt.* — Cap. 6.
  - 3, **Decorvm**, & Conſentaneum ijs quæ exprimuntur : *Vndè potiſſimùm fit idonea ad perſuadendum : Vid. infrà cap. 12. part. vlt.* — Cap. 7.
- **Vna eſt Accidentalis,** quæ dicitur **Figvra**-Elocutionis, à Rhythmis conſtituta : (*Vndè Concinnitas Orationis ac Venuſtas.*) — Cap. 8. & 9

De ſermonis Emendatione, i. Græciſmo vel Latiniſmo.

Cap. V.

Elocutio Emendata in quinque poſita, à Par. 1. In eâdem generales ſunt metæ, Aliæ tenendæ, Par. 10. Aliæ fugiendæ, Par. 13.

Ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως, τὸ Ἑλληνίζειν· 2. τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν πέντε· πρῶτον μὲν, ἐν τοῖς συνδέσμοις, ἂν ἀποδιδῷ τις, ὡς πεφύκασι πρότεροι καὶ ὕστεροι γίγνεσθαι ἀλλήλων· οἷ ἔνιοι ἀπαιτοῦσιν· ὥσπερ « ὁ μὲν, καὶ « ὁ ἐγὼ μὲν, ἀπαιτεῖ τὸν « δὲ, καὶ τὸν « ὁ δέ· 3. δεῖ δὲ ἕως μέμνηται, ἀνταποδιδόναι ἀλλήλοις, καὶ μήτε μακρὰν ἀπαρτᾶν, μήτε σύνδεσμον πρὸ συνδέσμου ἀποδιδόναι τοῦ ἀναγκαίου· ὀλιγαχοῦ γὰρ ἁρμόττει· « ἐγὼ δ', ἐπεί μοι εἶπεν· ἦλθε γὰρ Κλέων δεόμενός τε ἀξιῶν· ἐπορευόμην παρα-

[a] Principium autem Elocutionis, eſt Emendatè loqui : 2. Atque id *poſitum* eſt in quinque : [1] Primùm quidem, in Connexionibus, *ſiuè particulis connectentibus,* [b] ſi quis *has* reddiderit, prout naturâ *ipſis* datum eſt priùs & poſteriùs inter ſe collocari: Veluti quædam *eorum* poſtulant; v.gr. *Coniunctio,* « Qvidem, & Ego-quidem, poſtulat *coniunctionem ſequentem* « Verò, & « Ille-verò. 3. [c] Oportet autem, quoad *Auditor antè dictorum* meminerit, *harum* alias alijs referre ; * Et neque longo *eas* interuallo diſiungere, [d] neque Connexionem *vnam* ante alteram (eam quæ *ad ſententiam abſoluendam* neceſſaria *ſit*) reddere : [e] Paucis enim *in locis* hoc *facere* conuenit : « Ego verò, poſt- « quàm mihi dixit, (Nam Cleon *tùm* « venit *ad me, tùm apud me fuit,* & ro- « gans, & obſecrans :) illis *mecum* quidem

[a] *Fundamentum Elocutionis,* eſt *ſermonis-Emendatio,* in quinque rebus poſita : 1m, *In opportunâ Connexionum ſerie;* idque *Ex parte ſui* : [b] *Vt* illæ *ſecundùm debitum naturæ ordinē* diſponantur, i. vt *prioribus reſpondeant poſteriores, quæ ex illis* tanquàm *aptæ* ſunt, & poſteriorem ſedem requirunt.

[c] *Ex parte Auditorum,* quorum *memoriæ conſulendum* eſt : viz. vt *Connexiones,*

* Nec *ſint nimiâ diſtantiâ* valdè *diſtractæ* :

[d] Nec *aliæ intercedant inter ipſas,* & *Connexiones principales.*

[e] Rat. *poſterior. partis* ; Quià *multas Connexiones inculcare, rarò licet,* ſiquidem *orationem diſſolutam efficiāt,* & ſententiā imperfectam : quod tamen in hoc exemplo concedi *poteſt,* &c.

quidem aſſumptis, profectus ſum. In his enim *verbis* multæ Connexiones interpoſitæ ſunt antè connexionem eam, quæ *ſtatim* erat reddenda. [f] Si verò longum interuallum intercedat *inter* "*Ego vero*, &" Profectus ſum, *ſententia fiet* obſcura. Ergo vnum *quidem*, quod *in ſermone* benè *ſe habet*, *eſt* in *ſententiæ* Connexionibus. 4. [2] Secundum verò *eſt*, vt Proprijs *Appoſitiſq;* nominibus loquamur, & non Circumlocutionibus, *ſeu verborũ ambagibus*. 5. [3] Tertium, *vt* non Ambiguis. 6. [g] Hæc autem *duo præcepta ſeruanda ſunt*, niſi *quis* contraria *his facere* præeligat: Id quod *Poëticè* faciunt *oratores nonnulli*, quandò nihil habeant, quod dicant, ſimulant tamen *ſe* aliquid dicere: Qui enim in Poëſi tales *ſunt*, huiuſmodi *Ambientia & Ambigua* dicunt: Velut Empedocles facit. [h] Nam [1] decipit *verborum* ambitus, ſi multus ſit; [i] & Auditores *ſic* afficiuntur, vt vulgus *imperitum* apud Ariolos; *quibus*, quandò Ambigua proferunt, *temerè ſtatim* aſſentitur:

"Cræſus Halym *fluuium* ſuperans,
magnum imperium diſſipabit.

[2] Et, quià omninò eſt error minor *in iſtis*, [k] *idcircò* coniectores per Genera rei loquuntur: Nam *v. g.* in ludo Par-Impar, faciliùs *numerum* aſſequetur quis, *ſi generatìm* Paria, aut Imparia eſſe dixerit, quàm ſi *clarè dicat*, Qvot-habeat: [l] Item qui *ſimpliciter dicit*, Quòd futurum ſit, *magis aſſequetur*, quàm *is*, *qui ex parte*, Quandò *futurum ſit*. [m] Quamobrem Arioli *de futuris reſponſa dantes*, non definiunt, Quandò. Omnia igitur hæc (*Ambigua & Ambientia*) ſimilitèr *ſe habent*: Quare niſi alicuius eiuſmodi rei gratiâ *præeligant*, *hæc vtraq;* fugienda ſunt. 8. [4] Quartum *eſt*, vt Protagoras Genera nominum diuidebat in Maſculina, & Fœminina, & Inſtrumenta *ſeu neutra*: Oportet enim reddere etiam hæc rectè: * *Velut*, "Illa verò *mulier huc* profecta, & collocuta

λαβὼν αὐτούς. ἐν τούτοις γὰρ πολλοὶ πρὸ τοῦ ἀποδοθησομένου συνδέσμου, προεμβέβληνται σύνδεσμοι. ἂν δὲ πολὺ τὸ μεταξὺ γένηται "τοῦ ἐπορευόμην, ἀσαφές. ἓν μὲν δή, τὸ εὖ ἐν τοῖς συνδέσμοις· 4. δεύτερον δέ, τὸ τοῖς ἰδίοις ὀνόμασι λέγειν, καὶ μὴ τοῖς περιέχουσι· 5. τρίτον, μὴ ἀμφιβόλοις· 6. ταῦτα δέ, ἂν μὴ τὰ ἐναντία προαιρῆται· ὅπερ ποιοῦσιν, ὅταν μηθὲν μὲν ἔχωσι λέγειν, προσποιῶνται δέ τι λέγειν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἐν ποιήσει, λέγουσι ταῦτα· οἷον Ἐμπεδοκλῆς· 7. φενακίζει γὰρ τὸ κύκλῳ πολὺ ὄν, καὶ πάσχουσιν οἱ ἀκροαταί, ὅπερ οἱ πολλοὶ παρὰ τοῖς μάντεσιν· ὅταν γὰρ λέγωσιν ἀμφίβολα, συμπαρανεύουσι.

"Κροῖσος Ἅλυν διαβάς,
μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

καὶ διὰ τὸ ὅλως ἔλαττον εἶναι ἁμάρτημα, διὰ τῶν γενῶν τοῦ πράγματος λέγουσιν οἱ μάντεις· τύχοι γὰρ ἄν τις ἐν τοῖς ἀρπασμοῖς, ἄρπα ἢ περιττὰ εἰπὼν μᾶλλον, ἢ πόσα ἔχει· καὶ τὸ ὅτι ἔσται, ἢ τὸ πότε. διὸ οἱ χρησμολόγοι οὐ προσορίζονται τὸ πότε. ἅπαντα δὴ ταῦτα ὅμοια· ὥστ' ἂν μὴ τινὸς ἕνεκα, φευκτέον· 8. τέταρτον, ὡς Πρωταγόρας, τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διῄρει, ἄρρενα, καὶ θήλεα, καὶ σκεύη· δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι καὶ ταῦτα ὀρθῶς· "ἡ δ' ἐλθοῦσα καὶ διαλεχθεῖσα, ᾤχετο·

[f] Rat. *prioris*; *Nimia* enim nimiaque *diſtantia*, omninò *gignit obſcuritatem*; cùm *priore verbo* è memoria audientis *elapſo*, *quod* indè *expectatur*, *neſcio quandò*, *ſubijcitur*.

2m, In eo, *vt Nominibus Aptis & Suis*, ſingulæ *res appellentur*, &c.

3m, *In Aptis-Vocabulis*, *ne oratio ancipitem intellectum* contineat.

[g] Except. *Ambientia*, & *Ambigua interdùm admittuntur*, quàm Oratores hoc fecerint *ex induſtriâ*; nimirùm, *cùm* ipſos *verba & argumenta deficiant*, *quibus cauſam adiuuent*.

[h] Rat. *Exceptionis*, [1] A *fine & commodo*: Nam *Ambientia* quidem, *facilè decipiunt*:
[i] *Ambigua* verò, Auditorem *inconſyderatè aſſentiri* faciũt; vt liquet *exemplo vulgi*, *q*[i] *Ariolis* temerè *credunt*.

2, Ab *effectu in ipſo dicente*; Quià enim *dicta nomina* id perficiunt, vt *orator minùs hallucinetur*; hinc fit, vt ij *quibus coniectura facienda* eſt,
[k] Vel *per genera rerum loquantur*; vt patet *exemplo*, *de numeris*;
[l] Vel *ſimplicitèr aliquid* pronuncient, *non in parte*: vt *exemplo*, *de tempore futuro*.
[m] Indè eſt, *quòd Augures nunquam tempus*, quo affirmant fore, *definiant*, ne deprehendatur dolus.

4m, *In Syntaxi*, *ſeu Concordantiâ Generum*, *i. Sexuum*; quorum ratio accuratè ſeruanda eſt ei, qui incorruptum ſermonem amat.

* Exempl. Sexus Fœminei.

χετο· 9. πέμπτον, ἐν τῷ τὰ πολλὰ καὶ ὀλίγα, καὶ ἓν ὀρθῶς ὀνομάζειν· "οἱ δ᾽ ἐλθόντες, ἔτυπτόν με. ¶ 10. Ὅλως δὲ, δεῖ εὐανάγνωστον εἶναι τὸ γεγραμμένον, καὶ εὔφραστον· 11. ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ, ὅπερ οἱ πολλοὶ σύνδεσμοι οὐκ ἔχουσιν· 12. οὐδ᾽ ἃ μὴ ῥᾴδιον διαστίξαι, ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου· τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαστίξαι, ἔργον, διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι ποτέρῳ πρόσκειται, τῷ ὕστερον, ἢ τῷ πρότερον· οἷον ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ τοῦ συγγράμματος· φησὶ γὰρ, "τοῦ λόγου τοῦδ᾽ ἐόντος 'αἰεὶ ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίγνονται. ἄδηλον γὰρ "τὸ αἰεὶ, πρὸς ὁποτέρῳ διαστίξαι· ¶ 13. Ἔτι τόδε ποιεῖ σολοικίζειν, τὸ μὴ ἀποδιδόναι, ἐὰν μὴ ἐπιζευγνύῃς ἀμφοῖν ὃ ἁρμόττει· οἷον ἢ "ψόφον, ἢ "χρῶμα, τὸ μὲν "ἰδὼν, οὐ κοινόν· τὸ δ᾽ "αἰσθόμενος, κοινόν· 14. ἀσαφῆ δὲ, ἂν μὴ προθεὶς εἴπῃς, μέλλων πολλὰ μεταξὺ ἐμβάλλειν· οἷον, "ἔμελλον γὰρ (δια'λεχθεὶς ἐκείνῳ τάδε, καὶ 'τάδε, καὶ ὧδε) πορεύ'εσθαι· ἀλλὰ μὴ, "ἔ'μελλον γὰρ διαλεχθεὶς πο'ρεύεσθαι, εἶτα "τάδε, 'καὶ τάδε, καὶ ὧδε ἐ'γένετο.

diſceſſit. 9. [s] Quintum, in Multis, & Paucis, & Vno *Singulari* rectè nominandis: * *Velut*, "Illi verò aduenientes, verberârunt me. ¶ 10. [n] Omninò autem, oportet *id*, quod *ab aliquo* dictum eſt, *vel ſcriptum*, facilè legi, & ſermone proferri poſſe. 11. [o] Hæc autem *virtus* ipſa *illa* eſt, quam ſanè nec Multæ-Connexiones *in ſe* habent; 12. [p] Neque etiam *ea*, quæ non-facilè-*eſt*-Interpungere; [q] vt *ſunt* Heracliti ſcripta: Nam *ſermones* Heracliti interpungere, operoſum *fuerit*; quià incertum eſt, vtri *ſententiæ parti*, poſteriorinè an priori, *vocabulum* adnectatur: Velut, in principio ipſius operis: Inquit enim, "Rationis *huius*, quæ verè eſt ſempèr 'ignari homines fiunt: Incertum enim eſt illud, "Semper, cum vtrâ *ſententiæ parte* interpungere *oporteat*. ¶ 13. [r] Prætereà hoc efficit [1] Solæciſmum, *Suum cuiquè verbo* non-reddere: *v.g.* ſi non ambobus id *verbum commune* adiunxeris, quod conuenit; velut, *ſi aut dicas* "Strepitum, aut "Colorem; "Videns quidem, non *eſt his ambobus* commune, "Sentiens verò, *eſt* commune. 14. [2] Obſcuram verò *orationem reddes*, niſi etiam *priori ſententiæ parti poſteriorem* ſtatìm apponas, cùm multa *alioqui* in medio inſerturus eſſes: [ſ] Velut, "Cōſtitui enim (Poſtquàm loquutus *eſſem* 'cum illo hæc, & hæc, & in hunc 'modum &c.) diſcedere: [t] Non autem *ſic rectiùs dicas*; "Conſtitui enim, 'poſtquàm *cum illo* collocutus eſſem, 'diſcedere; *deindè narrationem ſubijcias*, "Hæc, & hæc, atque in hunc modum facta ſunt.

5^m, *In Concordantia Numerorum*, quibus *nihil inſit perturbatum*: * Exemp. de Plurali.

[n] In *Emendando ſermone, Metæ* Aliæ *tenendæ* ſunt, *vt ſc. Anagnoſtæ in legendo*, & *Oratori in dicendo nullam faceſſas moram.*

[o] Quam quidem faciunt tùm *connexionum multitudo*, de qua part. 2ª:

[p] Tùm etiam *aliud delictum*; cùm *oratio, præ Connexionum defectu interpungi nequeat.*

[q] Exempl. Heracliti Ephesij ſcripta; quæ cùm *alijs fortaſſè de cauſis tenebricoſa* eſſent, tùm *hâc præcipuè, quod* magnâ parte ſingulorum *membrorum initia diſſoluta fuerint*, & Cōnexionib. minimè ſuſtentata.

[r] Aliæ *Metæ fugiendæ, duæ*:
1ª, *Solæciſmus, qui puritati adſpergit maculam*:
Is fit *ex regula* 4ª & 5ª *violatis*; & *ex peccato alio*, ſc. *perversâ nominum combinatione*; ſi *non reddas vnicuique quod exigit*, ſed, v.g. *vno nomine, quod ambobus non congruit, vtrumq; devincias.*
2ª, *Obſcuritas ſermonis*, quam pariunt & *violatæ reg.* 2ª & 3ª, & *peccatum aliud in ſententiolarum importunis interpoſitionibus.*

[ſ] Exempl. docet, & *Quomodò hoc vitium admitti* [Si *longa* ſc. *in medio parentheſes* inſerantur *ante clauſulam* principalem:]
[t] Et *Quomodò euitari poſſis*: Nimirùm [vt 1ª fronte *clauſulam* ponas, *poſtpoſito* eo, *quod medium locum* vendicabat.]

De Amplitudine Elocutionis, eiquè contrariâ Conciſione. Cap. VI.

Εἰς ὄγκον δὲ τῆς λέξεως συμβάλλεται τάδε· 2. τὸ λό-

[a] AD Amplitudinem Elocutionis cōducunt hæc: 2. [1] Pro nomi-

ne

[a] Orationi conciliatùr *Maieſtas*, 1, Rat. *Notionis Logicæ*: *Grandis*

fit, cùm *pro rei nomine* vtamur *Deſcriptione*;

b *Conciſâ, & demiſſâ*, cùm *relictâ definit.* vſurpatur *nomen.*

c Except. Si *obſcœni quid tangas*, & *in definitione turpitudo* inſit, *nomen proferas*, quò amplitudini inſeruias; Si *in nomine, definitionem.*

2 Rat. *nominum Oratoriorum*: ſc. *Metaphoræ, & Epithetorum, quæ granditatem* adferunt.

3 Rat. *Grammaticæ Phraſeos*: vt, 1º *Synecdoches, Pluralis pro Singulari*; quod Poëtæ frequentant.

Exempl. 1m.

2m, Ex Euripid. Iphigeniâ, Tauris; *pronunciatum ab ipſa Oreſti Epiſtolam porrigente.*

2º, Cùm *non copules nomina*, vt mulieris noſtræ, ſed *Græcè Articulum iteres*, Huius mul., huius noſt. *Latinè ſic*; Huius mul. quæ noſtra eſt.

d *Conciſè contrà, vno articulo duo nomina coniunges*, &c.

3º, Cùm *interſeris copulas, grandis fit* oratio; vt, profectus & locutus.

e *Demiſſa, cùm* eaſdem *remoues*, interim *vt ne ſingula ſpargantur Diſſoluta*; ſed *cum concordantiâ alligentur.*

4 Rat. *Sophiſticâ*; Cùm *rem puſillam, cuius bona aut nulla aut minuta ſunt, longiori ſermone* augeamus, *virtutibus ijs, quibus caret, prædicandis.*

f Exempl. ex Antimacho Poëtâ, lib. 1. Thebaid.

g Hæc ratio & *ornandæ & conterendæ rei prodeſt*, prout cauſa poſtulat.

h Itaque *rat. hanc ſecuti Poëtæ, voces cudunt ab ijs quibus quodq; orbatum eſt, priuatiuas*: idque libentiſſimè. (i Exempla ex Theognide.)

ne vti Definitione; *quæ, quod nomine inuolutum eſt, pluribus exprimit*: Veluti, non "Circulum, ſed "planitiem à medio *ad circumferentiam vndiquaquè* æqualem: b Ad Conciſionem verò, *valet* contrarium, pro Oratione Nomen-ponere. 3. c Et, cùm turpe *aliquid* & indecorum *exprimendum eſt*, ſi in oratione ſit turpe, nomen dicere; ſi verò in nomine, orationē. 4. 2 Et, Tranſlationibus *rem* declarare atquè Epithetis, vitando *interim id*, quod Poeticum *frigidumquè eſt*. 5. 3 Et 1 *Vnum*, Multa-facere, quod quidem Poëtæ faciunt: Cùm *enim* vnus ſit portus, tamen dicunt; — 1 "Portus in Achaicos. 2 Et,

"*Tabulares autem* hæ ſunt *multifores plicationes*; cùm tamen vna eſſet plicatio.

6. 2 Et, non-Coniungere *vno articulo duo nomina*, ſed Vtrique-*eorum per Diſſolutionem diſiunctè, articulum* ſuum adiungere: *Vt*, "Huius vxoris, huius noſtræ: d Si verò conciſè *dicere velis*, contrarium *facies*: *Vt*, "Huius vxoris noſtræ. 7. 3 Et, cum Coniunctione *interpoſitâ Aliquid* dicere: e Si verò conciſè *loqui velis*; Sine-Coniunctione quidem *dices*, Non-Diſſoluta *tamen*: Veluti, *Non* "Profectus, & locutus: (*Sic enim turgeret phraſis*:) *ſed* Profectus locutus ſum. 8. 4 Et illa Antimachi *Poetæ* ratio, *ad Amplificandum* vtilis: *Nempè*, Quæ-rei non-inſunt, *verbis* dicere; f quod ille facit de Teumeſſo *Bœotiæ Colle*:

"*Eſt quidem ad ventum expoſitus paruus collis.* --

Nam hâc ratione augeri poteſt *oratio* in infinitum, *cùm ea, quibus ſingulæ res carent, infinita ſint*: g Hæc autem *ratio* locum habet tùm in bonis, tùm in malis *rebus*, quemadmodùm non inſint, *commemorandis*, Vtro *tandèm* modo *orationi* ſit vtile. 9. h Vndè etiam nomina *quædā* Poëtæ ducunt: i "*Sonitum arcus vocantes* "Concentum Achordum, *ſinè chordis*: *& ſonū tubæ*, concentum ἄλυρον, *abſquè lyrâ*: Ex

γῳ χρῆσθαι ἀντ' ὀνόματος· οἷον, μὴ "κύκλον, ἀλλ' "ἐπίπεδον τὸ ἐκ τοῦ μέσου ἴσον. εἰς δὲ συντομίαν τὸ ἐναντίον, ἀντὶ τοῦ λόγου ὄνομα. 3. καὶ ἐὰν αἰσχρὸν, ἢ ἀπρεπὲς, ἐὰν μὲν ἐν τῷ λόγῳ ᾖ αἰσχρὸν, τοὔνομα λέγειν· ἐὰν δὲ ἐν τῷ ὀνόματι, τὸν λόγον. 4. καὶ μεταφοραῖς δηλοῦν, καὶ τοῖς ἐπιθέτοις, εὐλαβούμενον τὸ ποιητικόν. 5. καὶ τὸ ἓν πολλὰ ποιεῖν, ὅπερ οἱ ποιηταὶ ποιοῦσιν· ἑνὸς ὄντος λιμένος, ὅμως λέγουσι, "λιμένας εἰς Ἀχαϊκούς· καὶ

"Δέλτου μὲν αἵδε πολύθυροι διαπτυχαί.

6. καὶ μὴ ἐπιζευγνύναι, ἀλλ' ἑκατέρῳ ἑκάτερον· "τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας. ἐὰν δὲ συντόμως, τὸ ἐναντίον, "τῆς ἡμετέρας γυναικός. 7. καὶ μετὰ συνδέσμου λέγειν· ἐὰν δὲ συντόμως, ἄνευ μὲν συνδέσμου, μὴ ἀσύνδετα δέ· οἷον "πορευθεὶς καὶ διαλεχθεὶς· "πορευθεὶς διελέχθην· 8. καὶ τὸ Ἀντιμάχου χρήσιμον, ἐξ ὧν μὴ ἔχει λέγειν, ὃ ἐκεῖνος ποιεῖ ἐπὶ τοῦ Τευμησσοῦ,

"Ἔστι τις ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος· --

αὔξεται γὰρ οὕτως εἰς ἄπειρον. ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὅπως οὐκ ἔχει, ὁποτέρως ἂν ᾖ χρήσιμον. 9. ὅθεν καὶ τὰ ὀνόματα οἱ ποιηταὶ φέρουσι, "τὸ ἄχορδον, καὶ "τὸ ἄλυρον μέλος· ἐκ τῶν στερήσεων

a Conimb. Poët. c. 13. p. 15.

ῥήσεων γὰρ ἐπιφέρουσι· 10. εὐδοκιμεῖ δὲ τοῦτο ᵏ ἐν ταῖς μεταφοραῖς λεγόμενον, ταῖς ἀνάλογον· οἷον, τὸ φάναι "τὴν σάλπιγγα εἶναι μέλος ἄλυρον.

priuationibus enim *libentèr hæc* adportant. 10. ᵏ Hoc enim quod dicimus, probatur *arridetque* in Tranſlationibus ex proportione *ductis*: veluti dicere, "Tubæ *ſonum* eſſe concentū ἄλυρον, *i. lyrâ carentem.*

ᵏ Hæ enim *voces, vrbana admodùm* ſunt *in tranſlatis ex proportione*: vt enim *lyra ad* ſuum *melos*, ita *tuba ad ſonum*: Cùm igitur *duriùs ſonus tubæ* vocetur *melos*; quià hoc ſuaue, ille aſper: *quò culpam vitares, qui ità tranſtulit, vrbanè addidit* ἄλυρον.

De Conuenientia elocutionis, ſeu Idoneâ Phraſi.

CAP. VII.

De Conuenientia locutionis, triplici; 1ª. vt ſit Accommodata-reb. Par. 2ª. Deindè vt Affectib. Par. 3. Tertia, vt Moribus, à Par. 6. Præcepta Communia de Vſu nominum in Elocutione Conuenienti, à Par. 8.

Τὸ δὲ πρέπον ἕξει ἡ λέξις, ἐὰν ᾖ παθητική τε καὶ ἠθικὴ, καὶ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν ἀνάλογον· ¶ 2. τὸ δ' ἀνάλογόν ἐστιν, ἐὰν μήτε περὶ εὐόγκων, αὐτοκαβδάλως λέγηται· μήτε περὶ εὐτελῶν, σεμνῶς· μήτ' ἐπὶ τῷ εὐτελεῖ ὀνόματι ἐπῇ κόσμος· εἰ δὲ μὴ, κωμῳδία φαίνεται· οἷον ποιεῖ Κλεοφῶν· ὁμοίως γὰρ ἔνια ἔλεγε, καὶ εἰ εἴπειεν ἂν, "πότνια συκῆ. ¶ 3. Παθητικὴ δὲ, ἐὰν μὲν ᾖ ὕβρις, ὀργιζομένου λέξις· ἐὰν δὲ ἀσεβῆ καὶ αἰσχρά, δυσχεραίνοντως καὶ εὐλαβουμένως λέγειν· ἐὰν δὲ ἐπαινετὰ, ἀγαμένως· ἐὰν δὲ ἐλεεινὰ, ταπεινῶς· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ὁμοίως· 4. πιθανοῖ δὲ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡ οἰκεία λέξις· παραλογίζεται γὰρ ἡ ψυχὴ ὡς ἀληθῶς λέγοντος· ὅτι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις οὕτως ἔχουσιν· ὥστ' οἴονται, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχει, ὡς ὁ λέγων, τὰ πράγματα οὕτως ἔχειν· 5. καὶ συνομοιοπαθεῖ ὁ ἀκούων ἀεὶ τῷ παθητικῶς λέγοντι, κἂν μηθὲν λέγῃ. διὸ πολλοὶ

ᵃ Decorum autem habebit Elocutio, *ſi ſit* & Pathetica, & Morata, & Subiectis-rebus Proportione reſpondens. ¶ 2. ¹ Ac Proportione reſpondet, ſi neque de Amplis & Grauibus rebus, tenuitèr *abiectéque* dicatur; ᵇ neq; de Vilibus grauitèr *atque amplè*; nec abiecto nomini adiectus fuerit ornatus; ᶜ Sin minùs *hoc ſcruetur*, Comœdia apparet; veluti *crebrò* facit Cleophon: Similitèr enim aliqua proferebat, ac ſi diceret, "Veneranda ficus. ¶ 3. ² Pathetica verò *elocutio conſiſtit in eo*, vt ᵈ ſi ſit Contumelia *nobis facta*, irati dictio *videatur*: ᵉ Si Impia & Turpia *ſint*, cum indignatione *animi*, & cautè *interim* dicat: ᶠ Si *Honeſta*, & Laudabilia, cum lætitiâ, & *delectatione quâdam*: ᵍ Si Miſerabilia, humilitèr & *demiſsè*: & in alijs ſimilitèr. 4. ʰ Perſuadet autem rem, etiam *Sua* Propriaq; *eius* elocutio, *tametſi res ipſa secùs ſe habeat*: ⁱ Decipitur enim *auditoris* animus, quaſi *Orator* verè dicat, eò quòd in talibus *orationibus Patheticis*, ſic *auditores* ſe habent: Quare arbitrantur, ità rem *ſe* habere, etiamſi non ità *ſe* habeat, vt Orator ait. 5. ᵏ Et vnâ afficitur ſemper is, qui audit, cum eo qui affectè dicit, quantumuis nihil *verè* dicat, *quod tantâ verborum atrocitate egeat.* ˡ Quamobrem multi *oratione, quaſi* tumultum

ᵃ *Decorum* & *Conuenientia* Elocutionis *in* 3ᵇ. cernitur, &c.

¹ *Reb. ſubiectis conſentanea erit, ſi de reb. amplis, magnifica eligas nomina nominumq́ Epitheta.*

ᵇ De *humilibus* autem, *Contraria*:

ᶜ Alioquì, *non ſermo erit Oratoris*, ſed *Poëtæ Comici, ad* mouendum *riſum* comparatus.

² *Affectib. excitata locutio* ſit, cùm *ſingulis motibus & certa nomina, & ratio pronunciandi ſua* tribuatur: ᵈ vt in *Ira*;
ᵉ *Indignatione*;

ᶠ *Lætitia*;
ᵍ *Miſeratione*, &c.

ʰ Cur autem *talis Oratio ad ſuaſionem efficax*?

ⁱ *Vna cauſa* eſt, *ob captionem* παρ' ἑπόμενον. Ex. gr. Quià, *qui miſerijs premitur, miſerandâ eiulat voce*; *ideò* retroactâ conſequentiâ, *ſtultè putamus*, eum *qui ſic eiulat, miſerijs premi*: Atque *ità in vocibus* affectuū *aliorū*.

ᵏ *Altera Cauſ. ob affectum ſimilem, quem ſermo talis in Auditore commouet*, tametſi *rem nullam* ſæpè *ſuſtineat* cogitatione dignā.

ˡ Hinc, *Multi conſternant Au-*

ditorem, quaſi trepidatione & tumultu verborum.

3 *Morata* quoque *locutio ſimilitèr, fidem facit à Conſequenti,* & à Signo. Quià enim *varios hominum mores*, ſecundùm eorum genera & habitus, *ſua propriaq́; conſequitur oratio* :

(m *Genera* intelligo, ſingulas *Ætates*;

n *Sexus*;

o *Nationes*;

p *Perſonarum* autem *habitus, cõditiones*, non quaſlibet, ſed *eas quibus* hominum *vita hoc aut illo modo informatur* :

q *Leuiores* enim & minutæ, *nullius* ſunt *momenti ad variandos mores*.)

r Idcircò, cùm quis *nominibus* vtatur *cuiq́; aptis, hoc ſigno* fidem faciet, *ſe ijſdem* eſſe *moribus imbutum.*

ſ Ad *Elocut. Affectam* reducuntur *aſtutæ rationes*, quib. alij & Iſocrates paſsim vſus eſt:

t *Quis hoc ignorat?*

u *Nemini dubium eſt.*

x *Eas* cùm Auditor *non animaduertat, ſtultè aſſentitur* falſis; pudore veritus, *ne, quod vel lippis notum*, ſolus *neſciat.*

y Præcepta *Communia, de vſu formularum*, &c.

1 m, Quià *in iſtis inculcandis*, iuſti *fines* aliquandò *prætereuntur* :

z *Remedium huius* eſto, *Figura* ἐπανορθώσις, *quâ Orator*, quaſi parùm rectè quid protulerit, *ſeipſum caſtigat.*

2 m, Præc. bimembr. 1° *Dictionibus, voce, vultu, &c.* quæ ſibi *analogiâ* reſpondet, *non* omnibus *eodem tempore vtendum*, &c. ne ſtudium doluſque fiat palàm.

a Ex. gr. *Nominib. duris* nihil morandum eſt, *voces vultumque* durum adiungere.

b Rat. *Aliequì* enim meritò *ſuſpecta* eſſet *tanta* inter ſe *conſenſio*:

c Sin eorum *alijs ſeruatis, mittantur alia*, *clàra* erit *conſilium* dicentis, &c.

tumultum excitantes, auditores percellunt, *atque attonitos reddunt.* ¶ 6. [3] Et Morata quidem elocutio, hæc ipſa *eſt* Demonſtratio ex ſignis; quoniam conſequens eſt *oratio ſua* cuique, conſentanea generi atque habitui: ([m] Dico autem Genus, ſecundùm ætatem; velut, puer aut vir, aut ſenex: [n] *& ſexum; velut*, mulier, aut vir: [o] *Et nationem; velut* Laco, aut Theſſalus: [p] Habitus verò, ſecundùm quos Cuiuſdammodi quis *eſt* in vitâ, *i. his vel illis moribus conformatus*: [q] Neque enim ætates *hominum* ſecundùm quemuis habitum, *dicuntur* cuiuſdammodi, *i. moribus imbutæ* : [r] Si igitur etiam nomina habitui accommodata dicat, *in phraſi* efficiet mores: Non enim eadem, neque eodem modo agricola, & vir liberalitèr educatus locutus fuerit. 7. [ſ] Afficiuntur verò aliquantiſpèr auditores etiam *formulâ* illâ, quâ affatìm vtuntur Orationum-ſcriptores: [t] "Quis autem non intelligit? &, [u] "Omnes ſciunt: [x] Confitetur enim is, qui audit, pudore captus, vt particeps ſit *eius notitiæ*, cuius & alij omnes. ¶ 8. [y] Opportunè autem & non opportunè [1] *formulis quibuſuis* vti, omnium *trium* formarum eſt commune: Medela autem in omni Exuperatione [z] *eſt* id, quod ſummè celebratur, *Sui-ipſius-Correctio* : Oportet enim *Oratorem*, increpare ſeipſum: *Sic* enim videtur verum eſſe, *quod dicit*; quoniam Oratorem ſanè, quod *ipſe* facit, haud latet. 9. [2] Prætereà, [1] non omnibus ſimùl vti oportet ijs, quæ proportione *conueniunt*, *ſed interdùm diſſentanea interponere* : Ità enim *artificium hoc* fugit *eum*, qui audit: [a] Dico autem, veluti, ſi nomina dura ſint, non & voce, & vultu, *reliquiſque*, quæ *duris iſtis* congruant, *continentèr vti oportebit* : [b] Sin minùs *hoc ſeruet*, manifeſta, quænam ſint, fiunt ſingula: [c] Sin autem, hoc quidem, *durum ſit*, illud verò non; celabit *auditorem*, & idem *nihilominùs*, *proportione interim ſeruatâ*,

καταπλήττοισι τοὺς ἀκροατὰς θορυβοῦντες. ¶ 6. καὶ ἠθικὴ δὲ αὕτη ἡ ἐκ τῶν σημείων δεῖξις, ὅτι ἀκολουθεῖ ἡ ἁρμόττουσα ἑκάστῳ γένει καὶ ἕξει. λέγω δὲ, γένος μὲν, καθ' ἡλικίαν· οἷον παῖς, ἢ ἀνὴρ, ἢ γέρων· καὶ γυνὴ, καὶ ἀνήρ· καὶ Λάκων, ἢ Θετταλός· ἕξεις δὲ, καθ' ἃς ποιός τις τῷ βίῳ· οὐ γὰρ καθ' ἅπασαν ἕξιν οἱ βίοι ποιοί τινες. ἐὰν οὖν καὶ τὰ ὀνόματα οἰκεῖα λέγῃ τῇ ἕξει, ποιήσει τὸ ἦθος· οὐ γὰρ ταὐτὰ, οὐδ' ὡσαύτως ἀγροῖκος ἂν καὶ πεπαιδευμένος εἴπειε. 7. πάσχουσι δέ τι οἱ ἀκροαταὶ, καὶ ᾧ κατακόρως χρῶνται οἱ λογογράφοι· "τίς δ' οὐκ οἶδεν· "ἅπαντες ἴσασιν. ὁμολογεῖ γὰρ ὁ ἀκούων αἰσχυνόμενος, ὅπως μετέχῃ οὗπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες. ¶ 8. Τὸ δ' εὐκαίρως, ἢ μὴ εὐκαίρως χρῆσθαι, κοινὸν ἁπάντων τῶν εἰδῶν ἐστίν. ἄκος δ' ἐπὶ πάσῃ ὑπερβολῇ, τὸ θρυλλούμενον· δεῖ γὰρ αὐτὸν αὑτῷ προσεπιπλήττειν· δοκεῖ γὰρ ἀληθὲς εἶναι, ἐπεὶ οὐ λανθάνει γε ὃ ποιεῖ τὸν λέγοντα. 9. ἔτι τοῖς ἀνάλογον μὴ πᾶσιν ἅμα χρήσασθαι· οὕτω γὰρ κλέπτεται ὁ ἀκροατής. λέγω δὲ, οἷον ἐὰν τὰ ὀνόματα σκληρὰ ᾖ, μὴ καὶ τῇ φωνῇ καὶ τῷ προσώπῳ, καὶ τοῖς ἁρμόττουσιν· εἰ δὲ μὴ, φανερὸν γίνεται ἕκαστον ὅ ἐστιν. ἐὰν δὲ, τὸ δὲ μὲν, τὸ δὲ μὴ, λανθάνει ποιῶν τὸ αὐτό·

a Coniun. cap.2.p.8.

τό· 10. ἐὰν οὖν τὰ μαλακὰ σκληρῶς, καὶ τὰ σκληρὰ μαλακῶς λέγηται, ἀπίθανον γίγνεται· 11. τὰ δὲ ὀνόματα τὰ ἐπίθετα καὶ διπλᾶ, πλείω, καὶ τὰ ξένα μάλιστα, ἁρμόττει [a] λέγοντι παθητικῶς· συγγνώμη γὰρ ὀργιζομένῳ κακὸν φάναι "οὐρανόμηκες, ἢ "πελώριον εἰπεῖν· 12. καὶ ὅταν ἔχῃ ἤδη τοὺς ἀκροατὰς, καὶ ποιήσῃ ἐνθουσιάσαι, ἢ ἐπαίνοις, ἢ ψόγοις, ἢ ὀργῇ, ἢ φιλίᾳ, οἷον καὶ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ πανηγυρικῷ ἐπὶ τέλει, "φήμην δὲ καὶ μνήμην· καὶ, "οἵτινες ἔτλησαν· φθέγγονταί τε γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐνθουσιάζοντες, ὥστε καὶ ἀποδέχονται, δηλονότι ὁμοίως ἔχοντες. διὸ καὶ τῇ ποιήσει ἥρμοσεν· ἔνθεον γὰρ ἡ ποίησις· 13. ἢ δὴ οὕτω δεῖ, ἢ μετ' εἰρωνείας, ὅπερ Γοργίας ἐποίει, καὶ τὰ ἐν τῷ Φαίδρῳ.

faciet. 10. [a] *Contrà* igitur, ſi Mollia duritèr, & Dura mollitèr dicantur; haud appoſita fit *Elocutio* ad perſuadendum. 11. [d] Nomina autem Epitheta, & Duplicia, plura, præcipuè Peregrina, *ſeu Linguæ*, [1] conueniunt Patheticè dicenti: [e] Venia enim datur *Oratori, putâ*, irato, ſi malum, *quod paſſus ſit*, dicat eſſe "Cœliſuperans; aut "Pelorium, *Montibus-æquum* nominet. 12. [f] Et, quandò iam teneat auditores, & quaſi Diuino furore afflatos reddiderit, aut laudibus, vel vituperijs *ipſorum exponendis*; aut irâ vel amicitiâ *in eorum pectoribus excitatâ*: [g] velut etiam Iſocrates facit in Panegyrico, [1] ſub finem; vbi dicit, "Famam autem & memoriam: [2] Et *ibidèm*, "Quicunque tolerârunt *ſpectare oculis tot incommoda*: [h] Nam & illi qui diuino furore afflati ſunt, loquuntur talia: Vt ij etiam, *qui audiunt, faciliùs* hæc admittant; vtpotè eodem modo affecti. Quamobrem etiam *hæc ipſa*, Poëſi conueniunt: Diuinum enim *quiddam eſt* Poëſis. 13. [2] Aut igitur *nominibus dictis* ſic *vti* oportet, *vtì dixi*; [i] aut cum Ironiâ; quod ipſum Gorgias faciebat; [k] & qualia ſunt illa *Socratis, qui de Amatorijs, quaſi extra ſe poſitus grandiori ſermone vſus eſt* in Phædro.

2°, Contrà, *Nunquàm* committendum, vt *Locutio à re ipsâ diſcrepet: Analogiâ enim omni relictâ, fide careat* neceſſe eſt.

d Speciale præc. de Nominibus Poëtic. [*Vbì & Quandò vſurpanda?*] 1m, *Præcipuè tunc*, cùm *animo perturbato* dicas.

e *Verborum* enim *inſolentiæ veniam dant, qui te* doloris magnitudine *vident ſic permotum, vt non intelligas*, quid agas.

f *Commodè quoque tunc*, cùm *Auditorem* in manu *obſeſſum habeas, & affectibus accenſum*, ac quaſi *enthuſiaſmo lymphatum* rapias.

g Exempla *Iſocr. in Panegyr.*

1m, Vbi *ad bellum accendit à famâ*, quâ *viui* fruituri eſſent, *& memoriâ*, quam poſteris *relicturi*.

2m, Vbi *laudat facta* Athenienſium. &c.

h *Rat. præcepti*: *Qui enim mentis compotes non* ſunt, *cùm* huiuſmodi verba *fuderint*; *qui audiunt*, ſimilitèr animo affecti, *quid ab illis fiat, non attendunt*, facileque *ſibi imponi* æquo animo *patiuntur*.

2 Dein: [i] Et *in Ironiâ, conceditur, quæ* ſunt *extra* conſuetudinem ſermonis, *effundere*:

k Et *in reb. affectuum plenis*; vt Socrates *de Amatorijs*, apud Plat. in Phædr.

Tabula de Figurâ Elocutionis.

De Figurâ Eloc.	1 In genere, Quid ſit, & ex Quibus rhythmis conſtet:	Cap. 8.
	2 Quæ ſint eius genera, & ſpecies:	Cap. 9.

De Figurâ Elocutionis ſeu Figuratâ Elocut.

Cap. VIII.

Figurata elocutio, 1°, Quæ & Qualis: [vt neque ex Rhythmis ſolùm fiat, neque ſine Rhythmis:] à Part. 1. 2°, Ex Quibus Rhythmorum ſpeciebus conſtet. [Ad eam enim vt fiat ἄρρυθμος, neque Herous adhibendus, nec Jambus, nec Trochæus; ſed Rhythmus, qui dicitur Pæan.] à Part. 4. Quomodò Pæane vtendum ſit, à Part. 9.

[a] Figuram autem Elocutionis [1] oportet neque *integri* metri compotem eſſe, neque Rhythmorum expertem: Nam *metrica* quidem *oratio*, minùs appoſita *eſt* ad perſuadendum: [b] Etenim *ab oratore ſtudioſè* ficta eſſe videtur; & ſimùl etiam *auditoris* mentem auocat *ab ÿs, quæ audit*: Facit enim, vt attendat *Auditor*, quandò ſimile *metrum* rurſùs venturum ſit: [d] *Habent* ergo *ſe*, ſicut pueri, qui anteuertunt *vocem* Prœconis; "Quem 'eligat Patronum *ſeruus is*, qui manu 'mittitur?" Cleonem. 2. [e] Quod autem Rhythmi expers *eſt*, ſine *certo* termino *eſt*: Oportet verò terminatam quidem eſſe *orationem*, ſed non metro: [f] Quod enim infinitum *eſt*, *id* iniucundum *eſt*, & cognitu difficile: [g] Omnia verò terminantur numero: [h] Numerus autem Figuræ Elocutionis eſt Rhythmus, cuius etiam Metra ſegmenta *ſunt*. 3. [i] Quamobrem Rhythmum oportet habere orationem, non autem Metrum: Sic enim poëma erit: * Neq; tamen Rhythmum exquiſitè *habere oportet*: Id autem erit, ſi quadamtenùs ſit, *modumque teneat*. ¶ 4. [z] Ex Rhythmis verò [1] Herous, *eſt* grandis, & clauſulam tardam habens, & harmoniæ indigens. 5. [2] Iambus autem, [k] eſt ipſa vulgi locutio, *quæ humilior eſt*. Quamobrem maximè præ omnibus metris *alÿs* Iambica *temerè* fundunt *ÿ*, qui dicunt: Oportebat autem *ſermonem* grandiorem effici, & *Auditorem* percellere. 6. [l] Trochæus autem, ad *ſaltationem* Corda-

[a] Figura Elocutionis, [1] Qualis? Neque *ſolis ſc. verſuum dimenſionibus adſtringenda*;

[b] Tùm quià *talis lucernam olet*; quod *alienum à faciend. Fide*.

[c] Tùm quià *auditorem à re abducit* ad concinnitates attendendas: *Quandò ſci. par illi metrum* ad aures *acceſſerit*.

[d] Illuſt. *exemplo puerorum*, qui *vltimas Edictorum partes* præripiunt, priuſquàm *è Præconis ore* exeant.

[e] Neque *prorſùs Rhythmi exors eſſe* debet: quià *terminis clauſam* eſſe oportet, *non Metro* tamen, &c.

[f] *Terminis clauſam*] ne fit *infinitus*, aut *ſcitu ardua*.

[g] *Non Metro*] ſed *Rhythmo*: Omnia enim *terminantur numero*:

[h] Atqui *numerus figuræ* Elocutionis eſt *Rhythmus*:

[i] Vndè, *Orationi* conuenit *Rhythmus, non Metri dimenſio*; ne Poëma fiat. * Et *Rhythm' non ſemper idem*, ſed ex parte & remiſsè, &c.

[z] Cùm *Rhythmi tres* ſint *præcipuæ ſpecies*: 1 [a], *Herous*, qui *elatus*, & *tardus*, & *harmoniæ indigens*: Eſt enim vt *vnum ad vnum*. 2 [a], Huic oppoſita, quæ *harmoniam* habet *duorum ad vnum*: Sed

[k] Vel eſt *humilis*; vt *Iambus*:

[l] Vel *mobilis* admodùm, vt *Trochæus*:

Τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι, μήτε ἄρρυθμον· τὸ μὲν γὰρ, ἀπίθανον· πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ, καὶ ἅμα καὶ ἐξίστησι· προσέχειν γὰρ ποιεῖ τῷ ὁμοίῳ, πότε πάλιν ἥξει. ὥσπερ οὖν τῶν κηρύκων προλαμβάνουσι τὰ παιδία, τὸ, "τίνα αἱ'ρεῖται ἐπίτροπον ὁ ἀπε'λευθερούμενος; "Κλέ'ωνα. 2. τὸ δὲ ἄρρυθμον, ἀπέραντον. δεῖ δὲ πεπεράνθαι μὲν, μὴ μέτρῳ δέ· ἀηδὲς γὰρ καὶ ἄγνωστον τὸ ἄπειρον. περαίνεται δὲ ἀριθμῷ πάντα· ὁ δὲ τοῦ σχήματος τῆς λέξεως ἀριθμὸς, ῥυθμός ἐστιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά· 3. διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται. ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶς. τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μέχρι του ᾖ. ¶ 4. τῶν δὲ ῥυθμῶν, ὁ μὲν, ἡρῷος, σεμνὸς καὶ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος [a]· 5. ὁ δ' ἴαμβος, αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν· διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες [b]· δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι καὶ ἐκστῆσαι· 6. ὁ δὲ τροχαῖος, κορδακικώτερος·

[a] Coniun. Poet. c.2. p.23.

[b] Ibid.

τέτρος· δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα· ἔστι γὰρ τροχερὸς ῥυθμὸς τὰ τετράμετρα. 7. λείπεται δὲ παιάν, ᾧ ἐχρῶντο μὲν ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι· οὐκ εἶχον δὲ λέγειν, τίς ἦν. ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιάν, καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων· τρία γὰρ πρὸς δύο ἐστίν. ἐκείνων δέ, ὁ μὲν, ἓν πρὸς ἕν· ὁ δέ, δύο πρὸς ἕν. ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παιάν. 8. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι διά τε τὰ εἰρημένα, ἀφετέοι, καὶ διότι μετρικοί· ὁ δὲ παιάν, ληπτέος· ἀπὸ μόνου γὰρ οὐκ ἔστι μέτρον τῶν ῥηθέντων ῥυθμῶν· ὥστε μάλιστα λανθάνειν. ¶ 9. Νῦν μὲν οὖν χρῶνται τῷ ἑνὶ παιᾶνι καὶ ἀρχόμενοι. δεῖ δὲ διαφέρειν τὴν τελευτὴν τῆς ἀρχῆς. ἔστι δὲ παιᾶνος δύο εἴδη ἀντικείμενα ἀλλήλοις· ὧν, τὸ μὲν ἕν, ἀρχῇ ἁρμόττει, ὥσπερ καὶ χρῶνται· οὗτος δ' ἐστίν, οὗ ἄρχει μὲν ἡ μακρά, τελευτῶσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι·

"Δηλογενὲς, εἴτε Λυκίαν· --- καὶ,
"Χρυσεοκόμα Ἕκατε, παῖ Διός. ---

10. ἕτερος δ' ἐξ ἐναντίας, οὗ βραχεῖαι ἄρχουσι τρεῖς· ἡ δὲ μακρὰ τελευταία.

"--Μετὰ δὲ γᾶν ὕδατά τ' ὠκεανὸν ἠφάνισε νύξ.

οὗτος δὲ τελευτὴν ποιεῖ· ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι, ποιεῖ κολοβόν. ἀλλὰ δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι, καὶ δήλην εἶναι τὴν τελευτήν, μὴ διὰ τὸν γραφέα, μηδὲ διὰ τὴν παραγραφήν, ἀλλὰ διὰ

cem propiùs *accedit*: *Id* perſpicuum faciunt Tetrametra *ex eodem conſtituta*: Nam Tetrametra, ſunt volubilis Rhythmus. 7. [l] Reliquus verò eſt Pæan, quo *plerique Oratores* vſi ſunt, initio ducto à Thraſymacho; non potuerunt verò dicere, Quinam eſſet. [m] Eſt autem Pæan *genus* tertium, & conſequens ijs *Rhythmis*, qui dicti ſunt: [n] Habet enim *ſe*, vt duo ad tria: Illorum autem vnũ quidem *genus*, *ſc. Herous*, *eſt* vt Vnum ad Vnum; alterũ verò, *vt Iambus*, *& Trochæus*, *eſt* vt Duo ad Vnum: [o] Rationibus autem his conſequens eſt *ea*, *quæ dicitur* Seſqui-altera: Hæc autem eſt *ipſe* Pæan. 8. [p] Ac alij quidem Rhythmi abijciendi *erunt*, [q] tùm ob ea *vtiquè* quæ dicta ſunt, [r] tùm quia *ſunt* Metris aptiores: [ſ] Pæan verò ſumendus: Ab *hoc* enim ſolo ex *omnibus* qui dicti *ſunt* Rhythmis, non fit Metrum; ità vt *auditorem* maximè lateat. ¶ 9. [t] Ac hodiè quidem *Oratores* vno tantùm Pæane vtuntur, idque in *comprehenſionum* initijs: [u] Oportet autem finem à principio differre: [x] Pæanis verò duæ ſunt ſpecies inter ſe oppoſitæ; quarum vna, principio conuenit, vt etiam *Oratores* vtuntur: Iſte verò eſt, quem inchoat *ſyllaba* longa, ac terminant tres breues:

– ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪
"[y] *Delogena ſiue Lyciæ* ––– Et
– ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪
"*Auricome ô Hecate Nate Iouis.*

10. [z] Alter verò, è regione *eſt*, quem tres *ſc.* inchoant breues, & terminat *vna* longa:

∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ – ∪
"*Humum & aquam, mariaque occu-*
∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ –
luit horrifera nox:

[a] Iſte autem Pæan finem *quendam perfectum* efficit: [b] Breuis enim *ſyllaba*, quia imperfecta eſt, facit *quidam* mutilum: [c] Sed oportet longâ ſyllabâ amputari, [d] & finem *ipſum* eſſe perſpicuum; [e] non operâ *librarij* ſcribentis, neque ob Paragraphen, *ſeu notam margini appoſitam*; [f] ſed propter

[l] Pæan, qui *priſcis* Oratoribus *in vſu* fuit, *ignotus* tamen:

[m] Eſt autem *Media Species inter duas priores*, & conſequens ijſdem quoad naturam:

[n] Nam *ratio eius*, eſt *duorũ ad tria*: Cùm *heroï*, ſit *æqualis*, ſc. vt *vnum ad vnum*; *Iambi* & *Trochæi dupla*, ſc. vt *duo ad vnum*.

[o] His autem rationib. conſequens eſt illa, quæ eſt *duorum ad tria*, i. *ſeſquialtera*; ex qua conſtat *ipſe Pæan*, &c.

[p] Ex dict. conficitur, *Non priores duas ſpecies* adhibendas eſſe:

[q] Tùm ob *vitia* antè *expoſita*;

[r] Tùm, quià in verſum cadunt maximè.

[ſ] Verùm *Pæanem retinendum*: quià vt vitijs ſuperiorum caret, ità ſolus verſum nõ conficit, &c.

[t] *Speciatim* [*Quomodò, & Quo Pæane vtendum?*] Non *Rhetorum* quorundam *more*, qui & *vnâ tantùm* Pæanis *ſpecie*, Et *initio ſolùm ambitus* vtebantur, non in fine.

[u] Nam Et finis ſententiæ *differre* debet *ab initio*:

[x] Et *Pæanis duæ* ſunt *ſpecies*: Vna, *initijs congruit*; quæ conſtat *ex* 1 [a] *longâ*, & 3 [b]. *breuibus*.

[y] Exempl. ex hymno Apollinis, qui & ipſe ob hæc metra dictus eſt Pæan.

[z] Altera, *ex* 3 [b]. *breuibus*, & *vltimâ longâ*:

[a] Atque *hæc aptior* eſt *clauſulis*; quæ meliùs *inſiſtunt ſyllabis longis*, quàm breuib. [b] Nam *breuis ſyllaba*, cùm *inchoata* ſit, finem *imminutum facit*, atq; inſtabilẽ:

[c] Verùm, Ambitus Et *vltimam longam* eſſe;

[d] Et *finem apparere* oportet,

[e] Non *interpunctione librarij*, aut *aſteriſco extra* poſitò;

[f] Sed *ex ipſo rhythmo*, qui cùm *auribus perceptus* ſit, *demonſtret*,

illic *inſiſtendum* eſſe.
g Epilog. dict. Tùm à part. 1ª ad 3ªm;
h Tùm à 4ª ad 9ªm,
i Et à 9ª ad finem.

ipſum Rhythmum. g Ac numeroſam quidem oportere eſſe Elocutionem, & non expertem Rhythmi, h & Qui numeroſam efficiant Rhythmi, i & Quomodò *ſe* habentes, dictum eſt.

διὰ τὸν ῥυθμόν. ὅτι μὲν οὖν εὔρυθμον δεῖ εἶναι τὴν λέξιν, καὶ μὴ ἄρρυθμον· καὶ τίνες εὔρυθμον ποιοῦσι ῥυθμοὶ, καὶ πῶς ἔχοντες, εἴρηται.

De Figuratæ Elocutionis generibus, ſc. Fusâ, & Verſâ. — Cap. IX.

Figuratæ Elocutionis genera duo: Fuſa, à Part. 1. Et Verſa quæ Periodis conſtat, à Part. 4. Periodi duæ ſpecies, Vna in Membris, Altera Vnimembris, Par. 8. De Periodo in Membris, à Part. 9. Eius genera primaria duo ſunt, Alia Diſtincta, Par. 14. Alia Oppoſita, à Par. 15. Secundaria etiam duo; Alia, Compar eſt in Membris: Par. 18. Alia, Aſſimilata, à Par. 19.

a *Figuratæ* Elocut. *duo genera*: Vna, *Fuſa*, & *Copularum ope continua*;

b Altera, *Conuerſa*, quæ *partes* ſibi *reſpondentes* habet, ſuâque vi *ſine copulis connexas*.

c *Fuſa*, ſeu *perpetua*, eſt, qualē *priſca ſcriptorum* tulit *ætas*:

d Cuiuſmodi ſunt ſcripta Herodoti Halicarnaſſei.

e *Definitur* autem; quæ ex ſe *nullo termino clauditur*, *priuſquàm res*, quæ exponitur, *tota narretur*.

f *Eo* verò *nomine damnatur*, quòd ſit *odioſa* & moleſta; quùm ex ſe *extremum atque vltimum non habeat*; ſed *quod tranſactum* eſt, ſemper *ab eo, quod conſequitur, eodem filo pendeat*.

g *Verſa* ſeu *Contorta*, ex *Periodis* conficitur.

h *Periodus* ſeu *Ambitus*, eſt quæ & *proprijs ſententiam terminis* claudit, & *corpus ipſa* ſortitur *luſtratu perfacile*.

k Dotes eius, *duæ*: Vna, *vt admodùm delectet*: idque quià

l Et *locutio* ipſa *perfecta* ac *terminata* eſt:

a Elocutionem autem neceſſe *eſt*, eſſe aut Fuſâ, aut Vinculo Vnâ, vt in Dithyrambis *longiora cantionum* Exordia; b aut *in ſe* Conuerſam, & ſimilem veterũ Poëtarum Antiſtrophis. 2. c Ac *Fuſa* quidem Elocutio priſca eſt, d *vt in illo opere* Herodoti Thurij: " Hæc eſt *hiſtoriæ* expoſitio &c. Hâc enim, olim quidem omnes; nunc verò, *meliori inuentâ*, non multi vtuntur. e Voco autem *Fuſam*, quæ nullum habet finem per ſe, niſi res, quæ dicitur, *tota* terminata fuerit. 3. f Eſt autem iniucunda propter infinitatem: Finem enim, *quo perventuri ſunt*, volunt omnes perſpicere. Quamobrem *Curſores* in flexionibus *circa metas*, *grauiùs* anhelant, & *præ contentione penè* deficiunt: Anteà enim, dùm metam *ipſam rectâ* proſpicerent, non *tantoperè* laborabant. g Ac Fuſa quidem Elocutio, hæc eſt. ¶ 4. Conuerſa verò, *eſt ea* quæ Periodis *conſtat*. h Voco autem Periodum, elocutionem quæ habet principium, & finem ipſa per ſe, & magnitudinem, *cùm minimè prolixa ſit*, conſpectu facilem. 5. k Iucunda autem huiuſmodi *eſt*, & *quæ* facilè perſpici poteſt: Iucunda quidem, l quià

Τὴν δὲ λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥσπερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί· ἢ κατεστραμμένην καὶ ὁμοίαν ταῖς τῶν ἀρχαίων ποιητῶν ἀντιστρόφοις. 2. ἡ μὲν οὖν εἰρομένη λέξις, ἡ ἀρχαία ἐστίν· Ἡροδότου Θουρίου· "ἥδ' ἱστορίης ἀπόδεξις. ταύτῃ γὰρ, πρότερον μὲν ἅπαντες, νῦν δὲ οὐ πολλοὶ χρῶνται. λέγω δὲ εἰρομένην, ἣ οὐδὲν ἔχει τέλος καθ' αὑτὴν, ἂν μὴ τὸ πρᾶγμα λεγόμενον τελειωθῇ· 3. ἔστι δὲ ἀηδὴς, διὰ τὸ ἄπειρον· τὸ γὰρ τέλος πάντες βούλονται καθορᾶν. διόπερ ἐπὶ τοῖς καμπτῆρσιν ἐκπνέουσι καὶ ἐκλύονται· προορῶντες γὰρ τὸ πέρας, οὐ κάμνουσι πρότερον. ἡ μὲν οὖν εἰρομένη τῆς λέξεως, ἔστιν ἥδε. ¶ 4. κατεστραμμένη δὲ, ἡ ἐν περιόδοις· λέγω δὲ περίοδον, λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν, καὶ τελευτὴν αὐτὴν καθ' αὑτὴν, καὶ μέγεθος εὐσύνοπτον· 5. ἡδεῖα δ' ἡ τοιαύτη, καὶ εὐμαθής· ἡδεῖα μὲν, διὰ

τὸ

τὸ ἐναντίως ἔχειν τῷ ἀπεράντῳ· καὶ ὅτι αἰεί τι ἔχειν οἴεται ὁ ἀκροατὴς, τῷ αἰεὶ πεπεράνθαί τι αὐτῷ· τὸ δὲ μηδὲν προνοεῖν εἶναι, μηδὲ ἀνύειν, ἀηδές· 6. εὐμαθὴς δὲ, ὅτι εὐμνημόνευτος. τοῦτο δὲ, ὅτι ἀριθμὸν ἔχει ἡ ἐν περιόδοις λέξις, ὃ πάντων εὐμνημονευτότατον. διὸ καὶ τὰ μέτρων πάντες μνημονεύουσι μᾶλλον τῶν χύδην· ἀριθμὸν γὰρ ἔχει ᾧ μετρεῖται· 7. δεῖ δὲ τὴν περίοδον καὶ τῇ διανοίᾳ τετελειῶσθαι, καὶ μὴ διακόπτεσθαι, ὥσπερ τὰ Σοφοκλέους ἰαμβεῖα·

" Καλυδὼν μὲν, ἥδε γαῖα
Πελοπείας χθονός.

τοὐναντίον γὰρ ἔστιν ὑπολαβεῖν τῷ διαιρεῖσθαι· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ εἰρημένου τὴν Καλυδῶνα εἶναι τῆς Πελοποννήσου. ¶ 8. Περίοδος δὲ, ἡ μὲν, ἐν κώλοις· ἡ δὲ, ἀφελής. ¶ 9. Ἔστι δὲ, ἐν κώλοις μὲν, λέξις ἡ τετελειωμένη τε καὶ διῃρημένη, καὶ εὐανάπνευστος, μὴ ἐν τῇ διαιρέσει, ὥσπερ ἡ εἰρημένη [a] περίοδος, ἀλλ' ὅλη. κῶλον δ' ἐστὶ, τὸ ἕτερον μόριον ταύτης· 10. ἀφελῆ δὲ λέγω τὴν μονόκωλον· 11. δεῖ δὲ καὶ τὰ κῶλα, καὶ τὰς περιόδους, μήτε μειούρους εἶναι, μήτε μακράς. τὸ μὲν γὰρ μικρὸν προσπταίειν πολλάκις ποιεῖ τὸν ἀκροατήν· ἀνάγκη γὰρ ὅταν ἔτι ὁρμῶν ἐπὶ τὸ πόρρω, καὶ τὸ μέτρον, οὗ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὅρον, ἀντισπασθῇ παυσαμένου,

[a] *Par. praced.*

'ὄναςθαι γάρ. ἢ ὥσπερ Ἰσοκράτης "τὴν ἀρχὴν 'τῇ πόλει, ἀρχὴν ἐστι 'τῶν κακῶν· ἀμφοτέρως γὰρ ὃ οὐκ ἂν ᾠήθη τις ἐρεῖν, τοῦτ' εἴρηται, καὶ ἐγνώσθη ὅτι ἀληθές· τό, τε γὰρ "τὴν ἀρχὴν φάναι ἀρ-'χὴν ἐστι, οὐθὲν σοφόν. ἀλλ' οὐχ οὕτω λέγει· καὶ ἀρχὴν οὐχ ὃ εἶπεν, ἀπόφησιν, ἀλλ' ἄλλως· 19. ἐν ἅπασι δὲ τούτοις, ἐὰν προσηκόντως τὸ ὄνομα ἐνέγκῃ ὁμωνυμία ἢ μεταφορᾷ, τότε τὸ εὖ· οἷον "ἀνάσχετος, οὐκ ἀνάσχετος, ὁμωνυμίαν ἀπέφησεν· ἀλλὰ προσηκόντως, εἰ ἀεὶ δίς. καὶ, "οὐκ ἂν γέ-'νοιο μᾶλλον, ἢ σε δεῖ 'ξένος, ξένος. ἢ "οὐ 'μᾶλλον ἢ σε δεῖ, τὸ αὐτό· καὶ, "οὐ δεῖ τὸν 'ξένον, ξένον ἀεὶ ἐστι· ἀλλότριον γὰρ καὶ τοῦτο. τὸ αὐτὸ καὶ τὸ Ἀναξαν-

Ἀναξανδρίδου τὸ ἐπαινούμενον, “Καλόν γ' ἀποθανεῖν, πρὶν θανάτου δρᾷν ἄξιον· ταὐτὸν γάρ ἐστι τῷ εἰπεῖν· “ἄξιον γὰρ ἀποθανεῖν, μὴ ὄντα ἄξιον ἀποθανεῖν· ἤ, “ἄξιόν γ' ἀποθανεῖν ἐστι, μὴ θανάτου ἄξιον ὄντα, ἢ μὴ ποιοῦντα θανάτου ἄξια· 20. τὸ μὲν οὖν εἶδος τὸ αὐτὸ τῆς λέξεως τούτων· ἀλλ' ὅσῳ ἂν ἐλάττονι καὶ ἀντικειμένως λεχθῇ, τοσούτῳ μᾶλλον. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι ἡ μάθησις, διὰ μὲν τὸ ἀντικεῖσθαι, μᾶλλον. διὰ δὲ τὸ ἐν ὀλίγῳ, θᾶττον γίνεται· 21. δεῖ δὲ ἀεὶ προσεῖναι ἢ τὸ πρὸς ὃν λέγεται, ἢ τὸ ὀρθῶς λέγεσθαι, εἰ τὸ λεγόμενον ἀληθές, καὶ μὴ ἐπιπόλαιον· ἔστι γὰρ ταῦτα χωρὶς ἔχειν· οἷον, “ἀποθνήσκειν δεῖ, μηθὲν ἁμαρτάνοντα· ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον. “τὴν ἀξίαν δεῖ γαμεῖν τὸν ἄξιον· ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον· ἀλλ' ἐὰν ἅμα ἄμφω ἔχῃ “ἄξιόν γ' ἀποθανεῖν, μὴ ἄξιον ὄντα τοῦ ἀποθανεῖν· 22. ὅσῳ δ' ἂν πλείω ἔχῃ, τοσούτῳ ἀστειότερον φαίνεται· οἷον, εἰ καὶ τὰ ὀνόματα μεταφορὰ εἴη, καὶ μεταφορὰ τοιαδί, καὶ ἀντίθεσις, καὶ παρίσωσις· καὶ ἔχοι ἐνέργειαν· ¶ 23. Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ εἰκόνες, ὥσπερ εἴρηται καὶ ἐν τοῖς ἄνω, αἰεὶ εὐδοκιμοῦσαι τρόπον τινὰ μεταφοραί· αἰεὶ γὰρ ἐκ δυοῖν λέγονται, ὥσπερ ἡ ἀνάλογον μεταφορά· οἷον “ἡ ἀσπὶς φαμέν, ἐστὶ φιάλη Ἄρεος, καὶ “τόξον φόρμιγξ ἄχορδος· 24. οὕτω μὲν οὖν λέγουσιν οὐχ ἁπλοῦν· τὸ δ' εἰπεῖν “τὸ τόξον φόρμιγγα, ἢ “τὴν ἀσπίδα φιάλην, ἁπλοῦν· 25. καὶ εἰκάζουσι δὲ

celebre illud *dictum* Anaxandridæ, “Honeſtũ *eſt* mori, priuſquàm morte *quid* dignum fecerit. Idem enim eſt, ac dicere, “[i] Dignum enim *eſt* mori *virum*, non dignũ mori: [k] Aut, “Dignum *eſt* mori *virum*, non morte dignum; [l] vel non *facinora* facientẽ morte digna. 20. [m] Ac forma quidem *Elocutionis* in his *omnibus exemplis*, eadem *eſt*, *ſc. Oppoſita in membris*; verùm quò breuiùs, & oppoſitiùs prolata ſint, eò probantur *& arrident* magis. [n] Cauſa autem *eſt*, quòd propter Oppoſitionem quidem, *quæ ibi eſt*, *ſit* magis perceptio, propter breuitatem verò *ſententiæ*, *res* citiùs percipitur. 21. [o] Oportet autem ſemper adeſſe, & *perſonam*, in quam *aptè* dicitur, & dictionem rectam; ſi id, quod dicitur, verum, ac non inane *ſit futurum*: Licet enim hæc *duo* ſeparatìm habere; [p] velut, “Mori oportet nihil *in vita* peccantem; Sed *hoc* non vrbanum *eſt*; *quià non rectè dicitur*; [q] “Dignum ducere oportet *vxorem* dignam: ſed nec vrbanum; *quià perſonæ duæ ſunt*: [r] Verùm ſi ſimùl vtrumque habeat, *Perſonam vnam & dictionem rectam*, *vrbanum erit*: *vt*, “Dignum *eſt* mori *virum*, non dignum mori. 22. [ſ] Cæterùm quò plura *vrbana*, *dictum aliquod* habeat, tantò vrbanius apparet; velut, ſi nomina ſint & Tranſlatio, & Tranſlatio eiuſmodi, *ſc. ex proportione*; [2] & *ſi* Oppoſitio, atque Compar; & [3] *ſi* Actum *etiam* habeant. ¶ 23. [t] *Iam* verò *etiam* Imagines, vtì in ſuperioribus quoque dictum eſt, ſemper ſunt probatæ quodammodò Tranſlationes: [u] Semper enim ex duobus ducuntur, ſicut *ea* quæ ex proportione *ſumitur* Tranſlatio: velut, “Scutum, (dicimus) poculũ eſt Martis; &, “Arcus, cithara ſine chordis. 24. [x] Ac ſic quidem dicentibus non ſimplex *nomen*, *ſed compoſitum quiddam eſt*: [y] Dicere verò “Arcum, citharam; aut “Scutum, poculum; *eſt quiddam* ſimplex: 25. [z] Atque aſſimilant ſanè hoc modo,

demnatione viri boni.

[i] Interpretatio exempli quoad vtramque partem: *In priore quidem*, vt pro καλὸν ponatur *ſynonymum* ἄξιον.

[k] *In poſteriore*, vt *verbum* ſit *infinitum*.

[l] Aut *caſus obliquus*.

[m] *Conditioni* iam dictæ *accedat* oportet *illud*, vt *Oppoſitio* iſta *fiat* verborum *circuitu* quàm *breuiſſimo*.

[n] Rat. (*Cur vtraque hæc vrbanitatem pariant*:) *Oppoſitio* .n. *meliùs intelligi* rem facit, *breuitas temporis*, *celeriùs percipi*.

[o] *Poſterior Conditio*: vt *in hâc Repetitione*, ne ex vllâ parte claudicet, & *ſententia vera ſubſtrata ſit*, & *perſona vna*, *in quam vtraque membra aptè cadant*.

[p] Exempl. *de perſonâ*, *abſque ſentent. verâ*.

[q] Contrà, *de ſententiâ verâ*, cùm *perſona vna non* ſit.

[r] Exempl. *de vtriſque bellè coniunctis*.

[ſ] Reg. general. *de* 3b. *Vrbanorũ generibus*; [1] *Metaphorâ*, [2] *Oppoſitione*, [3] *& Actu*. Ex ijs quò *plura* comprehenderit ſententia, *tantò elegantiorem* fore.

[t] *Ad Tranſlat. Vrbanas reducuntur quoque Imagines vrbanæ.*

[u] *Hæ* enim ſemper *ex* 2b. *terminis* conſtant, *vt & Tranſlationes ex proportione*; quarum ſumma eſt vrbanitas.

[x] *Diſtinguendum hîc tamen*: Vt enim *Tranſlatio*, *Alia Compoſita* eſt; *ex vtriſque* ſuis *terminis* expreſſis:

[y] *Alia ſimplex & inchoata*, *ex vno* tantùm.

[z] Ità *& Imago*, *Alia ſimplex ex*

vno termino Metaphorico cõtracta: Ac *tales* poſſunt eſſe *ridiculæ, non vrbanæ.*

[a] *Alia compoſita, ex compoſitæ Tranſlationis terminis vtriſque* deſumpta: *Tales* ſunt potiſſimùm *ſale conditæ ac lepidæ.*

Exempl. 1m,
2m,
3m.

[b] Et *Poëtis* ſanè *perplacent Imagines* hæ, *tametſi* tractatu *minùs tutæ*: ſiquidem *niſi eas* vtriſque terminis *bellè explicuerint, explodi ſoleant*; nil iuuante, quæ inerat, vrbanitate.

[c] PROVERBIA quoque *ſunt Tranſlationes, à ſpecie quidem ad ſpeciem*: Vndè ſermoni *adſpergunt vrbanum quiddam*; ſed *minùs gratum.*

[d] Epilog. *de Vrbanis.*

[e] Adde: HYPERBOLAS nonnullas *meritò habendæ ſunt pro Vrbanis*: Siquidem *ſunt* illæ *Tranſlationes quædam*:

[f] Sed *eiuſmodi* herclè, *quæ* omnẽ *ſuperent fidem.*

[g] Quòd *ſi ſub Imaginum formâ* (cum ſimilitudinis notis) *enuncientur*: *manent* illæ quidem *ſuperlationes eædem, quæ antè*: *ſed locutione* tamen ſolâ *differentes.*

do; veluti, "Simiæ tibicinem, "Lucernæ-irroratæ luſcioſum: Ambo enim contrahuntur, *&* *conniuent.* 26. [a] Bellè autem *&* *ſcitè* profertur, quãdò fuerit *illa ex proportione* Tranſlatio: Licet enim per Imaginẽ dicere, [1] "Scutum, poculum *eſſe* Martis: [2] Et "Parietinas, *ſeu Parietum ruinas*, at‘ tritum pannum domus: [3] Et dicere, "Niceratum eſſe Philoctetem mor‘ ſum à Pratye, vt aſſimilauit Thraſymachus videns Niceratum ſuperatum à Pratye in Rapſœdia; ſed alentem comam, & ſordidatũ adhuc. 27. [b] In quibus *imaginibus conformandis* maximè exploduntur Poëtæ, niſi bellè *exprimant*, etiamſi vrbanitate *placeant &* probentur: Dico autem, quandò *abſque alterius termini adiectione, Poëta* ſic reddat;

"*Hic homo*, tanquàm apium, crura
diſtorta gerit: Et,
"Tanquàm *Athleta* Philammon ſub
iugo decertans coryco, *i. pilâ æneâ.*

Atque huiuſmodi omnia, ſunt Imagines: Quòd autem Imagines, *ſint* Tranſlationes, ſæpè dictum eſt. ¶ 28. [c] Et *prætereà* Prouerbia *quædam*, ſunt Tranſlationes à ſpecie ad ſpeciem: velut, ſi quis quaſi bonum *ab alio* capturus, *ipſum aliundè ad ſe* adducat, deindè damnum *ab eodem* acceperit; "Quaſi Carpathius, inquit, leporem: Ambo enim *id malum*, quod dictum *eſt*, paſſi ſunt. [d] Ac Vndè quidem vrbana ducantur, & Quamobrem, propemodùm dicta eſt cauſa. ¶ 29. [e] Sunt autem etiam ſuperlationes *illæ*, quæ feſtiuæ habentur, Tranſlationes *quædam*; velut in ſugillatum *ſeu cruentatos oculos habentem*; "Putaſſetis enim ipſum eſſe mororum Calathum: Nam ſugillatum, *eſt* rubicundum *quid*: [f] Sed *iſtud* nimium *eſt*, *&* *ſupra fidem*: [g] Illud autem, *cùm dicitur, hoc eſſe*, vt id, & id, *eſt* ſuperlatio locutione differens: *ex. gr.* "vt Philammon ſub iugo decertat coryco: ‘ Putaſſetis autem, ipſum Philamo‘ nem eſſe pugnantem coryco. *Item*,

ἔπος· οἷον, "πιθήκῳ αὐ‘ λητήν· "λύχνῳ ψακαζο‘ μένῳ [εἰς] μύωπα· ἄμφω ‘ γὰρ συνάγεται. 27. τὸ δὲ εὖ ἐστὶν, ὅταν μεταφορὰ ᾖ· ἔστι γὰρ εἰκάσαι "τὴν ἀσπίδα, φιάλην Ἄρεος· καὶ "τὸ ἐρείπιον ῥάκει οἰκίας· καὶ "τὸν Νικήρατον ‘ φάναι Φιλοκτήτην εἶναι δε‘ δηγμένον ὑπὸ Πράτυος, ὥσπερ εἴκασε Θρασύμαχος ἰδὼν τὸν Νικήρατον ἡττημένον ὑπὸ Πράτυος ῥαψῳδοῦντα, κομῶντα δὲ καὶ αὐχμηρὸν ἔτι. 27. ἐν οἷς μάλιστα ἐκπίπτουσιν οἱ ποιηταὶ, ἐὰν μὴ εὖ, καὶ ἐὰν εὐδοκιμῶσι. λέγω δ' ὅταν ἀποδιδῶσιν,

"Ὥσπερ σέλινον οὖλα τὰ
σκέλη φορεῖ.
"Ὥσπερ Φιλάμμων ζυγομαχῶν
τῷ κωρύκῳ.

καὶ τὰ τοιαῦτα πάντ' εἰκόνες εἰσίν. αἱ δ' εἰκόνες, ὅτι μεταφοραὶ, εἴρηται πολλάκις. ¶ 28. Καὶ αἱ παροιμίαι μεταφοραὶ ἀπ' εἴδους ἐπὶ εἶδός εἰσιν· οἷον, ἄν τις ὡς ἀγαθὸν πεισόμενος αὐτὸς ἐπαγάγηται, εἶτα βλαβῇ, ‘ ὡς ὁ Καρπάθιός φησι τὸν ‘ λαγώ· ἄμφω γὰρ τὸ εἰρημένον πεπόνθασιν. ὅθεν μὲν οὖν τὰ ἀστεῖα λέγεται [b], καὶ διότι [1], σχεδὸν εἴρηται τὸ αἴτιον. ¶ 29. Εἰσὶ δὲ καὶ εὐδοκιμοῦσαι ὑπερβολαὶ, μεταφοραί· οἷον εἰς ὑπωπιασμένον· "Ὠήθητε γὰρ ‘ αὐτὸν εἶναι συκαμίνων τά‘ λαρον· ἐρυθρὸν γάρ τι τὸ ὑπώπιον. ἀλλὰ τὸ πολὺ σφόδρα. τὸ δὲ ὥσπερ τὸ καὶ τὸ, ὑπερβολὴ τῇ λέξει διαφέρουσα, "Ὥσπερ Φι‘ λάμμων ζυγομαχῶν τῷ κω‘ ρύκῳ· "ᾠήθητ' ἂν αὐτὸν Φι‘ λάμ-

[b] *Cap.10.*
[1] *hoc cap.*

ʻλάμμωνα εἶναι μαχόμενον περὶ ʻκορύνης. " Ὥσπερ σέλινον ʻοὖλα τὰ σκέλη φορεῖν· " ᾤηʻθην δὲ οὐ σκέλη, ἀλλὰ ʻσέλινα ἔχειν, οὕτως οὖλα· 30. εἰσὶ δὲ ὑπερβολαὶ μειρακιώδεις· σφοδρότητα γὰρ δηλοῦσι. διὸ ὀργιζόμενοι λέγουσι μάλιστα·

" Οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε.
" Κούρην δ' οὐ γαμέω Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο,
" Οὐδ' εἰ χρυσείῃ Ἀφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι,
" Ἔργα δ' Ἀθηναίῃ. --

χρῶνται δὲ μάλιστα τούτῳ οἱ Ἀττικοὶ ῥήτορες· διὸ πρεσβυτέρῳ λέγειν ἀπρεπές.

vt Apium, diſtorta crura ferre. " Putabam autem, non crura, ſed apia habere; ſic diſtorta *ſunt*. 30. [h] Sunt autem ſuperlationes pueriles: *Motum* enim vehementiorem *animi* declarant. [i] Quamobrem qui iraſcuntur, *eas* dicunt maximè: [k] *velut Achilles*,

[l] " Neq; ſi mihi tot *auri munera*, quot arenæ *ſunt* puluiſque grana, dederit, *placabit animum, &c.* [a] Et,
" Filiam autem Agamemnonis Atridæ, *vxorem* non duco;
" Neque etiam ſi cum aureâ Venere pulchritudine contendat,
" Operibus *verò muliebrib.* cum Minerua.

[l] Vtuntur autem maximè hoc *Superlationum genere* oratores Attici. Quamobrem Seni *eas* dicere, indecorum *fuerit*.

[h] Omninò, *Hyperbolæ* omnes *iuueniliter exultant*, vtpotè *à turbidis* animorum *motibus profectæ*:

[i] Vndè, *Qui animo irato ſunt, huiuſmodi ſolent incredibilia fundere.*

[k] Exempla duo *ex oratione Achillis ad legatos Agamemn.* Iliad. 9. 1 [m], vbi *munera Agamemnonis*;
Alterum, vbi *conditionem etiã matrimonij reſpuit.*

[l] In *vſu* autem frequenti *Rhetoribus ſunt* leuiculis: *Quò minimè* videantur *dignæ Oratore prudenti.*

De varijs Elocutionum modis, ſeu differentijs.

Cap. XII.

Modi Elocutionis colliguntur 1°, *Diſtinctione: Alia eſt Elocutio Scriptionis, alia Contentionis; de quibus à Par.* 2. *Dein, Subdiſtinctione: Alia enim eſt Concionis; Alia, Iudicij; de quibus à Par.* 11. *Collatio diſtinctionis cum ſubdiſtinct. Par.* 14.

Δεῖ δὲ μὴ λεληθέναι, ὅτι ἄλλη ἑκάστῳ γένει ἁρμόττει λέξις· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ γραφικὴ καὶ ἀγωνιστική· οὐδὲ δημηγορικὴ καὶ δικανική. ¶ 2. Ἄμφω δὲ ἀνάγκη εἰδέναι. τὸ μὲν γάρ ἐστιν Ἑλληνίζειν ἐπίστασθαι· τὸ δὲ, μὴ ἀναγκάζεσθαι κατασιωπᾶν, ἄν τι βούληται μεταδοῦναι τοῖς ἄλλοις· ὅπερ πάσχουσιν οἱ μὴ ἐπιστάμενοι γράφειν. 3. ἔστι δὲ λέξις, γραφικὴ μὲν, ἡ ἀκριβεστάτη· ἀγωνιστικὴ δὲ, ἡ ὑποκριτικωτάτη. ταύτης δὲ δύο εἴ-

[a] Oportet autem non latere, aliam vnicuiq; *orationum* generi conuenire Elocutionem: Non enim eadem *Elocutio* ſcriptionis, & contentionis *eſt*; [b] Neque concionis & iudicij. ¶ 2. [c] Vtrumque autem neceſſe *eſt* ſcire, *& eam quæ ſcriptionis, & quæ contentionis*: [d] Hoc enim, eſt ſcire, *Quomodò elegantèr, &* emendatè loquaris; [e] Illud verò, non cogi ſilere, ſi quid velis communicare cum alijs; quod patiuntur *illi*, qui neſciunt ſcribere. 3. [f] Eſt autem Elocutio quidem ſcriptionis, *ea* quæ exactiſſima *eſt*; [g] Contentionis autem, illa quæ Actioni maximè *eſt* accommodata. [h] Iſtius autem, *quæ actioni apta*, duæ *ſunt*

[a] *Diſtinctio Elocutionis*: [Alia, *ſcriptionis* eſt ſeu ſtylus; Alia Contentionis:]

[b] Subdiſtinct. [Ex his, Alia, *Deliberatiuis* orationibus, Alia, *Iudicijs*, vel *Demonſtr. congruit.*]
[c] Diſtinctionis *pars vtraque, neceſſaria* eſt *cognitu*:
[d] *Contentionis quidem*; vt *ne corãm neſcias* aptè ornatéq; *eloqui*:
[e] *Scriptionis verò*; vt *abſentibus* quæ tuâ aut illis ſcire intereſt, *ſcribendo impertias.*
[f] Elocut. *Scripturæ*, quæ.

[g] *Contentioſa*, quæ.

[h] Contentioſæ, *duæ ſpecies*: vna

Moribus fingendis, altera *affectibus permouendis* occupata.

[i] Vndè, *Apud Poëtas*: Quæ *morum affectuumq; plena*, *ab hiſtrione poſcuntur* fabulæ; in quibus ſtudium ipſorum eluceat maximè:

[k] Quæ verò *ad-amuſſim ſcriptæ*, *circumferuntur manibus*, & *domi* accuratè *conſyderantur*.

[l] *Apud Oratores paritèr*: Quæ *domeſticâ lectione ſplendidæ* orationes, *in foro recitatæ*, putantur *humiles*:

[m] Quæ verò *dictæ*, *nimiopere placuêre*, *literis exceptæ*, *vix reſpondent* hominum *iudicio*.

[n] *Contentioſæ* locutionis *vim declarant exempla phraſium* quarundam: v. g. *Diſſoluta* & *Repetitiones*, quæ *in foro vigebant*, *ſemotâ Actione*, *iacent*, vt frigidæ atque abiectæ.

[o] Hæ autem quàm *forenſi negotio conducant*, facillimè apparet, Rat. 1ª, Quià *geſtum Actionemque* in ipſo Dicente *excitare videantur*, vel inuito.

[p] Velut, *Repetitio Pronominis Iſte*: quam Philemon hiſtrio, in fabulâ Anaxandridæ, ſub perſonâ Rhadamanthi pronunciauit, crebrâ variâq; vocis ac manuum mutatione.

[q] Et *Repetit. Pronominis*, *Ego*, in fabulâ dictâ Piorum.

[r] Similitèr quoque *Diſſoluta*, *hiſtrionibus egent*, qui *neceſſario* ipſa *geſtu* adiuuent.

2ª Rat. Quià *in his*, *multa vno eodemq; ſpatio ac ſpiritu efferuntur*, *quo vnum dictum fuiſſet*:

[ſ] Atque *hoc* quidem *proprium*

ſunt ſpecies: Morata vna; Pathetica altera. 4. [i] Quamobrem & hiſtriones talia dramata affectant, *Morata ſc. & affecta*; & *viciſſim* Poëtæ *ipſi* tales *hiſtriones requirunt*. [k] *Si autem*, qui ad lectionem comparati *ſunt*, geſtantur *in manibus*; velut Chæremon; quippè accuratus, vt Rhetor *quiſquam*, qui orationes ſcripſit; & Licymnius inter Poëtas Dithyrambicos. 5. [l] Et *iſtorum ſi orationes cum illorum inter ſe* comparentur; eæ quidem, quæ *domi* ſcriptæ *placebant*, in contentionibus anguſtæ *& ieiunæ* apparent: [m] Quæ verò Rhetorum *in foro* benè habitæ, in manibus *planè* humiles *& vulgares*. Cauſa autem *eſt*, quià id *quod dicitur*, in Contentionibus *& forenſi negotio*, aptè congruit. 6. [n] Quamobrem etiam *ea* quæ Actioni apta *ſunt*, ablatâ Actione, non obeuntia ſuum munus, apparent inſulſa: veluti, & Diſſoluta, & Idem-ſæpè-Repetere, in Scriptionis-Elocutione, rectè repudiantur; in Contentioſâ verò *oratione*, etiam Oratores *his ipſis* vtuntur: *Hæc* enim *ambo* actioni ſunt accommodata. 7. [o] Neceſſe verò *eſt* [1] *Oratores*, dùm idem repetunt, *& voce*, *& geſtu*, *&c.* immutari; quod quidem quaſi viam ſternit ad Actionem; [p] "Iſte '*autem* eſt, qui expilauit vos; "Iſte 'eſt, qui decepit; Iſte eſt, qui poſtre'mùm *vos* prodere conatus eſt: velut etiam Philemon hiſtrio fecit, & in Anaxandridæ Gerontomaniâ, cùm loquitur Rhadamanthus, & Palamedes; [q] Et in Prologo *fabulæ* Piorum, illud, "Ego *inquam*: Si quis enim hæc *dictionum genera* non adiuuet Actione, fit *ei ſimilis*, qui trabem geſtat. 8. [r] Et Diſſoluta eodem modo *ſe habent*; "Veni, Occurri, Rogaui: Neceſſe enim *eſt*, *Oratorem hæc* Actione exprimere, & non, perinde ac ſi vnum quid dicat, iiſdem moribus, & *eodem* tono, *ſeu vocis affectu* pronunciare. 9. [2] Prætereà habent [ſ] peculiare aliquid *ipſa* Diſſoluta: In tempore enim æquali, *quo vnum dicebatur*,

δύο· ἡ μὲν γὰρ, ἠθική· ἡ δὲ, παθητική· 4. διὸ καὶ οἱ ὑποκριταὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων διώκουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ τοὺς τοιούτους. βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοί· οἷον Χαιρήμων· ἀκριβὴς γὰρ, ὥσπερ λογογράφος· καὶ Λικύμνιος τῶν διθυραμβοποιῶν. 5. καὶ παραβαλλόμενοι, οἱ μὲν τῶν γραφικῶν, ἐν τοῖς ἀγῶσι στενοὶ φαίνονται· οἱ δὲ τῶν ῥητόρων εὖ λεχθέντες, ἰδιωτικοὶ ἐν ταῖς χερσίν. αἴτιον δ᾽, ὅτι ἐν τῷ ἀγῶνι ἁρμόττει· 6. διὸ καὶ τὰ ὑποκριτικὰ ἀφῃρημένης τῆς ὑποκρίσεως, οὐ ποιοῦντα τὸ αὐτῶν ἔργον, φαίνεται εὐήθη· οἷον τά τε ἀσύνδετα, καὶ τὸ πολλάκις τὸ αὐτὸ εἰπεῖν, ἐν τῇ γραφικῇ, ὀρθῶς ἀποδοκιμάζεται· ἐν δὲ ἀγωνιστικῇ καὶ οἱ ῥήτορες χρῶνται· ἔστι γὰρ ὑποκριτικά· 7. ἀνάγκη δὲ μεταβάλλειν τὸ αὐτὸ λέγοντας· ὅπερ ὥσπερ ὁδοποιεῖ τῷ ὑποκρίνεσθαι· "οὗτός ἐστιν ὁ 'κλέψας ὑμῶν· οὗτός ἐστιν 'ὁ ἐξαπατήσας· οὗτος ὁ τὸ 'ἔσχατον προδοῦναι ἐπιχει'ρήσας. οἷον καὶ Φιλήμων ὁ ὑποκριτὴς ἐποίει, ἔν τε τῇ Ἀναξανδρίδου γεροντομανίᾳ, ὅτε λέγει Ῥαδάμανθυς καὶ Παλαμήδης· καὶ ἐν τῷ προλόγῳ τῶν εὐσεβῶν, "τὸ Ἐγώ· ἐὰν γάρ τις τὰ τοιαῦτα μὴ ὑποκρίνηται, γίνεται ὁ τὴν δοκὸν φέρων· 8. καὶ τὰ ἀσύνδετα ὡσαύτως· "ἦλθον, ἀπήντησα, ἐδεόμην· ἀνάγκη γὰρ ὑποκρίνεσθαι, καὶ μὴ ὡς ἓν λέγοντα τῷ αὐτῷ ἤθει καὶ τόνῳ εἰπεῖν· 9. ἔτι ἔχει ἴδιόν τι τὰ ἀσύνδετα· ἐν ἴσῳ γὰρ χρόνῳ πολλὰ

πολλὰ δοκεῖ εἰρῆσθαι· ὁ γὰρ σύνδεσμος ἓν ποιεῖ τὰ πολλά· ὥστε ἐὰν ἐξαιρεθῇ, δῆλον ὅτι τοὐναντίον ἔσται τὸ ἓν πολλά. ἔχει οὖν αὔξησιν· «ἦλθον, διελέχθην, ἱκέτευσα» πολλά. «δοκεῖ ὑπεριδεῖν, ὅσα εἶπον, ὅσα φημί.» 10. τοῦτο δὲ βούλεται ποιεῖν καὶ Ὅμηρος, ἐν τῷ,

« Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν, --
« Νιρεὺς Ἀγλαΐης, --
« Νιρεύς, ὃς κάλλιστος. --

περὶ οὗ γὰρ πολλὰ εἴρηται, ἀνάγκη καὶ πολλάκις εἰρῆσθαι. εἰ οὖν καὶ πολλάκις, καὶ πολλὰ δοκεῖ. ὥστε ηὔξησεν ἅπαξ μνησθεὶς διὰ τὸν παραλογισμόν, καὶ μνήμην πεποίηκεν, οὐδαμοῦ ὕστερον αὐτοῦ λόγον ποιησάμενος. ¶ 11. Ἡ μὲν οὖν δημηγορικὴ λέξις, καὶ παντελῶς ἔοικε τῇ σκιαγραφίᾳ· ὅσῳ γὰρ ἂν πλείων ᾖ ὁ ὄχλος, πορρώτερον ἡ θέα· διὸ τὰ ἀκριβῆ περίεργα καὶ χείρω φαίνεται ἐν ἀμφοτέροις· 12. ἡ δὲ δίκη, ἀκριβεστέρα. ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ ἑνὶ κριτῇ· ἐλάχιστον γάρ ἐστιν ἐν ῥητορικοῖς· εὐσυνόπτον γὰρ μᾶλλον τὸ οἰκεῖον τοῦ πράγματος, καὶ τὸ ἀλλότριον· καὶ ὁ ἀγὼν ἄπεστιν. ὥστε καθαρὰ ἡ κρίσις· 13. διὸ οὐχ οἱ αὐτοὶ ἐν πᾶσι τούτοις εὐδοκιμοῦσι ῥήτορες· ἀλλ' ὅπου μάλιστα ὑποκρίσεως, ἐνταῦθα ἥκιστα ἀκρίβεια ἔνι· τοῦτο δέ, ὅπου φωνῆς, καὶ μάλιστα ὅπου μεγάλης· ¶ 14. Ἡ μὲν οὖν

multa videntur eſſe dicta : [t] Nam Coniunctio, *ſeu connectens copula*, vnū facit *ea, quæ ſunt* multa : Quare, ſi *illa* ſublata fuerit, perſpicuum eſt, è contrario, id quod vnum *erat, iam* fore multa : [u] Habent igitur Amplificationem *hæc*, « Veni, Narraui, Supplicaui *precibus* multis : « Videtur autem negligere, quæcunque dixi, quæcunque aio. 10. [x] Hoc *idem* verò *artificiosè* vult facere etiam Homerus, in illo,

« *Nireus autem ex Syme* inſulâ --
« *Nireus Aglaiæ* filius --
« *Nireus, qui pulcherrimus* omnium Græcorum. --

[y] De quo enim multa dicta ſunt, neceſſe *eſt* etiam ſæpè *eum* dictum fuiſſe : Si igitur (*è conuerſo*) & ſæpè dictum *ſit*, etiam *&* multa videntur *dicta, quæ tamen dicta non ſunt* : Quare cùm ſemèl *tantùm Nirei* meminerit, amplificauit *tamen* propter fallaciam, & memoriam *eius hîc* prodidit, cùm nuſquàm de illo poſteriùs mentionem facturus eſſet. ¶ 11. [z] Ac Deliberatiua quidem Elocutio, etiam omninò ſimilis eſt vmbratili picturæ : Quantò enim amplior ſit *ſpectantium* turba, tantò longinquiùs pictura *illa ſpectari ſolet*. Quamobrem *ea* quæ in vtriſque (*picturâ, & Deliberatiuâ Elocutione*) *nimis* exquiſita *ſunt*, ſuperuacanea, & peiora apparent. 12. [a] Iudicialis verò, accuratius *quiddam eſt* : Adhuc autem, maiorem *curam requirit dictio*, quæ ad vnum iudicem *habetur* : [b] Minimum enim *illîc* eſt in *ſubſidijs* oratorijs ; quià faciliùs conſpici poteſt, quod eſt proprium rei, & quod ad alium *hominem pertinet* : [c] Ac contentio *iactatioque omnis oratoria* abeſt : Quare iudicatio *ibi* ſyncera *eſt, & incorrupta*. 13. [d] Quamobrem non ijdem Oratores in omnibus his *generibus* æquè probantur *& placent* ; verùm vbi maximè *eſt opus* actione, ibì minimum diligentiæ requiritur. Hoc autem, vbi voce *eſt opus*, & maximè, vbi magnâ. ¶ 14. [e] Demonſtratiua igitur

eſt Diſſolutis:
([t] Etenim *propter Copularum exemptionem*, *Amplificandi vim habent Diſſoluta* : vtì didicimus huius lib. cap. 5.

[u] Exempl.)

[x] Veruntamen *& Repetitionibus* quoque *hoc idem adaptauit Homerus, per fallaciam* res tenues hac ratione augens : Ex. g. Iliad. 2. in Catalog. nauium : *quò Nireum exornaret*, quod *vnum* erat, *plura videri fecit* per fallaciam à *Conſequenti*.

[y] *Si enim, de quo multa dicta ſunt, neceſſe ſit, ſæpè de eo dictum eſſe ; etiam contrà, De quo ſæpè, de eo multa, &c.* Quod tamen, *nedùm neceſſarium* eſt, *ſæpè falſum* reperitur : Idem enim *verbum* locutione, *alio aliòque ſono, geſtuq́;* repetere licebit.

[z] Svbdistinctionis *partes, Quales ſint?*] *Deliberatiuam n.* elocutionem, *cùm in* frequentiſſimâ *hominum coronâ* celebretur, *minimè eſſe limatam*, neceſſe eſt : quò faciliùs *ad aures* illorum *permeet*, qui *ſpatio remoti* ſunt.

[a] *Iudicialis*, quæ *ad pauciores* habetur, *exactiùs polienda* erit; præſertìm *ea, quæ coràm vno Iudice*. (Quò enim *pauciores Iudices*, eò *præſtantiores* dantur, *& acrioris iudicij*.)

[b] Rat. huius duplex : quià ſc. Et *figurarum Rhetoricarum laqueis*, *locus in Iudicijs exiguus*, facultas nulla.

[c] Et *iactatio illîc Actorum non impedit*, quò minùs exerceantur *iudicia vera*.

[d] Vndè, *Oratores* dicendi *generibus*, *alij alijs* inſeruiunt *aptiùs*. *Demonſtratiuis*, *plus olei operæq́;* inſumitur : *Iudicia*, ſtylum non incomptum : *Conciones*, etiā Aſiaticum ac liberiorē ferunt.

[e] *Collatio Diſtinctiou. & Subdi-*

ſtinct: Demonſtratiua elocutio *Scriptioni* potiſſimùm *quadrat; Iudicialis, Contentioni*: Deliberatiua ambigit.

[t] *Subdiuiſêre* Elocutionem *alij*, in *Magnificam* & *Suauem*: *Ineptè* nimis: 1° enim, τὸ *Magnificum, ab hac facultate*, longè *deuium* eſt, non minùs quàm *cæteræ virtutes Morales.*

2°, *Suaue* autē, *in eâdem hâc arte ſuperfluum* eſſe, liquet ex ſupradictis. Nam

[g] Et *Elocutionis virtus* (quæ perſpicuo & decoro definita fuit) *huic fini inſeruit maximè, vt Elocutio*, mediocritate retentâ, *fiat Suauis*:

[h] Et *ſuauis dictio*, nihil aliud *eſt* quàm *Elocutio*

[i] *Ex propriâ materiâ* cohærens;

[k] Et *formarum ſuarum gratiâ* acnitore illuſtris.

igitur Elocutio, Scriptioni accommodatiſſima *eſt*: Opus enim ipſius *eſt*, lectio: Secundo autem *loco*, *eſt Elocutio* Iudicialis. 15. [f] Diuidere verò Elocutionem, quòd ſuauem oporteat *eſſe*, & magnificam, ſuperuacaneum *eſt*. [1] Cur enim *ità* magis, quàm temperantem & liberalem, & ſi-qua alia *eſt* morum virtus? 16. [a] Nam vt ſuauis ſit, facient profectò *conditiones* eæ, quæ *ſuperiùs* dictæ *ſunt*, ſi modò *ab initio* rectè definita ſit Elocutionis virtus. [g] Ob Quem enim *alium* finem oportet *eam* eſſe perſpicuam, & non humilem, ſed decoram? ſi enim nugatoria eſt, non *eſt* dilucida; neque ſi conciſa; ſed profectò medium *&* *modus quidam* conuenit: [h] Et Suauem efficient ea, quæ dicta *ſunt*, ſi benè ſint *inter ſe* temperata; *nempè*, [i] Vſitatum, & Peregrinum, [k] & Rhythmus, & appoſitum ad perſuadendum ex Decoro. 17. Ac de Elocutione quidem dictum eſt, cùm communitèr de omnibus, tùm ſigillatìm de vnoquoque genere.

ἐπιδεικτικὴ λέξις, γραφικωτάτη. τὸ γὰρ ἔργον αὐτῆς, ἀνάγνωσις. δευτέρα δέ, ἡ δικανική· 15. τὸ δὲ προσδιαιρεῖσθαι τὴν λέξιν, ὅτι ἡδεῖαν δεῖ καὶ μεγαλοπρεπῆ, περίεργον· τί γὰρ μᾶλλον ἢ σώφρονα καὶ ἐλευθέριον, καὶ εἴ τις ἄλλη ἤθους ἀρετή; 16. τὸ γὰρ ἡδεῖαν εἶναι, ποιήσει δῆλον ὅτι τὰ εἰρημένα, εἴπερ ὀρθῶς ὥρισται ἡ ἀρετὴ τῆς λέξεως· τίνος γὰρ ἕνεκα δεῖ σαφῆ καὶ μὴ ταπεινὴν εἶναι, ἀλλὰ πρέπουσαν; ἄν τε γὰρ ἀδολεσχῇ, οὐ σαφής, οὐδὲ ἂν σύντομος· ἀλλὰ δῆλον ὅτι τὸ μέσον ἁρμόττει. καὶ τὸ ἡδεῖαν, τὰ εἰρημένα ποιήσει, ἂν εὖ μιχθῇ τὸ εἰωθὸς, καὶ ξενικόν, καὶ ὁ ῥυθμός, καὶ τὸ πιθανὸν ἐκ τοῦ πρέποντος. 17. περὶ μὲν οὖν τῆς λέξεως εἴρηται, καὶ κοινῇ περὶ ἁπάντων, καὶ ἰδίᾳ περὶ ἕκαστον γένος.

De Diſpoſitione Oratoriâ, Tabula à cap. 13. *ad finem.*

Tertia pars Rhetoricæ verſatur in Diſpoſitione partium Orationis; quâ & ipſæ directâ ſerie coordinentur inter ſeſe, & ipſarum particulæ, quaſi iuncturis quibuſdam, quàm affabrè deuinciantur & cohæreant:

Primùm igitur dicendum: Quot & quæ ſint orationis Partes. Cap. 13

Deinceps de Coordinatione ac Diſpoſitione partium ſingularum. Vbi

- 1. De Procœmio. Cap. 14.
  - Iuxtáque de Purgatione & Criminatione. Cap. 15.
- 2. De Narratione, quæ ad Propoſitionē facit. Cap. 16.
- 3. De Fide. Cap. 17.
  - Iuxtáque de Contentione. Cap. 18.
- 4. De Epilogo. Cap. 19.

De partibus orationis, Quot ſint.

Cap. XIII.

Partes Orationis propriæ, & neceſſariæ, duæ; Propoſitio, & Fides, ſeu Confirmatio &c. à Par. 1. Ex communi vſu, quatuor ſunt; Proœmium, Propoſitio, Fides, & Peroratio, à Par. 6.

Λοιπὸν δὲ, περὶ τάξεως εἰπεῖν· 2. Ἔστι δὲ τοῦ λόγου δύο μέρη· ἀναγκαῖον γὰρ τό, τε πρᾶγμα εἰπεῖν περὶ οὗ, καὶ τοῦτ' ἀποδεῖξαι. διὸ εἰπόντα μὴ ἀποδεῖξαι, ἢ ἀποδεῖξαι μὴ προειπόντα, ἀδύνατον· ὅ, τε γὰρ ἀποδεικνύων, τι ἀποδείκνυσι· καὶ ὁ προλέγων, ἕνεκα τοῦ ἀποδεῖξαι προλέγει. τούτων δὲ, τὸ μὲν, πρόθεσίς ἐστι· τὸ δὲ, πίστις. ὥσπερ ἂν εἴ τις διέλοι, ὅτι τὸ μὲν, πρόβλημα· τὸ δὲ, ἀπόδειξις· 3. νῦν δὲ διαιροῦσι γελοίως· διήγησις γάρ που τοῦ δικανικοῦ λόγου μόνου ἐστίν. ἐπιδεικτικοῦ δὲ καὶ δημηγορικοῦ, πῶς ἐνδέχεται διήγησιν εἶναι οἵαν λέγουσιν, ἢ τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον, ἢ ἐπίλογον τῶν ἀποδεικτικῶν; 4. προοίμιον δὲ καὶ ἀντιπαραβολὴ, καὶ ἐπάνοδος, ἐν ταῖς δημηγορίαις τότε γίνεται, ὅταν ἀντιλογία ᾖ· (καὶ γὰρ ἡ κατηγορία καὶ ἡ ἀπολογία πολλάκις·) ἀλλ' οὐχ ἡ συμβουλή· 5. ἀλλ' ὁ ἐπίλογος ἔτι, οὐδὲ δικανικοῦ παντὸς, οἷον ἐὰν μικρὸς ὁ λόγος, ἢ τὸ πρᾶγμα εὐμνημόνευτον· συμβαίνει γὰρ τοῦ μήκους ἀφαιρεῖσθαι. ἀναγ-

[a] Reliquum *eſt*, vt de Diſpoſitione dicamus. 2. Sunt autem Orationis duæ partes: [a] Neceſſarium enim *eſt* & rem *primùm* dicere, quâ de *agitur*, & *eam* deindè demonſtrare. [b] Quamobrem vt is, *qui Quæſtionem aliquam* prædixerit, non *eandem* demonſtrauerit; aut *Quæſtionem* demonſtrauerit *is*, qui *eam* non prædixerit, *eſt* impoſſibile: Nam & qui demonſtrat, *Quæſtionem* aliquam *propoſitam* demonſtrat; & qui proponit, *is* demonſtrandi gratiâ proponit: [c] Horum autem illud quidem, Propoſitio eſt; hoc verò, Fides: Quemadmodũ *in ſcientijs*, ſi quis diſtingueret, illud quidem, *propoſitum* Problema; hoc verò, Demonſtrationem *eſſe*. 3. [2] Nunc verò *Rhetores noſtri* ridiculè *eam* diuidunt: [d] Narratio enim vbi *eſt*, [e] Iudicialis tantùm orationis eſt: Demonſtratiui autem & Deliberatiui *generis* Quomodò *tandem* contingit, *vel* Narrationem *talem* eſſe, qualem *illi* dicunt? [f] vel *ea* quæ Contra-Aduerſarium *afferuntur*, *i. Diſſolutionem?* [2] aut Perorationem *eſſe aliquam orationum* Demonſtratiuarum? 4. [g] Proœmium verò, & Aduerſa-*rationum*-Collatio, & Summaria-Repetitio in Deliberatiuis tunc fit, cùm *illîc* adſit contraria diſputatio; (etenim Accuſatio, & Defenſio *ibi* ſæpè *adhibentur:*) ſed non quatenùs conſultatio *eſt*, *verùm ex accidenti ſolùm:* [h] Quin Peroratio, non *eſt* Iudicialis omnis: veluti, ſi puſilla oratio *ſit*, aut *oratione maiore exiſtente*, res facilè ſub memoriam cadat: Sic enim contingat, ex *orationum talium* longitudine amputari *aliquid*; quod *abſurdum*

[a] Partes *Neceſſarias & proprias*, eſſe duas,

1 Demonſtrat: Quià *neceſſariò* requiritur, vt *& rem proponas*, & *ſubindè argumentis probes.*

[b] Vndè, *Vt horum alterutrum ſeiunctim facias*, altero omiſſo; à *naturâ* & opinione *alienũ* eſt.

[c] Atque hæ partes, *Oratori* nuncupantur *Propoſitio & Fides ſeu Probatio*; ſicut *Mathematico*, vna pars, *Quæſtio ſeu Problema* dicitur; altera, *Quæſtionis Demonſtratio.*

2 Refellit *Diuiſiones Veterum* (fortè *Iſocratis*:) qui inter Neceſſarias partes numerârunt,

[d] Tùm *eas*, *quæ non omnibus generibus conueniunt*: 1° enim *Demonſtratiuis & Delib.* accenſuêre *eas*, *quæ Iudicialis ſolius* ſunt: vt

[e] *Narrationem*: eamq; Iudiciorum formulis ineptiſſimè refertam.

[f] Et *Diſſolutionem obiectionum & criminum.*

2°, *Demonſtratiuis* tribuêre *Perorationem*: cuius illa minimè indigent.

[g] Tùm etiam *eas*, *quæ ſingulis generib. non ſemper & neceſſariò congruunt*: vt *Proœmium*, *Conflictionem*, & *Repetitionem*: quæ Deliberatiuo non inſunt: niſi *cùm inter eos* qui ſententias dicunt, *lite ortâ*, *alter alterius vitam criminatur.*

[h] Item *Perorationem*: quam *non* ſemper *poſtulat Oratio Iudicialis*: Præſertim *ſi illa perbreuis* ſit, *aut ſi res facilè mandetur memoriæ.*

i Epilog. dict. à par. 2.

k Ad ſummum, *ſi plures velis partes*, cedò 4r: *Exordium*; *Propoſitionem*; *Fidem*; *& Perorationem.*

l *Ad has* enim *reducuntur reliquæ*: vt *ad Fidem* referuntur *Diſſolutiones*, *ſeu Refutatio*; & *aduerſa* rationum *Collatio ſeu Contentio.*

m *Non* autem *Procemium*, vel *Peroratio*: His enim probandi vis neutiquam ineſt.

n *Reijciuntur Subdiuiſiones Veterum*;

1° *Theodori Bizantij*, *qui Narrationem & Refutationem in alias ſpecies* minutiſſimè *concidit*, abſque *nominibus* nouis:

• *Atqui ſpeciebus nouis noua* etiam *nomina imponenda*; modò ſpecies illæ re differant.

2 *Lycimnij* nugatoriæ *ſubdiuiſiones eleuantur*, qui noua *nomina confinxit abſque ſpeciebus* vllis ſubſtratis.

dum eſt. i Neceſſariæ igitur partes *ſunt*, Propoſitio, & Fides. ¶ 6. k Ac propriæ quidem, hæ *duæ*: plurimæ verò, *quæ adhiberi poſſunt*, *ſunt* Procemium, Propoſitio, Fides, Peroratio. 7. l Quæ enim Contra-Aduerſarium *ſunt*, *ſeu Diſſolutiones*, ad Fidem pertinent: Et Aduerſa-*rationum*-Collatio, *eſt* Amplificatio eorum, quæ ſua *ſunt*: Quare *eſt ea etiam* Fidei quædam pars: Demonſtrat enim aliquid, qui hoc facit, *i. qui rationes ſuas amplificat.* 8. m Cæterùm Procemium non *eſt pars Fidei*, neque etiam Peroratio; ſed *res expoſitas* in memoriam redigit. 9. n Erunt igitur, ſi quis has *particulas* ſubdiuiſerit, (quod quidem faciebant ſectatores Theodori) *hæc re* diuerſa; Narratio, & Supernarratio, & Prænarratio: Item Refutatio, & Superrefutatio. o Oportet autem, cùm quis *nouam* aliquam ſpeciem, & differentiam dicat, *tùm demùm ipſi* nomen imponere: 10. 2 Alioquì, fit inane & nugatorium: velut Lycimnius in ſuâ arte facit, Irruptionem nominans, & Digreſſionem, & Ramos.

καῦτα ἄρα μόρια, πρόθεσις, καὶ πίστις. ¶ 6. Ἴδια μὲν οὖν ταῦτα· τὰ δὲ πλεῖστα, προοίμιον, πρόθεσις, πίστις, ἐπίλογος· 7. τὰ γὰρ πρὸς τὸν ἀντίδικον, τῶν πίστεών ἐστι· καὶ ἡ ἀντιπαραβολὴ a, αὔξησις τῶν αὐτοῦ, ὥστε μέρος τι τῶν πίστεων· ἀποδείκνυσι γάρ τι ὁ ποιῶν τοῦτο· 8. ἀλλ' οὐ τὸ προοίμιον, οὐδ' ὁ ἐπίλογος, ἀλλ' ἀναμιμνήσκει· 9. ἔσται οὖν, ἄν τις τὰ τοιαῦτα διαιρῇ, ὅπερ ἐποίουν οἱ περὶ Θεόδωρον, διήγησις ἕτερον, καὶ ἐπιδιήγησις, καὶ προδιήγησις, καὶ ἔλεγχος, καὶ ἐπεξέλεγχος. δεῖ δὲ εἶδός τι λέγοντα καὶ διαφορὰν, ὄνομα τίθεσθαι· 10. εἰ δὲ μὴ, γίνεται κενὸν καὶ ληρῶδες, οἷον Λυκίμνιος ποιεῖ ἐν τῇ τέχνῃ, ἐπούρωσιν ὀνομάζων, καὶ ἀποπλάνησιν, καὶ ὄζους.

a Conitur. lib. 1. c. 9. p. 51.

De procemijs in ſingulis tribus orationum generibus. CAP. XIV.

Procemium quid, *Par.* 1. *Eſt autem Demonſtratiuum*, *à Par.* 2. *Iudiciale*, *à Par.* 8. *Deliberatiuum*, *à Par.* 28.

a Procemium, eſt *Aggreſſio*, *ſeu aditus ad cauſam*: ſicut *Prologus* ad *Fabulam*; & tibicinum *Proaulium ad* præſtitutum *Chori cantū.*

b Procem. *Demonſtratiuum*, 1°, *Conformandum* eſt, *vt tibicinum Proaulium*: Vt enim illi, *antequàm Chori cantum* aggrediantur, cum *proluſione* quâdam *præcinunt*: & ſubindè *cum* * *Endoſimo Chorodidaſcali* inſerto, vtraſque *copulant* partes; *Pro-* ...iumic. *& Chori cantum*:

a AC Procemium quidem, eſt principium orationis; quod in Poëſi *Comicâ vel Tragicâ*, *eſt* Prologus; & in Tibicinum cantu, Proaulium, *ſeu Præcentio*: Omnia enim, principia hæc ſunt, & tanquàm viæ munitio aggredienti ¶ 2. b Ac *eſt* quidem 1 Proaulium, ſimile Demonſtratiuarum Procemio: Etenim & tibicines quicquid ad canendum *cum Choro ipſo* habuerint, id, poſtquàm præcinuerint, connectunt cum * auſpicatu melodiæ per Chorodidaſca-

Τὸ μὲν οὖν προοίμιον, ἐστὶν ἀρχὴ λόγου· ὅπερ ἐν ποιήσει πρόλογος καὶ ἐν αὐλήσει προαύλιον· πάντα γὰρ ἀρχαὶ ταῦτ' εἰσί, καὶ οἷον ὁδοποίησις τῷ ἐπιόντι. ¶ 2. Τὸ μὲν οὖν προαύλιον, ὅμοιον τῷ τῶν ἐπιδεικτικῶν προοιμίῳ· καὶ γὰρ οἱ αὐληταί, ὅ, τι ἂν εὖ ἔχωσιν αὐλῆσαι, τοῦτο προαυλήσαντες, συνῆψαν τῷ ἐνδό-

ἐνδόσιμον· καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις δεῖ οὕτω γράφειν· ὅ, τι γὰρ ἂν βούληται, εὐθὺ εἰπόντα, ἐνδοῦναι καὶ συνάψαι· ὅπερ πάντες ποιοῦσι. παράδειγμα τὸ τῆς Ἰσοκράτους Ἑλένης προοίμιον. οὐθὲν γὰρ οἰκεῖον ὑπάρχει τοῖς ἐριστικοῖς καὶ Ἑλένῃ· 3. ἅμα δὲ καὶ ἐὰν ἐκτοπίσῃ, ἁρμόττει μὴ ὅλον τὸν λόγον ὁμοειδῆ εἶναι· 4. λέγεται δὲ τὰ τῶν ἐπιδεικτικῶν προοίμια, ἐξ ἐπαίνου, ἢ ψόγου· οἷον Γοργίας μὲν ἐν τῷ ὀλυμπικῷ λόγῳ, "Ὑπὸ πολλῶν ἄξιοι ‘θαυμάζεσθαι, ὦ ἄνδρες ‘Ἕλληνες. ἐπαινεῖ γὰρ τοὺς τὰς πανηγύρεις συνάγοντας· Ἰσοκράτης δὲ ψέγει[a], "ὅτι, Τὰς μὲν τῶν σωμά‘των ἀρετὰς δωρεαῖς ἐτί‘μησαν· τοῖς δ᾽ εὖ φρο‘νοῦσιν, οὐδὲν ἆθλον ἐποίη‘σαν· 5. καὶ ἀπὸ συμβουλῆς, οἷον "ὅτι δεῖ τοὺς ἀ‘γαθοὺς τιμᾶν· διὸ καὶ αὐ‘τὸς Ἀριστείδην ἐπαινεῖ· ἢ "τοὺς τοιούτους, οἳ μήτε ‘εὐδοκιμοῦσι, μήτε φαῦ‘λοι, ἀλλ᾽ ὅσοι ἀγαθοὶ ‘ὄντες ἄδηλοι, ὥσπερ Ἀ‘λέξανδρος ὁ Πριάμου· οὗτος γὰρ συμβουλεύει· 6. ἔτι δ᾽ ἐκ τῶν δικανικῶν προοιμίων· τοῦτο δ᾽ ἐστίν, ἐκ τῶν πρὸς τὸν ἀκροατήν, εἰ περὶ παραδόξου λόγος, ἢ περὶ χαλεποῦ, ἢ περὶ τεθρυλλημένου πολλοῖς, ὥστε συγγνώμην ἔχειν· οἷον Χοιρίλος,

"Νῦν δ᾽ ὅτε πάντα δέδασται. --

τὰ μὲν οὖν τῶν ἐπιδεικτικῶν λόγων προοίμια, ἐκ τούτων· ἐξ ἐπαίνου, ἐκ ψόγου, ἐκ προτροπῆς, ἐξ ἀποτροπῆς, ἐκ τῶν πρὸς

a Coniex. Probl. ſ. 30.

lum indito, *cui accinere Chorum oportet.* [c] Et in Demonſtratiuis Orationibus opus eſt eodem modo ſcribere: Nam quicquid *ipſi* placuerit, poſtquàm ab initio ſtatìm dixerit, Endoſimo interpoſito, *Præfationem cum Oratione* connectat *oportet*: [d] Cuius quidem omnes exemplum *ſibi* faciunt, Iſocratis Procemium in *Encomio* Helenæ: Nihil enim finitimi Sophiſtis *in Procemio* ſubeſt, & Helenæ *in oratione ſequenti*. 3. [e] Simùl verò etiam *hoc pacto*, ſi in ſequenti oratione à re propoſitâ digreſſus fuerit, pulchrè conuenit, haud totam orationem vniuſmodi eſſe. 4. [2] Ducuntur autem Demonſtratiua Procemia [1] ex laudatione, aut vituperatione: [f] velut Gorgias in Olympicâ oratione, " Ob ‘ multa digni *ſunt*, qui ſuſpiciantur, ‘ ô viri Græci. Laudat enim eos, qui publicos *Græcorum* conuentus coëgerunt; [g] Iſocrates verò *contrà* vituperat; " Quòd corporum quidem vir‘tutes donis honorârunt; at pruden‘tibus *viris*, nullum præmium con‘ſtituerunt. 5. [2] Et à Deliberatione; veluti, [h] *ſi quis ita incipiat*; " Opor‘tet probos *viros* honorare: Quam‘obrem & ipſe Ariſtidem laudan‘dum *ſuſcepit*: [i] Aut, " Tales, qui ‘ neque celebres ſunt, neque abiecti; ‘ ſed quicunque *ijdem* probi *&* ob‘ſcuri *ſunt*; Qualis eſt Alexander ‘ Priami *filius, dum in Idæ montibus lateret*: *Hic* enim qui ſic orditur, quodâmodò deliberat. 6. [3] Præterea verò, *Procemia Demonſtratiua, ducuntur* ex procemijs Iudicialibus; hoc eſt, ex ijs *formis*, quæ *referuntur* ad Auditorem: *v.gr.* ſi de re-præter-opinionem, *habenda ſit* oratio, aut de difficili, aut de peruagatâ multiſque *communi*; vt *nobis* veniam dent, *qui audiunt*: [k] veluti Chærilus *exorſus eſt*,

" Nunc verò, quùm oïa vulgata ſint.

Demonſtratiuarum igitur procemia, *ducuntur* ex his; ex Laudatione & Vituperatione; ex Hortatione & Dehortatione; ex ijs *formis*, quæ *referuntur*

c Paritèr *in Demonſtratiuis*; *Procemium*, tibi eſto *libera* & aliena quædam *præluſio*: ſed ità vt paullatìm progrediendo, eam *præſtitutæ orationi cum* intermedio quodam *Endoſimo agglutines*.

d Exempl. ex Iſocrat. Orat. de Encomio Helenæ.

e *Huic alieno Procemio* illud quoque *accedet commodi*; quòd, *ſi* poſteà *Digreſſione* vſus fueris, *gratiam acquiret oratio*, ex *illa* rerum *varietate* ortam.

2 ª Ducuntur hæc Procem. ex locis 3 b ª: quorum, 1°, *A laudatione vel vituperio*:

f Sic in *Panegyric.* orationibus ſuis *in Olympiorum celebritate* habitis; *A laude* quidem, *exorſus* eſt *Gorgias*;

g *A vituperatione, Iſocrates.*

2° *A Deliberat. ſeu hortatione*:

h Exempl. fict. duo: quib' conſilium datur, vel *ad viros celebrandos probos*, &c.

i Vel *ad tales prædicandos* qui cùm *virtutibus inclareſcerent*, *præcones* ipſarū *nacti non ſint*.

3°, *Ex Iudicialis Procemij formis communibus*, quæ auditores reddunt *Attentos & beneuolos*: Vid. infr. par. 15.

k Exempl. ex Chærilo, qui initio Poëmatis, veniâ petit, quòd de rebus vulgaribus cogatur ſcribere.

 tur

[1] Not. Endoſimon, *non ſemper remotũ* eſt, vt Procemium: ſed *interdùm alienum, interdùm etiam ſimile orationi* ſequenti.

m Procem. *Iudiciale*, Svpponitvr, [*Eandem habere vim, quam Prologi in Fabulis, & Præfationes in Epicis*, ſeu Heroicis.]

n Quanquam enim *principia Dithyrambicorum* (quæ canebant Bacchum) *ſimilia* ſint *non Iudicialibus, ſed Procemijs Demonſtratiuis*. (ſiquidem ambo, disjuncta atque à re aliena ſumunt:)

o *Fabular. tamen Prologi & Epic. Præfationes, hærent poëmati ipſi, prænuntiantq; ſcopum* operis ſequentis.

p Vndè, *Qui ſic*, tanquàm in manum *principium porrigit, facit, vt attentiùs* animo, *totam* deinceps *orationem* haurias.

q Exempl. *de principijs Epic.* Ex Homer. Iliad. 1. & Odyſſ. 1.

r Et ex poëtâ, neſcio quo.

s Exempl. *Fabul. Dramaticarum, ſc. Tragœdiarum*;

1m, Euripidis in Oedipode.
2m, Sophoclis in Oedipode Tyranno; vbi habentur hæc, Actu 3°.

t *Et Comœdiarum* ſimilis ratio.

u ExSvppositis, colligitur Propria *forma* ſeu Munus *Procemij Iudicialis* eſſe, *vt ſcopum prædicat* orationis habendæ.

x *Aliæ formæ* accedunt, vt Commvnes *& non neceſſariæ*, ſuntq; *Remedia quædam ad leniendos* vel retinendos *auditores*, ne alienentur.

y Ducuntur illæ ex *locis quatuor*: [1] ex eo qui dicit, [2] ex *ijs apud quos* agitur, [3] ex re, [4] ex *Aduerſario*.

z Quod *ad* 1m *&* 4m locum:

tur ad Auditorem. 7. [1] Oportet autem Endoſima *ipſa, quæ procemio Narrationem ſubnectunt*, aut aliena eſſe, aut *etiam* propria orationi *ſequenti*. ¶ 8. m De Procemijs autem *Orationis* Iudicialis aſſumendum eſt; [l] Ea idem valere, quod Fabularum *valent* Prologi, & Epicorum *ſeu Heroïcorum* Præfationes: n Nam quæ Dithyrambicorum quidem *ſunt*, ea ſimilia *ſunt* Demonſtratiuis:

" Propter te ô *Bacche*, & tua dona
  ſiuè ſpolia.

o In ſermonibus autem *Dramaticis*, & *Poëmatis* Epicis, eſt ſpecimen *quoddam* orationis *ſequentis*; ità vt *exindè Auditores* præuidere queant, quâ de *re* oratio *futura* ſit; neque *ampliùs* ſuſpenſa ſit *eorum* cogitatio: Quod enim indefinitum *eſt*, *id* aberrare *animum* facit. 9. p Qui igitur principium *Auditori*, quaſi *primam cognitionem* in manus tradit, facit vt *is attentè* adhærens, *reliquam* ſequatur orationem. 10. q Ob id *ità orditur Homerus*,

" Iram Diua cane. — *&*,
" Dic mihi Muſa virum. — r *Item alius Poëta ſic*,
" Edicito mihi, *Muſa*, ſermonem alium, quomodò ex Aſiæ regione,
" Venit in Europam bellũ magnum.

s Et Tragici indicant, quod *continetur* in Fabula *ſequenti*, etſi non ſtatìm, *& in primâ fronte*, [1] vt Euripides *facit*; [2] at certè, vbi *exiſtit* prologus, *ſeu facti expoſitio*, ſaltèm indicant; vt etiam Sophocles *in Oedipode*,

" Mihi pater Polybus fuit *Corinthius*.

t Et comœdia eodem modo *facit*. 11. u Maximè igitur neceſſarium munus Procemij, & proprium, *eſt* hoc; indicare finem, cuius gratiâ *habetur* Oratio. Quamobrem ſi manifeſta *ſit*, & parua res, non *eſt* vtendum Procemio. 12. x Aliæ verò formæ, quibus *in Procemio* vtuntur, Medicamenta *ſunt*, & *omnibus Partibus* communia. y Ducuntur verò hæc, cùm ex Dicente, tùm ex Auditore, tùm ex Re, tùm ex Aduerſario. 13. z De Ipſo quidem

τὸν ἀκροατήν· 7. δεῖ δὲ ἢ ξένα, ἢ οἰκεῖα εἶναι τὰ ἐνδόσιμα τῷ λόγῳ. ¶ 8. Τὰ δὲ τοῦ δικανικοῦ προοίμια, δεῖ λαβεῖν, ὅτι ταὐτὸ δύναται ὅπερ τῶν δραμάτων οἱ πρόλογοι, ϗ τῶν ἐπῶν τὰ προοίμια· τὰ μὲν γὰρ τῶν διθυράμβων, ὅμοια τοῖς ἐπιδεικτικοῖς·

" Διὰ σὲ καὶ τεὰ δῶρα
  εἴτε σκῦλα.

ἐν δὲ τοῖς λόγοις ϗ ἔπεσι δεῖγμά ἐστι τοῦ λόγου, ἵνα προειδῶσι περὶ οὗ ἦν ὁ λόγος, καὶ μὴ κρέμηται ἡ διάνοια· τὸ γὰρ ἀόριστον, πλανᾷ· 9. ὁ δοὺς οὖν ὥσπερ εἰς τὴν χεῖρα τὴν ἀρχὴν, ποιεῖ ἐχόμενον ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ· 10. διὰ τοῦτο,

" Μῆνιν ἄειδε θεά· —
" Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα· —
" Ἡγοῦ μοι λόγον ἄλλον,
  ὅπως Ἀσίας ἀπὸ γαίης
" Ἦλθεν ἐς Εὐρώπην πόλεμος μέγας. —

καὶ οἱ τραγικοὶ δηλοῦσι περὶ τὸ δρᾶμα, κἂν μὴ εὐθὺς, ὥσπερ Εὐριπίδης· ἀλλ' ἐν τῷ προλόγῳ γέ που δηλοῖ, ὥσπερ ϗ Σοφοκλῆς·

" Ἐμοὶ πατὴρ ἦν Πόλυβος. —

καὶ ἡ κωμῳδία ὡσαύτως· 11. τὸ μὲν οὖν ἀναγκαιότατον ἔργον τοῦ προοιμίου ϗ ἴδιον τοῦτο, δηλῶσαι τί ἐστι τὸ τέλος οὗ ἕνεκα ὁ λόγος. διόπερ ἂν δῆλον ᾖ ϗ μικρὸν τὸ πρᾶγμα, οὐ χρηστέον προοιμίῳ· 12. τὰ δὲ ἄλλα εἴδη οἷς χρῶνται, ἰατρεύματα ϗ κοινά. λέγεται δὲ ταῦτα, ἔκ τε τοῦ λέγοντος, καὶ τοῦ ἀκροατοῦ, καὶ τοῦ πράγματος, ϗ τοῦ ἐναντίου· 13. περὶ αὑτοῦ μὲν

ϗ

καὶ τοῦ ἀντιδίκου, ὅσα περὶ διαβολὴν λῦσαι καὶ ποιῆσαι· 14. ἔστι δὲ οὐχ ὁμοίως· ἀπολογουμένῳ μὲν γὰρ, πρῶτον τὰ πρὸς διαβολήν· κατηγοροῦντι δ' ἐν τῷ ἐπιλόγῳ. διό δὲ οὐκ ἄδηλον· τὸν μὲν γὰρ ἀπολογούμενον, ὅταν μέλλῃ εἰσάξειν αὐτὸν, ἀναγκαῖον ἀνελεῖν τὰ κωλύοντα· ὥστε λυτέον πρῶτον τὴν διαβολήν· τῷ δὲ διαβάλλοντι, ἐν τῷ ἐπιλόγῳ διαβλητέον, ἵνα μνημονεύσωσι μᾶλλον· 15. τὰ δὲ πρὸς τὸν ἀκροατὴν, ἐκ τοῦ εὔνουν ποιῆσαι, καὶ ἐκ τοῦ ὀργίσαι· 16. καὶ ἐνίοτε δὲ ἐκ τοῦ προσεκτικὸν, ἢ τοὐναντίον· οὐ γὰρ αἰεὶ συμφέρει ποιεῖν προσεκτικόν. διὸ πολλοὶ εἰς γέλωτα πειρῶνται προάγειν· 17. εἰς δὲ εὐμάθειαν ἅπαντα ἀνάξει, ἐάν τις βούληται· καὶ τὸ ἐπιεικῆ φαίνεσθαι· προσέχουσι γὰρ μᾶλλον τούτοις· 18. προσεκτικοὶ δὲ τοῖς μεγάλοις, τοῖς ἰδίοις, τοῖς θαυμαστοῖς, τοῖς ἡδέσι. διὸ δεῖ ἐμποιεῖν, ὡς περὶ τοιούτων ὁ λόγος· 19. ἐὰν δὲ μὴ προσεκτικοὺς, ὅτι μικρὸν, ὅτι οὐδὲν πρὸς ἐκείνους, ὅτι λυπηρόν· 20. δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι πάντα ἔξω τοῦ λόγου [b] τὰ τοιαῦτα· πρὸς φαῦλον γὰρ ἀκροατὴν καὶ τὰ ἔξω τοῦ πράγματος ἀκούοντα· ἐπεὶ ἂν μὴ τοιοῦτος ᾖ, οὐθὲν δεῖ προοιμίου, ἀλλ' ἢ ὅσον τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν κεφαλαιωδῶς, ἵνα ἔχῃ ὥσπερ σῶμα κεφαλήν· 21. ἔτι, τὸ προσεκτικοὺς ποιεῖν πάντων τῶν μερῶν κοινὸν, ἐὰν δέῃ· πανταχοῦ γὰρ ἀνιᾶσι μᾶλλον,

b Coniun. lib. 1. ca 1. pa. 4. & ſequ.

& Aduerſario *aſſumenda ſunt ea*, quæcunque *valent* ad Criminationem ſoluendam, & obijciendam: 14. [a] *Hæc* autem non ſimilitèr *in oratione collocari debent*: Nam Defendenti quidem, in Principio *adhibenda ſunt ea*, quæ *pertinent* ad Criminationem; [b] Accuſanti verò, in Peroratione. [c] Quâ de causâ autem *ità facere oportet*, non *eſt* incertum: Defendentem enim, quandò eſt introducturus ſeipſum, neceſſarium *eſt* remouere *impedimenta*, quæ obſtant: Quare ſoluenda *eſt ei* primùm Criminatio: [d] Accuſanti verò, crimina in Peroratione obijcienda *id eò ſunt*, vt *Auditores* eorum meliùs recordentur. 15. [e] *Formæ* autem *illæ*, quæ *referuntur* ad Auditorem, *conſtant* [1] tùm ex eo vt *eum tibi* beneuolum facias, vel *aduerſario* iratum; 16. [2] Tùm verò interdùm ex eo, vt *fiat* [2] attentus vel contrà: Non enim ſemper prodeſt facere attentum. Quamobrem multi ad riſum conantur adducere, *quò ab attendendi diligentiâ auertant*. 17. [f] Ad Docilitatem autem reducere *hæc* omnia poterit, ſi quis velit, [g] atque illud *etiam*, vt *quis vir* probus appareat. Iſtiuſmodi enim *viris* libentiùs attendere *conſueuerunt*. 18. [h] Attenti verò eſſe *ſolent rebus* magnis, priuatis, admirabilibus, *&* iucundis. Quamobrem *Auditorum animis* inſerere oportet, de talibus orationem *futuram eſſe*. 19. [i] Sin autem non Attentos *velimus*, *dicemus* paruam *rem* eſſe; nihil ad illos pertinere; moleſtam eſſe. 20. [k] Oportet verò non latere, [*] huiuſmodi omnia eſſe extra orationem, *& cauſam*: [l] Nam ad improbum *referuntur* Auditorem, & *eum qui*, quæ *ſunt* extra rem, *libentèr* audit; Quoniam ſi non talis ſit, nihil opus eſt Proœmio, niſi quantum *ſatis ſit*, vt rem dicat ſummatim, quò, tanquàm corpus, ſuum habeat caput *oratio*. 21. [*] Prætereà, Attentos facere *auditores*, omnibus *orationis* partibus *eſt* commune, ſi opus ſit: vbiuìs enim *Auditores* relaxant *animos* magis, quàm

De *Dicente & Aduerſario*, *ſumendæ* ſententiæ *illæ*, *quæ criminandi purgandiq́; vim habent*. De quib. cap. ſequ.

[a] *Non tamen eodem* ſemper modo *& ordine*. Qui enim *Defendit*, *Criminationem* Aduerſarij *à principio diſÿcere*,

[b] Qui *Accuſat*, *extremæ eam orationi reſeruare* debet.

[c] *Defendenti* enim, cùm *omnia facienda* ſint, *quò ſe inſinuet*; neceſſariò *ea quæ officiunt*, *amouenda*:

[d] *Accuſanti*, *crimina in Peroratione ponenda*; quò firmiùs illa memoriæ auditorum hæreant.

[e] Quod ad 1^m & 3^m: *Formæ* illæ, *quæ Auditorem aucupantur*, id agunt; *vt paretur is*, 1°, *Beneuolus*, aut contrà:

2°, *Attentus*, vel contrà,

[f] Et *omninò*, vt is *qui audit*, *Docilis* fiat;

[g] Et *qui dicit*, *commodè Moratus*.

[h] Illæ autem, *quæ ad* REM *ipſam ſpectant*, efficiunt auditorem *Attentum quidem*; *ſi propoſueris Rem eſſe magnam*, & *auditorum propriam*, &c.

[i] *Oſcitantem verò* & abſenti animo *auerſum*, *ſi* doceas, *eſſe puſillam*, *alienam*, *&c*.

[k] Theoremata contra Magiſtros veteres, 1^m, [*Formas omnes à part. 12. huc uſquè*, *à re & causâ alienas eſſe*.]

[l] Rat. Quià *referuntur ad Auditorem* corruptum, & *ſuo malè munere fungentem*; quod infrà fuſiùs par. 23.

2^m Theor. de formâ Attentionis [*Eam non propriam eſſe Proœmij*, *ſed communem* illi *cum partibus alijs quibuſuis*.]

m Hinc præcept. *Attentionem non initio euocandam* eſſe, cùm omnes expectando arrectis auribus ſtent; *ſed in quauis alia parte*, cùm tempus hoc poſcere videbitur. Idque ex gr.

n Per formas *ex re auditorum priuatâ*, par. 18.

o Et *ex magnitudine ſeu nouitate facti*. Ibid.

p Hâc vi, *Prodici* illa *vox*, *diſcipulos oſcitantes* expergefecit: "*Hem vobis Demon-* '*ſtrationem*; *quam drachmis* '*40. vendo*, *haud minoris*. Auct. Plat. in Cratylo.

q Sententiam part. 20. [*Formas communes referri ad auditorem*] declarat: Nam,

r Et *Vniuersìm* omnes iiſdem *vtuntur in procemiis*, ad *iram* in alios *mouendam*, *vel* ergà ſe *deliniendam*.

Exemp. 1m, ex Sophocl. Antigon. *Loquitur nuncius eorum qui cadauer Polynicis ſepeliſſent*, *&c.*

2m, Ex Eurip. Tauris, vbi Iphigeniam tergiuerſantem increpat Thoas.

ſ Et SPECIATIM, *qui malam cauſam tuentur*, *&c.* *iſtiuſmodi formis*, quò rem malam ſubterfugiant, *tanquàm ad diuerticula*, *ſe proripiunt*.

t Prob. à *ſeruorum* more, *circuitionibus ſe excuſantium*, ne pœnas luant.

u De *formis Beneuolentiæ*, &c. Precept. duo. 1m, *In Auditoribus* conciliari eam ex formis & locis lib. 2. ca 4. expoſitis.

2m, *Dicentem*, etiam ipſum *ſe attemperare* oportet, vel *vt auditoribus beneuolum*, *vel* eorum *miſericordiâ dignum*: (quod prob. exempl. ex Odyſſ. 14°.) idque per formas lib. 1. c. 4. & 8.

x Adde: *In Demonſtratiuis*, ſic *prenſanda* eſt *beneuolentia*, *ſimùl vt auditor putet ornari ſe*, & laudes, quas aliis dederis, in ipſum redundare:

Atq; hoc per formul. lib. 1. ca. 9.

σοφούντων, οἳ συλλογίζονται τὰ γνωριμώτερα καὶ πιστότερα, ἢ ἐξ ὧν λέγουσι· 9. καὶ ὅταν πάθος ποιῇς, μὴ λέγε ἐνθύμημα· ἢ γὰρ ἐκκρούσει τὸ πάθος, ἢ μάτην εἰρημένον ἔσται τὸ ἐνθύμημα· ἐκκρούουσι γὰρ αἱ κινήσεις ἀλλήλας αἱ ἅμα· καὶ ἢ ἀφανίζουσιν, ἢ ἀσθενεῖς ποιοῦσιν· 10. οὐδ' ὅταν ἠθικὸν τὸν λόγον, οὐ δεῖ ἐνθύμημά τι ζητεῖν ἅμα· οὐ γὰρ ἔχει οὔτε ἦθος, οὔτε προαίρεσιν ἡ ἀπόδειξις· 11. γνώμαις δὲ χρηστέον καὶ ἐν διηγήσει [d], καὶ ἐν πίστει· ἠθικὸν γάρ· "Καὶ 'ἐγὼ δέδωκα, καὶ ταῦτ' 'εἰδὼς, ὡς οὐ δεῖ πιστεύ'ειν. ἐὰν δὲ παθητικῶς, "Καὶ οὐ μεταμέλει μοι, 'καίπερ ἠδικημένῳ· τούτῳ 'γὰρ περίεστι τὸ κέρδος· 'ἐμοὶ δὲ τὸ δίκαιον· 12. τὸ δὲ δημηγορεῖν χαλεπώτερον τοῦ δικάζεσθαι, εἰκότως· διότι περὶ τὸ μέλλον· ἐκεῖ δὲ περὶ τὸ γεγονὸς, ὃ ἐπιστητὸν ἤδη καὶ τοῖς μάντεσιν, ὡς ἔφη Ἐπιμενίδης ὁ Κρής· ἐκεῖνος γὰρ περὶ τῶν ἐσομένων οὐκ ἐμαντεύετο, ἀλλὰ περὶ τῶν γεγονότων μὲν, ἀδήλων δέ· 13. καὶ ὁ νόμος, ὑπόθεσις ἐν τοῖς δικανικοῖς. ἔχοντα δὲ ἀρχὴν, ῥᾷον εὑρεῖν ἀπόδειξιν· 14. καὶ οὐκ ἔχει πολλὰς διατριβάς· οἷον, πρὸς ἀντίδικον, ἢ περὶ αὑτοῦ, ἢ παθητικὸν ποιεῖν· ἀλλ' ἥκιστα πάντων, ἂν μὴ ἐξίστηται· 15. δεῖ οὖν ἀπορούντα, τοῦτο ποιεῖν, ὅπερ οἱ Ἀθήνησι ῥήτορες ποιοῦσι· καὶ Ἰσοκράτης·

d Coniun. l.2.c.22. p.21.

κράτης· καὶ γὰρ συμβουλεύων κατηγορεῖ, οἷον Λακεδαιμονίων μὲν, ἐν τῷ πανηγυρικῷ· Χάρητος δὲ, ἐν τῷ συμμαχικῷ· 16. ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς, δεῖ τὸν λόγον ἐπεισοδιοῦν ἐπαίνοις, οἷον Ἰσοκράτης ποιεῖ· ἀεὶ γάρ τινα εἰσάγει. καὶ ὃ ἔλεγε Γοργίας, ‟ ὅτι οὐχ ὑπολείπει αὐτὸν ὁ λόγος, τοῦτό ἐστι· εἰ γὰρ Ἀχιλλέα λέγει, Πηλέα ἐπαινεῖ, εἶτα Αἰακόν, εἶτα τὸν θεόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἀνδρίαν, ἣ τὰ καὶ τὰ ποιεῖ· ἢ τοιόνδε ἐστίν· 17. ἔχοντα μὲν οὖν ἀποδείξεις, καὶ ἠθικῶς λεκτέον, καὶ ἀποδεικτικῶς. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς ἐνθυμήματα, ἠθικῶς· καὶ μᾶλλον τῷ ἐπιεικεῖ ἁρμόττει χρηστὸν φαίνεσθαι, ἢ τὸν λόγον ἀκριβῆ· 18. τῶν δὲ ἐνθυμημάτων τὰ ἐλεγκτικὰ μᾶλλον εὐδοκιμεῖ τῶν δεικτικῶν [e]· ὅτι ὅσα ἔλεγχον ποιεῖ, μᾶλλον δῆλον ὅτι συλλελόγισται· παράλληλα γὰρ μᾶλλον τἀναντία γνωρίζεται. ¶ 19. Τὰ δὲ πρὸς τὸν ἀντίδικον, οὐχ ἕτερόν τι εἶδος, ἀλλὰ τῶν πίστεών ἐστι, τὰ μὲν λῦσαι ἐνστάσει [f]· τὰ δὲ, συλλογισμῷ· 20. δεῖ δὲ καὶ ἐν συμβουλῇ, καὶ ἐν δίκῃ, ἀρχόμενον μὲν λέγειν τὰς ἑαυτοῦ πίστεις πρότερον· ὕστερον δὲ, πρὸς τἀναντία ἀπαντᾶν λύοντα καὶ προδιασύροντα· 21. ἂν δὲ πολύχους ᾖ ἡ ἐναντίωσις, πρότερον τὰ ἐναντία· οἷον ἐποίησε Καλλίστρατος ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ·

[e] Coniun. l. 2. ca. 25. pa. 11.

[f] Coniun. l. 2. c. 27. pa. 1.

Iſocrates: Etenim Deliberans accuſat; veluti Lacedæmonios quidem, in *ſuâ* Panegyricâ; *quæ deliberatiua eſt:* Charetem verò *Imperatorem*, in Sociali, *ſeu de Pace.* 16. [c] In Demonſtratiuis autem, *vbi Propria pauciſſima habent, quæ dicant*, oportet orationem alienis Laudationibus, tanquàm Epiſodijs *quibuſdam*, refercire: [d] velut Iſocrates facit: Semper enim, *dùm vnum laudat*, aliquem *alium* virum *ad laudandum* introducit: [e] Et *illud* quod *glorioſè* Gorgias dicebat, ‟ Nunquam ‟ ſibi orationem deeſſe, *hoc idem* eſt: Si enim de Achille loquatur, Peleum *patrem* laudat, deindè Æacum *auum*, deindè *& proauum* Deum, *Iouem*: [f] Similitèr verò etiam Fortitudinem *laudat*: [g] Et hæc, atque hæc *in quâuis oratione per gradus* facit; quod huiuſmodi quiddam eſt. 17. [a] Ac habenti quidem Demonſtrationes, & Moratè dicendum *erit*, & Demonſtratiuè: Si verò non habeas Enthymemata, Moratè *dices*: Et quidem magis, probo *viro* conuenit, vt *ipſe* bonus appareat, quàm vt oratio *eius* exquiſita *ſit*. 18. [h] Ex Enthymematibus verò, quæ *valent* ad refutandum, magis probantur *& arrident*, quàm quæ ad demonſtrandum; quià quæcunque refutandi obeunt munus, ea magis ſyllogiſmo concluſa ſunt: Contraria enim iuxta ſe *poſita*, magis nota fiunt. ¶ 19. [i] Quę verò *afferuntur* contra Aduerſarium, *ſeu Diſſolutiones*, non altera aliqua ſpecies *ſunt*, ſed ad Fidem *Enthymematicā* pertinent; *ità* ſc. vt alia quidem, *hæ* ſoluant per obiectionem; alia, per Ratiocinationem. 20. [k] Oportet autem cùm in Conſultatione, tùm in Iudicio, [l] cum quidem qui priori loco dicit, ſuam primùm ipſius facere fidem; poſteriùs verò *ijs*, quæ *ipſi* aduerſantur, *rationibus* occurrere, ſoluendo eas, & priuſquàm obijciuntur, eleuando. 21. [m] Sin autem contrariarū *rationum* pugna, *multiplex & varij* generis fuerit, priùs contraria *ſoluere oportet:* veluti fecit Calliſtratus in Meſ-

hortandum, in alios etiam inuehi ſolet.

[c] In *Demonſtratiuis* autem, quià *ſumma* eſt *argumentorum penuria*; *Aſſumendæ* erunt *aliorum* hominum rerumuè *laudes, ad orationem augendam*;

[d] Pæque vel *Diuerſæ à re propoſitâ*: (vt Iſocrat. in laudand. Buſiride, digreditur in laudem Ægypti, vbi is regnauit, &c.)

[e] Vel *cum eo, quem laudas, ex conſecutione cohærentes*; Siuè *cum ipſius genere*: (vt Gorgias fecit:)

[f] Siuè *cum virtutibus eius*; ſeu *alio modo.*

[g] *Similes* etiam *conſecutionum gradus ſeruauit Gorgias in accuſando, vituperando*, &c.

2°, *Fides* etiam *augetur per Morum amabilium Aſſumptionem*; *vel ſaltèm* (ſi Enthymema deſit:) *ſuppletur per eorundem ſubſtitutionem.*

[h] *Collatio Enthymematum*: *Elenchicū plus ſalis* adſperſum eſt, *quàm Demonſtratiuis. Maiore enim vi* & euidentiā *concluſionē* dant; cùm *conficiantur ex oppoſitis* iuxta ſe inuicem collocatis.

[i] DISSOLVTIONES (quibus aduerſantia argumenta eleues) *reducere* oportet *ad Enthymematicam Fidem*; ità vt *harum cum illis amica ſit cognatio.*

[k] De *iſtarum ordine in Deliberatiuis* & *in Iudicijs*, illud *præcipitur*, vt

[l] Qui PRIORI *loco* dicit, PRIMÙM *rationes ſuas* explicet: *Mox illis quæ* ipſi *aduerſantur, occurſum eat.*

[m] Except. Si *multa variaq;* tuæ cauſæ *offecerint, imprimis* tibi *diſturbanda illa*: ne *tanti ſint* ponderis, *vt auertant eorum animos, qui te audiunt.*

n Contrà, Qui POSTERIORE *loco* dixent, ei PRIMVM *argumenta Aduerſarij diſcutienda* occurrunt;

o *Potiſſimùm* quidem, *ſi Iudicū viſa* ſint *animis inſediſſe.*

p Vt enim *hominem*, qui *flagrat infamiâ, repudiare* conſueuimus; ità *nec Orationem* benignè *excipimus* eam, *cui oratio Aduerſarij præponderâſſe* viſa eſt.

q *Priùs* ergo *præparabis* tibi *ſedem in* animo *audientis, exturbatis* (quæ totum illum occupârant) *Aduerſarij dictis.*

r *Mox* igitur, *poſtquàm contra* aduerſarij *rationes omnes*, aut *firmiſſimas*, &c. acritèr *præliatus* fueris; *tua* demùm *argumentis firmare* par eſt, *quò ad perſuadendū* illa *valdè valeant.*

ſ Exemp ex Eurip. Troad. Loquitur Hecuba apud Menelaū, contra Helenam, quæ deorum imperio, ſe Paridem ſecutam eſſe dixerat.

t De *Moribus*, (qui ad *Demonſtrationes* & ad *Diſſolutiones* valent) *præcept.*

u Quoniam enim *illi*, abſque *inuidiæ metu*, aut *exiſtimationis diſpendio* interdùm *exprimi* nequeunt: Siue *mores tuos* ipſius *prædices*;

x Siue *Aduerſariorū depraues*:

y Idcirco, ad *hæc declinanda, tutiſſimum* erit, eos κ$^{\tau}$ προσωποποιΐαν, i. *per aliam perſonam fictā*, μιμητικῶς exponere: vt

z In *Deliberatiuis*: Exempl. ex Iſocrate.

a In *Demonſtratiuis*: Exempl. ex Archilocho Poeta Iambico, 1m:

2m.

b In *Iudicialib.* Exempl. ex Sophocl. Antigonâ.

ſeniacâ concione: Quæ enim dicturi erant *Aduerſarij*, cùm is primùm ſuſtuliſſet; Sic *deindè ipſe, quod cauſæ ſuæ prodeſſet*, protulit. 22. n Eum verò, qui poſteriori loco dicit, priùs dicere oportet ea, quæ Aduerſarij rationi *obſiſtunt*, ſoluendo eam, & Contrariam Ratiocinationem opponendo; o & maximè, ſi *Aduerſarij* argumenta *auditoribus* probata fuerint: p Vt enim hominem antè in crimen vocatum non recipit animus *Iudicis*: eodem modo, ne orationem quidem *attentè audimus*, ſi Aduerſarius benè dixiſſe viſus fuerit. q Oportet igitur locum in Auditore parare, ad orationem ſequentem: *Id* autem fiet, ſi *impedimenta* ſuſtuleris. 23. r Quamobrem *oratorē*, cùm vel aduersùs omnia *argumenta Aduerſarij*, vel aduersùs *ea, quæ* maxima, aut quæ probata *ſunt*, aut quæ facilè poſſunt redargui, pugnauerit, ità *demùm* oportet ſuas *ipſius rationes* fide dignas reddere: ſ *velut Hecuba,*

" Dearum primùm patrocinium ſuſcipiam:

" Ego enim Iunonem *defendam.* — In his attigit *primùm Hecuba*, quod *in oratione Helenæ erat* inſulſiſſimum. Ac de Fide quidem *Enthymematicâ*, hęc *dicta ſunto.* 24. t Quod *attinet* ad *declarandos* Mores: u Quoniam nonnulla de ſeipſo prædicare, aut inuidioſum eſt, aut importunitatem dicendi, vel alterius obtrectationem *paratam* habet; x Et de alio *quædam dicere*, aut conuicium *præ ſe fert*, aut ruſticitatem *morum*; y Idcircò oportet, alium, *ea exponentem*, introducere: z Quod quidem Iſocrates facit *in oratione* ad Philippum, *vbi fingit alios in Philippum ea dicere*, & in Antidoſi: a Et 1 vt Archilochus vituperat: Inducit enim patrē *Lycamben* dicentē de filiâ, in Iambo,

" Pecuniâ nihil eſt quod deſperari, nihil quod non iurari futurū queat.

2 Et Charonem fabrū *inducit* in Iambo, cuius initium *eſt*;

" Non mihi Gygis *diuitiæ tanti ſunt.*

b Et vt Sophocles Æmonem, pro

ἃ γὰρ ἐρεῖ, προανελὼν οὕτως τότε αὐτὸς εἶπεν· 22. ὕστερον δὲ λέγοντα, πρῶτον τὰ πρὸς τὸν ἐναντίον λόγον λεκτέον, λύοντα καὶ ἀντισυλλογιζόμενον, καὶ μάλιστα ἂν δεδοκιμηκότα ᾖ· ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπον προδιαβεβλημένον οὐ δέχεται ἡ ψυχή, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ λόγον, ἐὰν ὁ ἐναντίος εὖ δοκῇ εἰρηκέναι. δεῖ οὖν χώραν ποιεῖν ἐν τῷ ἀκροατῇ τῷ μέλλοντι λόγῳ. ἔσται δέ, ἂν ἀνέλῃς· 23. διὸ ἢ πρὸς πάντα, ἢ τὰ μέγιστα, ἢ τὰ εὐδοκιμοῦντα, ἢ τὰ εὐέλεγκτα μαχεσάμενον, οὕτω τὰ αὐτοῦ πιστὰ ποιητέον.

" Ταῖς θεαῖσι πρῶτα σύμμαχος γενήσομαι·

" Ἐγὼ γὰρ Ἥραν. — ἐν τούτοις ἥψατο πρῶτον τοῦ εὐηθεστάτου. περὶ μὲν οὖν πίστεων ταῦτα· 24. εἰς δὲ τὸ ἦθος, ἐπειδὴ ἔνια περὶ αὑτοῦ λέγειν, ἢ ἐπίφθονον, ἢ μακρολογίαν ἢ ἀντιλογίαν ἔχει· καὶ περὶ ἄλλου, ἢ λοιδορίαν, ἢ ἀγροικίαν· ἕτερον χρὴ λέγοντα ποιεῖν, ὅπερ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ Φιλίππῳ, καὶ ἐν τῇ ἀντιδόσει· καὶ ὡς ὁ Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ τὸν πατέρα λέγοντα περὶ τῆς θυγατρὸς ἐν τῷ ἰάμβῳ,

" Χρημάτων δ' ἄελπτον οὐθέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον. καὶ τὸν Χάρωνα τὸν τέκτονα ἐν τῷ ἰάμβῳ, οὗ ἡ ἀρχή,

" Οὔ μοι τὰ Γύγεω. — καὶ ὡς Σοφοκλῆς τὸν Αἵμονα t ὑπὲρ

t *Coniun. supr. cap. 16. vlt.*

περὶ τῆς Ἀντιγόνης πρὸς τὸν πατέρα, ὡς λεγόντων ἑτέρων· 25. δεῖ δὲ καὶ μεταβάλλειν τὰ ἐνθυμήματα, καὶ γνώμας ποιεῖν ἐνίοτε· οἷον, "χρὴ δὲ τὰς διαλλαγὰς ποιεῖν τοὺς νοῦν ἔχοντας εὐτυχοῦντας· οὕτω γὰρ ἂν μέγιστα πλεονεκτοῖεν. ἐνθυμηματικῶς δέ· "εἰ γὰρ δεῖ, ὅταν ὠφελιμώταται ὦσι καὶ πλεονεκτικώταται αἱ καταλλαγαί, τότε καταλλάττεσθαι, εὐτυχοῦντας δεῖ καταλλάττεσθαι.

Antigonâ *verba facientem*, apud patrẽ *Creontem*, quaſi *de illius laude, non ipſe, ſed* alij loquantur. 25. [c] Oportet verò etiam immutare Enthymemata, & Sententias facere aliquandò: [d] velut, "Oportet eos, qui ſanâ mente ſunt, 'tunc reconciliationes *cum hoſtibus* 'facere, cùm proſperâ fortunâ vtun'tur: Sic enim optimis *conditionibus* 'rem gerent: Enthymematicè autem *idem ſic*, "Si enim reconciliationem 'tunc facere oportet, quandò recon'ciliationes & vtiliſſimę ſint, & com'modiſſimarum conditionum plenę, '*profectò* tunc *homines* facere oportet, 'cùm proſperâ fortunâ vtuntur.

c *Præcept. generale de Enthymematib. & moribus*: Quià enim *illis exprimendis, Enthymemata parùm* aptè *quadrant*; *commutanda* ſanè hæc erunt *in Sententias* Moratas.

d Exempl. *Sententiæ Enthymematicæ*, ſeu *ex diſſoluto enthymemate confectæ*: (de qualibus, vide lib. 2. cap. 22. p. 7.) Sumptum fortè ex Iſocr. orat. ad Archidamũ Spartanum; à quo hanc fingit pronunciatam, in rebus Laconum afflictis.

De Contentione Iudiciali, ſiue de Interrogatione, & de Ridiculis.

Cap. XVIII.

De Interrogatione, quæ ad captandum aduerſarium prodeſt, à Par. 1. Et de Reſponſione, à Par. 7. De Ridiculis, quibus Aduerſarium ſugillando, argumenta eius eludas, à Par. 11.

Περὶ δὲ ἐρωτήσεως, εὔκαιρόν ἐστι ποιεῖσθαι, μάλιστα μὲν, ὅταν τὸ ἕτερον εἰρηκὼς ᾖ, ὥστε ἑνὸς προσερωτηθέντος, συμβαίνει τὸ ἄτοπον· οἷον Περικλῆς Λάμπωνα ἐπήρετο περὶ τῆς τελετῆς τῶν τῆς σωτείρας ἱερῶν· εἰπόντος δὲ, "ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀτέλεστον ἀκούειν, ἤρετο, "εἰ οἶδεν αὐτός· φάσκοντος δὲ, "καὶ 'πῶς ἀτέλεστος ὤν; 2. δεύτερον δὲ, ὅταν τὸ μὲν, φανερὸν ᾖ· τὸ δὲ ἐρωτήσαντι δῆλον ᾖ, ὅτι δώσει· πυθόμενον γὰρ δεῖ τὴν μίαν πρότασιν, μὴ προσερωτᾶν τὸ φανε-

[a] Quod ad Interrogationem autem; *hanc* fieri opportunum eſt, [1] præcipuè quidem, quandò *aduerſarius* alteram *propoſitionis partem, quæ concludi contra illum debet, iam ſponte ſuâ* affirmauerit; ità vt, ſi vnum *aliud* prætereà interrogaueris, *ſtatim* contingat abſurdum: [b] veluti Pericles Lamponem *vatem primùm* interrogauit de ceræmonijs Sacrorum Deæ *Soſpitæ*: Cùm autem reſponderet *is*, "Nefas eſſe *hominem* non-initiatum, '*hæc* audire; *ampliùs* interrogabat, "An ipſe *hæc* noſſet? Aiente *illo*; "At quomodò (*intulit Pericles*) *hæc noſti*, qui non es initiatus? 2. [a] Secundo *loco* autem, quandò *ſententiarum, quæ hîc ſpectantur*, vna quidem, ſit *omnibus* manifeſta, altera verò *ei*, qui *illam* interrogaturus *eſt, aduerſarium* concedere velle perſpicuum ſit: Eum enim qui vnam propoſitionem perconctatus eſt, non oportet *prætereà* interrogare *ſententiam eam, quæ omni-*

a *Interrogationis tempora opportuna* 4 r. *Præcipuum* eſt, *cùm, vnâ parte* contradictionis *ab Aduerſario* iam *pronunciatâ* & conceſsâ, *ſi alteram* tantùm *interrogaueris*, è veſtigio *perducere illũ* poſſis *ad Abſurdum*; i. ad contradictorium eius, quod primùm affirmauerat.

b Exempl. de Pericle, qui Lamponem augurem de Ceræmonijs deæ Seruatricis (ſiuè Cereris, ſiuè Dianæ) interrogabat, &c.

2m Temp. *Cùm contradictionis vna pars, omnibus perſpicua ſit; alteram*, ſi cum *interrogaueris*, *haud dubiè conceſſurus ſit* Aduerſarius: *Ex hâc* enim interrogatâ, *deduces* eum *ad Falſum*, i. ad contradictionem eius, quod omnib' notum eſt.

[c] Exempl. ex Platon. in Apologiâ Socratis; vbi is Melitum accuſatorem interrogauit; *Num Dæmonia eſſent Deorum filij?* Aiente igitur illo, concluſit, *putare aliquem poſſe, deorum filios eſſe, & tamen Deos non eſſe.*

3m Temp. Cùm *aduerſarius duci eò videtur poſſe,* vt *vel contraria dicat,* vel id quod *inopinabile* eſt.

4m, Cùm Aduerſarius facultatē *reſpondendi non* habeat, *niſi per ſpinoſas ſophiſticaſque diſtinctiones,* quas *vulgus* hominum ſemper *ſuſpectas* habent: *Eas* enim cùm *Iudices audiunt,* mente commouentur; vt qui, tanquàm *in ſalebrâ hærentes,* neſciant quid *ſequi,* aut *probare* debeant in *tam ſubtilibus,* minutiſque *argutijs.*

[d] Præcept. *Nullis alijs,* præter iam dicta, *temporibus, interrogationem tentandam: Periculum* n. eſſe, *ne aduerſarius* inſtantiam apertè ferens, *cauſam tuam* in iudicio *eleuet.*

[e] Prolepſ. *Neque* enim eſt, quòd *Inſtantiam* (ſiquam attulit) *aliâ interrogatione aggredi* licere putes: ſiquidem *cumulatas* Interrogationes *auditoris infirmitas haud ferat.*

[f] Responsio, *pro varietate Interrogationum,* (ne te irretiant) *variè formanda:*

1o, Ad *Ambigua (de quib par. 4)* fit, *diſtinguendo prolixè,* non *conciſè.*

2o, Ad *Contraria (de quib.* par. 3. 2. & 1.) danda eſt; interìm *vt Solutione* ſtatìm *præuenias, priuſquàm aduerſarius* propoſitiones *ſequentes interroget,* aut *ex ijſdem concluſionem* inferat.

[g] Sin *Aduerſarius* interrogando *ad concluſionem peruenerit;* eludenda erit *illa* concluſio *allatâ causâ,* vt è laqueo, quo pænè ir-

bus manifeſta *eſt;* ſed ipſam concluſionem afferre: [c] velut Socrates, cùm Melitus *accuſator* obijceret, " [illegible] ſum 'non putare Deos eſſe, quæſiuit ex eo, " An *is* Dæmonium *eſſe* aliquod [illegible]ceret? Confitente *illo,* interrogauit; " An non Dæmones, aut Deorum filij eſſent, aut Diuinum aliquid? Affirmante *illo;* "Eſt igitur, inquit, qui 'Deorum filios arbitratur eſſe, Deos 'autē *non eſſe.* 3. [3] Præterea, quandò *Orator* demonſtraturus eſt *Aduerſariū,* aut contraria dicere, aut *ea* quæ *ſunt* præter opinionē *cōmunem.* 4. [4] Quarto loco, quandò *Aduerſarius* non habet, niſi Sophiſticâ Reſponſione *tuam rationem* diſſoluere: Si enim *Aduerſarius conciſis diſtinctionibus* reſponderit ſic; " *Hoc* partìm eſſe, partìm non *eſſe;* vel, " Partìm *eſſe* hæc, partìm verò illa; vel, " Aliquo quidem modo *eſſe,* aliquo verò non; conturbantur *Auditores, vt, quid ſibi hæc velint,* hæſitantes. 5. [d] Aliàs verò, *niſi vno horum quatuor temporum, interrogationem* aggredi non *oportet:* Nam ſi *aduerſarius interrogationi commodè* inſtantiam ferat, victus videtur *hic, qui interrogauit.* 6. [e] Neque enim *huic licet* multa interrogare, propter infirmitatem Auditoris, *qui plurimas ſimul argutias ſubſequi neſcit.* Quamobrem & Enthymemata quàm maximè cōtrahere oportebit, *ne longitudine audientem fatigent.* ¶ 7. [f] Reſpondere verò oportet, [1] ad Ambigua quidem, *ea* diſtinguendo *prolixiori* oratione, & non *dictione* conciſâ. 8. [2] Ad ea verò, quæ videntur Contraria, Solutionem afferendo *ſtatìm* cum Reſponſione ipſâ, priuſquàm, quod *abſurdi* reliquum *eſt,* interrogauerit, aut Syllogiſmo *id, quod vult,* concluſerit: Non enim difficile *eſt* proſpicere, in quo *manet aduerſarij* ratio, *cui obſiſtere debemus:* Manifeſta autem ſit nobis ex Topicis, etiam hæc proſpectio, atque *argumentorum etiam & obiectionū* Solutiones. 9. [g] Et vnâ concludendo, ſi *Aduerſarij* Interrogatio Concluſionem efficiat, *oportet.*

ῥητὸν, ἀλλὰ τὸ συμπέρασμα εἰπεῖν· οἷον Σωκράτης Μελίτου οὐ φάσκοντος " αὐτὸν θεοὺς νομίζειν, εἴρηκεν, " εἰ δαιμόνιόν τι λέγοι. ὁμολογήσαντος δὲ, ἤρετο, " εἰ οὐχ οἱ δαίμονες, ἤτοι ' θεῶν παῖδες εἶεν, ἢ θεῖόν τι [a]. φήσαντος δὲ, " ἔστιν οὖν ἔφη, ὅστις ' θεῶν μὲν παῖδας οἴεται ' εἶναι, θεοὺς δὲ οὔ. 3. ἔτι, ὅταν μέλλῃ ἢ ἐναντία λέγοντα δείξειν, ἢ παράδοξον· 4. τέταρτον δὲ, ὅταν μὴ ἐνῇ, ἀλλ' ἢ σοφιστικῶς, ἀποκρινάμενον λῦσαι· ἐὰν γὰρ οὕτως ἀποκρίνηται, " ὅτι ἔστι μὲν, ἔστι δ' οὔ· ἢ, " τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ· ἢ, " πῇ μὲν, πῇ δ' οὔ· θορυβοῦσιν ὡς ἀποροῦντες· 5. ἄλλως δὲ, μὴ ἐγχειρεῖν· ἐὰν γὰρ ἐνστῇ, κεκρατῆσθαι δοκεῖ· 6. οὐ γὰρ οἷόν τε πολλὰ ἐρωτᾶν, διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ ἀκροατοῦ. διὸ καὶ τὰ ἐνθυμήματα, ὅτι μάλιστα συστρέφειν δεῖ. ¶ 7. Ἀποκρίνασθαι δὲ δεῖ, πρὸς μὲν τὰ ἀμφίβολα, διαιροῦντα λόγῳ, καὶ μὴ συντόμως· 8. πρὸς δὲ τὰ δοκοῦντα ἐναντία, τὴν λύσιν φέροντα εὐθὺς τῇ ἀποκρίσει, πρὶν ἐπερωτῆσαι τὸ ἑπιὸν, ἢ συλλογίσασθαι· οὐ γὰρ χαλεπὸν προορᾶν ἐν τίνι ὁ λόγος. φανερὸν δ' ἡμῖν ἔστω ἐκ τῶν τοπικῶν [b] καὶ τοῦτο, καὶ αἱ λύσεις· 9. καὶ συμπεραινομένου, ἐὰν ἐρώτημα ποιῇ τὸ συμπέρασμα, τὴν αἰτί-

αν

[a] Conian. lib. 2. ca. 24. p. 19.

[b] Conian. Top. 8.

ἂν εἰπεῖν· οἷον Σοφοκλῆς ἐρωτώμενος ὑπὸ Πεισάνδρου, " εἰ ἔδοξεν αὐτῷ ὥσπερ καὶ ‘τοῖς ἄλλοις προβούλοις, ‘καταστῆσαι τοὺς τετρακοσίους, ἔφη, τί δέ, οὐ ‘πονηρά σοι ταῦτα ἐδόκει ‘εἶναι; ἔφη, " οὐκοῦν σὺ ‘ταῦτα ἔπραξας τὰ πονηρά; ναὶ ἔφη· οὐ γὰρ ἦν ‘ἄλλα βελτίω. καὶ ὡς ὁ Λάκων εὐθυνόμενος τῆς ἐφορείας, ἐρωτώμενος " εἰ ‘δοκοῦσιν αὐτῷ δικαίως ἀ‘πολωλέναι ἅτεροι, ἔφη· ὁ δέ, " οὐκοῦν σὺ τού‘τοις ταὐτὰ ἔθου· καὶ ὃς ἔφη· " οὐκοῦν δικαίως ἂν ἔφη καὶ σὺ ἀπόλοιο· οὐ δῆ‘τα ἔφη· οἱ μὲν γὰρ χρή‘ματα λαβόντες, ταῦτα ‘ἔπραξαν· ἐγὼ δέ, οὔ ‘ἀλλὰ γνώμῃ· 10. διὸ οὔτε ἐπερωτᾶν δεῖ μετὰ τὸ συμπέρασμα, οὔτε τὸ συμπέρασμα ἐπερωτᾶν [c], ἐὰν μὴ τὸ πολὺ περιῇ τοῦ ἀληθοῦς. ¶ 11. Περὶ δὲ τῶν γελοίων, ἐπειδή τινα δοκεῖ χρῆσιν ἔχειν ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ δεῖν ‘ἔφη Γοργίας, τὴν μὲν σπου‘δὴν διαφθείρειν τῶν ἐναντίων ‘γέλωτι, τὸν δὲ γέλωτα σπου‘δῇ, ὀρθῶς λέγων, εἴρηται πόσα εἴδη γελοίων ἐστὶν ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς· 12. ὧν τὸ μέν, ἁρμόττει ἐλευθέρῳ· τὸ δέ, οὔ. ὅπως οὖν τὸ ἁρμόττον αὐτῷ, λήψεται· 13. ἔστι δ’ ἡ εἰρωνεία τῆς βωμολοχίας ἐλευθεριώτερον· ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἕνεκα ποιεῖ τὸ γελοῖον [d]· ὁ δὲ βωμολόχος, ἑτέρου.

[c] Coniun. 8. Top. c. 2. p. 10.

[d] Coniun. 4. Ethic. ca. 14.

ſubitò rei cauſam adijcere: [g] veluti Sophocles interrogatꝰ à Piſandro, " An ‘ viſum eſſet ipſi, vt & alijs Senatori‘bus, de conſtituendis quadringentis ‘ *Tyrannis*? Affirmauit: Quid verò, ‘ *inquit Piſander*? Nonnè praua hæc ‘tibi videbantur eſſe? Affirmauit: " Nonnè igitur tu commiſiſti mala ‘hæc? ſanè affirmauit: Non n. erant ‘alia *his* meliora. [a] Et, vt Lacon *quidam*, cùm poſceretur *ratio* Ephoratus *à ſe geſti*, interrogatus *à quodam*, " An ‘ ipſi, iuſto *ſupplicio* periſſe viderentur ‘ *Ephori* alij, *ipſius collegæ*? Affirmauit: ‘ Ille verò, " Nonnè igitur tu hæc *in*‘*iuſta* cum illis decreuiſti? Et is affir‘mauit: " Nonnè igitur iuſtè, inquit, ‘& tu peribis? Minimè, inquit; Illi ‘enim, cùm pecunias accepiſſent, ‘hæc egerunt: Ego verò, nequaquàm, ‘ſed ex *animi* ſententiâ. 10. [h] Quamobrem neque *ampliùs* interrogare oportet poſt concluſionem *prolatam*, [i] neque concluſionem *ipſam* interrogare, niſi adhuc multum veritatis *in diſceptatione* ſuperſit. ¶ 11. [k] De Ridiculis autem (Quoniam aliquem *ea* videntur vſum habere in Contentionibus: Et Gorgias *Leontinus* dicebat " Seria dicta, contrariorum riſu *& io*‘*cis* diſcutienda eſſe, riſum verò ſerijs; *id* rectè monens:) [l] dictum eſt in lib. de Poetica; [1] *nempè*, Quot ſint Ridiculorũ genera: 12. [2] Quorum vnum quidem, conuenit *homini* libero; alterum verò, nequaquàm: [m] *Qui* igitur *dicit*, quatenùs ipſi *Ridiculum* conueniens *ſit*, aſſumere *debebit*. 13. [n] Eſt autem *Diſſimulatio*, *quæ &* Ironia, liberalior, quàm Scurrilitas, *quæ βωμολοχία dicitur*. Ille enim *diſſimulator*, ſui gratiâ, *vt ſe oblectet*, fingit Ridiculum; Scurra verò, alterius, *vt riſum* moueat.

retitus es, te integrum expedias. *Exempla*: 1m, *Sophoclis viri* Politici & *principis*, qui vnus è 400. tyrannis fuit;

2m, *Spartiatæ* cuiuſdam, *qui Ephorus* fuiſſet, rerumque in eo magiſtratu rationẽ reddebat.

[h] Ex hâc Reg[a] *Præcept. bimembre. Ne Interroges poſt Concluſionem*:

[i] *Neuè* ipſam *Concluſionem Interroges*; præterquàm cùm *cauſa aperta*, adeóque *firma* ſit, vt labefactari nequeat.

[k] De Ridicvlis & Iocis: Quoniàm illa *valent in Contentionibus*; idque tunc, *cùm ijs vtendũ* eſſe *præcepit Gorgias*.

[l] Propterea, [1] *Quot ſint eorum genera*, petijſſes ex 2o Poëtic. libro, niſi is iniuriâ temporum perijſſet.

2 *Qualia vſurpanda*, patet *Diſtinctione*: Cùm enim non *omnes ioci eandem perſonam*, ſed *alij* ingenuum hominem *magis* deceant; *alij minùs*:

[m] Videndum, vt ſibi *conuenientibus ſe exornet quiſque*.

[n] Ex iocis autem, quæ minùs decent, *Diſſimulatio ſcurrilitati* præponenda eſt: Illa enim voluptatem ſuperbè captat *ex inſcitiâ alterius*: Hæc *voluptati alienæ* turpiter *inſeruit*.

De Epilogo ſeu Peroratione. Cap. XIX.

[a] PEroratio verò componitur ex quatuor *partibus*; Tùm ex eo, vt *Orator* [1] Auditorem erga ſe benè *affectum* comparet, & in Aduerſarium malè; [2] Tùm ex eo, vt amplificet & deprimat; [3] Tùm ex eo, vt ad affectus, quos velit, Auditorem impellat; [4] Tùm ex memoriæ Renouatione. 2. [1] Naturâ enim comparatum eſt, vt Orator, poſtquàm *in Fide* demonſtrauerit, ſe quidem vera, aduerſarium autem, falſa *dicere*; ità *demùm ſuas partes* laudet, atque *aduerſarium* vituperet, & *antedicta* quaſi expoliat. 3. [b] Ex duobus autem alterum eſt *oratori* ſpectandum *ſemper*, vt demonſtret, vel "Quòd *ipſe* his (*auditoribus*) ſit bonus *atque vtilis*, vel "Quòd ſimplicitèr *& in vniuerſum vir bonus*: [c] De illo verò (*Aduerſario,*) *ſimilitèr*, *vel* "Quòd ſit his malus, vel quòd ſimplicitèr. [d] Iam verò ea, ex quibus tales comparare oporteat, *i.* loci & *formæ*, expoſiti ſunt; Vndè *ſc. ſumptis rationibus*, *oratorem* oportet efficere *homines* bonos & malos. 4. [2] Deinceps autem, cùm res *anteà* demonſtratæ fuerint, ſecundum ordinem naturæ *id ſequitur*, vt *eas* Amplifices vel Extenues: [e] Oportet enim, ea quæ facta ſunt, *priùs* confeſſa eſſe, ſi *orator ipſorum* magnitudinem explicare volet: [f] Etenim *&* corporum *naturalium* incrementum, eſt ex ijs *ſubſtantijs*, quæ priùs extiterunt. [g] Vndè verò oporteat augere & extenuare, expoſiti ſuperiùs ſunt loci. 5. [3] Poſthæc autem cùm perſpicua ſint, & qualia, & quanta *agantur in cauſa*; *Sequitur tùm quidem*, vt ad Affectus auditorem ducas: Sunt autem hi, Miſericordia & Indignatio; & Ira & Odium; & Inuidia & Æmulatio, & Contentio. [h] Dicti verò etiam ſunt horum loci

Ὁ δ' ἐπίλογος σύγκειται ἐκ τεττάρων, ἔκ τε τοῦ πρὸς ἑαυτὸν κατασκευάζειν εὖ τὸν ἀκροατὴν, καὶ τὸν ἐναντίον φαύλως· καὶ ἐκ τοῦ αὐξῆσαι, καὶ ταπεινῶσαι· καὶ ἐκ τοῦ εἰς τὰ πάθη τὸν ἀκροατὴν καταστῆσαι· καὶ ἐξ ἀναμνήσεως· 2. πέφυκε γὰρ μετὰ τὸ ἀποδεῖξαι, αὐτὸν μὲν, ἀληθῆ· τὸν δὲ ἐναντίον, ψευδῆ· οὕτω τὸ ἐπαινεῖν, καὶ ψέγειν, καὶ ἐπιχαλκεύειν· 3. δυοῖν δὲ θατέρου δεῖ στοχάζεσθαι, ἢ "ὅτι τούτοις ἀγαθὸς, ἢ "ὅτι ἁπλῶς· ὁ δ', "ὅτι κακὸς τούτοις, ἢ "ὅτι ἁπλῶς. ἐξ ὧν δὲ δὴ τοιούτους κατασκευάζειν δεῖ, εἴρηνται οἱ τόποι, πόθεν σπουδαίους δεῖ κατασκευάζειν καὶ φαύλους· 4. τὸ δὲ μετὰ τοῦτο δεδειγμένον ἤδη, αὔξειν ἐστὶ κατὰ φύσιν, ἢ ταπεινοῦν· δεῖ γὰρ τὰ πεπραγμένα ὁμολογεῖσθαι, εἰ μέλλει τὸ ποσὸν ἐρεῖν· καὶ γὰρ ἡ τῶν σωμάτων αὔξησις, ἐκ προϋπαρχόντων ἐστίν. ὅθεν δὲ δεῖ αὔξειν καὶ ταπεινοῦν, ἔκκεινται οἱ τόποι πρότερον· 5. μετὰ δὲ ταῦτα δήλων ὄντων καὶ οἷα καὶ ἡλίκα, εἰς τὰ πάθη ἄγειν τὸν ἀκροατήν. ταῦτα δ' ἐστὶν, ἔλεος, καὶ δείνωσις, καὶ ὀργὴ, καὶ μῖσος, καὶ φθόνος, καὶ ζῆλος, καὶ ἔρις. εἴρηνται δὲ καὶ τούτων οἱ τόποι πρότερον·

a *Perorationis munera* 4[r], cum ordinem ſeruant,
1°, Vt ſit *Beneuolentia Auditoris*:
2°, *Amplificatio Dictorum*:
3°, *Animorum Commotio*:
4°, *Enumeratio probatorum*.
1[m] Enim, naturæ ductu, FIDEM *ſequitur* BENEVOLENTIA: Cùm enim *ſuas res firmâris, aduerſarij refelleris*; tempus erit, vt *teipſum commendes, aduerſarium inſimules* apud eos qui audiunt.

b *Commendes te*] vt *bonum illis*, atque vtilem:
Aut vt *abſolutè bonum*.

c *Inſimules aduerſar.*] vt *malum his*:
Vel vt *omninò malum*.

d *Locos formaſque ad hanc rem deſtinatas*, pete ex lib. 1. c. 9.

2 Deinceps eſt, vt *res* ſuperiùs *in Confirmatione demonſtratas Amplifices* vel *extenues*:

e Res enim *illas* iam *certas indubiaſq;* eſſe par eſt, ſi *rectè de earũ Amplitudine* diſputare vis.

f Prob. à Simili: Neque enim *in corporibus naturalibus Auctio vlla* fit, niſi & *id cui aliud adponendum* eſt, & *id quod adiungi debet*, priùs maneat.

g *Formas Amplific.* petas ex lib. 1 cap. 7. &c.

3 *Poſt demonſtrationes* atque *amplificationes*, ordo poſtulat, vt *excitentur Affectus*, accommodati cauſæ.

h *Form. Affect.* repetend. ex lib. 2.

πρότερον· 6. ὥστε λοιπὸν, ἀναμνῆσαι τὰ προειρημένα. τοῦτο δὲ ἁρμόττει ποιεῖν οὕτως, ὥσπερ φασὶν ἐν τοῖς προοιμίοις, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες· ἵνα γὰρ εὐμαθὲς ᾖ, κελεύουσι πολλάκις εἰπεῖν. ἐκεῖ μὲν οὖν δεῖ τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν, ἵνα μὴ λανθάνῃ περὶ οὗ ἡ κρίσις· ἐνταῦθα δὲ δι' ὧν δέδεικται κεφαλαιωδῶς· 7. ἀρχὴ δὲ, "διότι ἃ ὑπέσχετο ἀπέ-'δωκεν· 8. ὥστε ἅ, τε, καὶ δι' ὅ, λεκτέον· 9. λέγεται δὲ ἐξ ἀντιπαραβολῆς [a] τοῦ ἐναντίου. παραβάλλειν δὲ, ἢ ὅσα περὶ τὸ αὐτὸ ἄμφω εἶπον· 10. ἢ μὴ κατ' ἀντικρύ. "ἀλλ' οὗτος μὲν 'τάδε περὶ τούτου· ἐγὼ δὲ, 'τάδε, καὶ διὰ ταῦτα· 11. ἢ ἐξ εἰρωνείας· οἷον, "οὗτος γὰρ τάδ' εἶπεν, ἐ-'γὼ δὲ τάδε. καὶ, "τί 'ἂν ἐποίει, εἰ τάδε ἔ-'δειξεν, ἀλλὰ μὴ τάδε· 12. ἢ ἐξ ἐρωτήσεως· "τί οὐ δέδεικται· ἢ οὕτως· "τί ἔδειξεν; 13. ἢ δὴ οὕτως, ἢ ἐκ παραβολῆς· ἢ κατὰ φύσιν, ὡς ἐλέχθη, οὕτω, τὰ αὑτοῦ· καὶ πάλιν, ἐὰν βούλῃ, χωρὶς τὰ τοῦ ἐναντίου λόγου· 14. τελευτῇ δὲ τῆς λέξεως ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος, ἀλλὰ μὴ λόγος ᾖ· "εἴρηκα, ἀ-'κηκόατε, ἔχετε, κρί-'νατε.

[a] *Coniun. ſupr c 13 p.7. & lib. 1. c.9. p. 51.*

ſuperiùs. 6. [4] Quare reliquum *eſt poſtremo loco*, vt *Orator ea*, quæ antè dicta *ſunt*, in Memoriam-reuocet: [i] Id autem conuenit ità facere, quemadmodùm *quidam magiſtri faciundum eſſe* aiunt in Prooemijs; non rectè præcipientes: Quò enim benè percipiantur *ea, quæ dicenda ſunt*, iubent *eadem* ſæpè dicere. [k] Ac ibi quidem, (*in Prooemijs*,) oportet rem *auditori* exponere, vt ne lateat, de Quo iudicatio *inſtituitur*; [l] Hìc verò (*in Peroratione*,) *oportet argumentorum* capita, per quæ demonſtratū fuit, reponere. 7. [m] Initium autem *Repetitionis ſit*; [1] "Quòd 'ipſe iam ea, quæ pollicitus erat, *Au-*'*ditori* perſoluit. 8. [2] Quare *breuitèr debet* tùm Quæ *fuerint illa*, tùm Quarum rationum vi, *illa confecerit*, oſtendere. 9. [n] Ducuntur verò, *quæ repetuntur*, [1] ex Aduersâ-Collatione aduerſarij: Conferre autem oportet, vel *è regione*, ea quæcunque ambo *Litigatores* de eâdem re dixerunt; [o] vel non è regione: *veluti*, "At iſte qui-'dem, de hac re hæc *argumenta attu-*'*lit*; Ergo verò, res *huiuſmodi*, & ob 'rationes has. 11. [p] Vel ex Diſſimulatione; velut, "Iſte enim illas *ratio-*'*nes* dixit; Ego verò, has: Et, "Quid 'feciſſet, ſi illas res oſtendiſſet, non au-'tem has? [q] vel ex Interrogatione, "Quid non *à me* oſtenſum'eſt? vel ſic; "Quid *tot â Oratione* confirmauit *ad-*'*uerſarius*? 13. [2] Aut igitur ſic, ſeu ex Collatione, *repetenda illa ſunt*; aut ſecundùm naturæ *ordinem*, *oratorem argumenta oportebit* ſua eodem pacto *repetere*, quo *in oratione* dicta ſunt; Et rursùs, ſi velit, contrariæ orationis argumenta ſeorsìm *ponere*. 14. [3] Finis verò *Enumerationis* conueniens eſt *eiuſmodi* locutio, quæ *Membris* Diſſoluta *eſt*; [r] vt non Oratio ſit, ſed Peroratio: *Velut*, "Dixi; Audiſtis, Habetis, Iudicate.

4 Reſtat, vt *antè expoſitorum redintegretur Memoria*:

[i] Quod commodiſſimè fiet *per Repetitiones & Diſſoluta*: quæ *veteres* inſcitè *præceperunt adhibenda* eſſe *in Prooemijs* (quò res tota faciliùs poſſet percipi.)

[k] Verùm (vt ſcientior ſis) *In Prooemijs, res* ideò *euoluitur*, ne *incertus* maneas, *de Quo Iudiciū facere* oporteat:

[l] *In Epilogis* autem, *argumenta* ſingula *repetenda*, *ſummatim* ſc. eorumque *capitib. tantùm explicatis*.

[m] *Repetitionis* autem *partes tres*, *hoc* prodeunt *ordine*: 1° eſt *Aditus ipſe*: "Fidem ſe auditoribus ſoluiſſe, &c. Dein, *Repetitio breuis*: quâ, *Quæ attulerit*, & *Quib° argumentis*, exponat:

[n] Fit autem illa 2r: 1°, Per *Collationem rationum*, idque vel *è regione*, vt quaſi pede collato *committas tua cum argumentis aduerſarij*.

[o] Vel *non è regione, ſed ſeorsìm*: Atque ita collatio Alia *Simplex & nuda* eſt.

[p] Alia *Figurata*: eaque Aut *per Ironiam*, & *Contemptum* quendam.

[q] Aut *per Interrogationem*.

2°, Per *Coordinationem abſque Collatione*: ità vt *ordine*, quem expoſueris, *nihil mutato*, *primùm* rationes *tuas proprias*; *ſubindè ſeorsìm* (ſi tibi commodum) *aduerſarij contrarias* recites.

3 Poſtremò, *Finis Enumerationis* id poſtulat *Elocutionis genus*, quod *Diſſolutum* dicitur.

[r] [*Quò Paranomaſia alludit illa*] Non vt *Oratio* ſit ſc. copulis nexa; ſed *Peroratio*, i. Orationem complectens clauſula.

FINIS.

Tabula generalis ſeu ἀνακεφαλαιώσεως Librorum trium.

Rhetoricæ partes tres:

1ª pars, *de Fide*: vbi [*Præmiſſis* quibuſdā de Rhetoricâ, c. 1°; & *definitâ ipſâ*, ac *diuiſâ Fide in* ſuas *ſpecies*, ca. 2°;] pertractat *Fidem Enthymematicam*,

- Tùm *Propriā generum* orationis. Præmiſſo itaquè, [*genera* illa *eſſe* 3ª: eorumq; *Fidem Propriam*, aliā eſſe de *quæſtionib. ſingulorum generū Proprijs*; aliam de *quæſtionibus ipſorum Communibus*, ca. 3°:] Exponit

Lib. 1.

  - 1 *Fidē de Proprijs quæſtionib⁹* ſingulorum *generum*: ſc.
    - *Deliberatiui*: [An ſit *vtile*:] à cap. 4 ad 8.
    - *Demonſtratiui*: [An *honeſtum*:] Cap. 9
    - *Iudicialis*: [An *iuſtum*:] à cap. 10. ad 15.
  - De Fide Artis-experte.] Cap. 16.

Lib. 2.

  - Ad Fidē Propriam de quæſtionibus Proprijs pertinet, Tùm
    - *Morata Fides*, quæ mores *dicentis* exprimit:] Cap. 1.
    - *Affecta Fides*, quæ affectus *audientium* commouet:] à cap. 2. ad 13.
  - Iuxtaq; *Mores* etiā *audientium* ſpectandi; qui conſequuntur illorum
    - Affectus animi:
    - Habitus morales:
    - Ætates varias:] à cap. 14. ad 16.
    - Fortunas:] à cap. 17. ad 19.
  - 2 *Fidem de quæſtionibus trium generum Communibus*: vt, An *poſſibile* ſit; An *factum*, &c.] Cap. 20.

- Tùm *Communem*: ſiuè ea communitèr ſit *de quæſtionibus ſingulorum generum Proprijs* vel Communibus; ſiuè *de quæſtionibus quarumcunque rerum Indefinitis*:] à cap. 21. ad finē libri.

Lib. 3.

2ª pars, *de Elocutione* & *Actione*: vbi [præmiſsâ hiſtoriâ vtriuſque,] proponit dicendū eſſe de Elocutione Oratoriâ: cap. 1. Ac

- 1, *De ipſius Conſtitutione*, tùm
  - 1 *Quid ſit*, & *ex Quibus* nominibus conſtet:] à cap. 2. ad 4.
  - 2 *Quæ ſint* eius *Ideæ*, *ſeu formæ*:] à cap. 5. ad 9.
- De Vrbanitate Elocutionis, ſeu Facetijs:] Cap. 10. & 11.
- 2, De *ipſius Differentijs*, ſeu *ſpecialibus modis*:] Cap. 12.

3ª pars, *de Diſpoſitione partium* orationis: Ac

- 1 Quòd *partes* ad ſummum ſint 4r: *Proœmium*, *Propoſitio*, *Fides*, & *Peroratio*:] Cap. 13.
- 2 De *Conſtitutione ſingularum partium*: &
  - 1 De *Proœmio*:] Cap. 14.
  - Iuxtaque de *Criminatione*:] Cap. 15.
  - 2 De *Propoſitione*, ſeu *Narratione*:] Cap. 16.
  - 3 De *Fide*:] Cap. 17.
  - Iuxtaque de *Contentione*:] Cap. 18.
  - 4 De *Epilogo*:] Cap. 19.

LOCI AVCTORVM
Veterum in hoc Opere ab *Ariſtotele* citati.

A

AGathonis. pag.138.169
Æſionis. 206
Æſopi in fabulis. 141
De Samio. 142
Alcæi. 46
Alcidamantis in Meſſeniacâ. 70
Eiuſd. 152.157.185.187
Anaxandridæ. 205.211.214
Androclis Pitthei. 162
Androtionis in Hydrica. 187
Antimachi. 192
Antiphontis in Meleagr. 91.& 161
Eiuſdem. 110
Antiſthenis. 188
Archilochi. 234
Archytæ. 208
[*Ariſtippi dictum in Platon.* 157
Ariſtophanis in Babylonijs. 184
Autoclis. 157

B

[*Biantis dictum.* 129. 147
[*Bryſonis opinio.* 183

C

[*Callippi factum.* 68
[*Callippi ars.* 158. 161
Calliſtrati. 74
Carcini in Medeâ. 163
Oedipode. 230
Cephiſodoti. 205.206
Chæremonis. 164.214
Chilonis dictum. 128. 147
Chœrili. 219
[*Cononis ſententia.* 164
[*Coracis Rhetoris ars.* 169
Cydiæ. 110

D

Demadis in Demoſthenem. 168
Democratis Chij. 200
Democratis. 188
[*Demoſthenis dictum.* 188
Diogenis Cynici. 206
[*Diomedonis Publicani dictũ.* 153
Dionyſij χαλκοῦ. 182

E

Empedoclis. 70
Epicharmi. 39.127.202
[*Epigramma Deliac.* 30
[*Eubuli.* 78
Eueni. 57
Euripid. 58
In Oreſte. 61. 63. 184
In Medea. 144 145. 158
In Sthenobœa. 144

Ii 2 In

In Hecuba. 144
In Troadibus. 145. 164. 234
In Hippolyto. 149
In Heraclidis. 149
Iphigeniâ in Aulide. 168. 208
in Tauris. 192. 222
In Telepho. 182
In Meleagro. 199
In Oedipode. 220
In Oeneo. 228
Ad ſyracuſios. 109
Contra Hygiænontem. 225
[*Euthydemi ars.* 166

F

[*Fabula Libyca.* 141

G

Gorgiæ. 178. 185. 186. 187. 195. 233
In Olympic. 219
In laudat. Eleenſium. 223
[*Glauco Teius.* 176

H

Heracliti Epheſ. 191
Herodici medici. 164
Heroditi in Clio. 198. & 149
In Euterpe. 227
149
Heſiodi lib. 1°. 98. 122
Homeri, Iliad.
lib. 1°. 220. 31. 88. 89
2. 31. 77. 89. 184. 215
4. 208
9. 38. 89. 202. 213
11. 128. 208
12. 146
13. 208, bis
15. 208
18. 58. 87. 146
20. 187
21. 208
23. 59
24. 95

Odyſſeæ
lib. 1°. 220
4. 209. 231
9. 95
10. 222
11. 208
13. 203
14. 222
15. 58
19. 229
22. 39
24. 228. 62
Ex Hymnis Apollinis. 197
Deorum. 164

I

Iaſonis Theſſali. 68
Iphicratis. 39. 48. 155. 156. 159. 182. 205. 206. 224
Iſocratis de Euagora. 49. 158
In Panegyric. 50. 149. 195. 200. & 201. 207. 219. 233
De Euthyno. 138
In Apolog. Socratis. 155
De Helena. 158. 219. 233
De Pace. 204. 233
Ad Philippum. 206. 207. 209. 210. 234
In Antidoſi. 234
Ad Archidamum. 235
De Diuiſione partium. 217
De Narratione. 217
[*Indiciũ Locrenſe.* 40

L

Leodamantis. 35. 163
Leptinis. 205
Lycimnij Sophiſtæ. 183. 214. 218
Lycoleonis. 206
Lycophronis. 184. & 185
Lyſiæ de Athenienſib. 160
In Epitaphio. 206

Mæroclis.

M

Mæroclis. 205

O

[*Olympionicæ dictum.* 39.& 48
[*Oraculum de Crœſo.* 190

P

[*Pamphiliars.* 161
[*Periandri vox.* 77
Ex Peparethiâ. 156
Periclis in Epitaph. 39.& 205
In Samios, &c. 188
Eiuſd. 205
In Lamponem. 235
Phaylli. 228
Philocratis. 94
Pindari. 36.166
Pitholai. 205
[*Pittaci vox.* 127
Platonis in Menexemo. 47.222
In Philebo. 58
In Archibium. 78
Lib.de Rep. 5.6.& 10. 188
8. 150
In Sympoſ. 167
In Phædro. 169.195
In Timæo. 207
In Protagora. Ibid.
In Cratylo. 222
In Apolog.Socratis. 236
Polycratis Sophiſt. 166.167
Polyeucti Sphettij. 106
Protagoræ. 170.190

S

Sapphûs. 46.157
Simonidis de Corinthijs. 32
In Archedicen. 48
De diuitib. 233
In mulas. 184
Solonis. 77
[*Socraticæ ſimilitudines.* 141
Sophoclis in Antigonâ. 69.76.164
222.229.230.234
In Συνδείπν. 168
In Oedipode. 120
Eiuſd. 199.224
[*Sophoclis viri Politici vox.* 74.& 237
Staſini Poetæ. 78.146

T

Theodamantis. 188
Theodectis in Alcmæone. 153
De Socrate. 158.160
In lege. 160
In Aiace. 161.163.226
In Oreſte. 167
[*Theodori Rhetoris quædam.* 164
209.218
Theodori in Niconem. 210
Theognidis Poëtæ. 192
Thraſymachi &c. 177.197
Thucydidis. 78.149

X

Xenophanis. 81
Contra Theogeniam. 160
De Leucotheâ. 163
Xenophontis. 47.158

Præter hos quàm plurimi alij citantur incertorum Auctorum loci.

His adde etiam prouerbia nonnulla. pag.31.62.66.67.78. 106.108.146.159.212.

Deo TriVni Gloria.

Errata grauiora Typothetæ corrige, cæteris veniam da.

In Textu Latino.

PAg 47.num.29.lege *magnificum.*
68.num.14.lege *Callippus.*
97.num.37.lege *peccatorum.*

In Annotationibus.

PAg.49.num.18. lege *Sententiæ.*
57.num.11. lege *Eueni.*
77.num.17.lege *ſuperſedendum.*
80.num.27.lege *ipſa.*

tie of obiects, vntill the parched earth reflecting …
me heate, enforced vs to houſe our ſelues in an Inne ſome fifteene miles diſtant
om *Rome*: vnto which we rid in the coole of the euening. Hauing ſtayed here
ure dayes (as long as I durſt) ſecured by the faith and care of Maſter *Nicolas*
Fitz-Herbert, who accompanied me in the ſurueying of all the antiquities
and glories of that City, I departed to *Siena*; and hauing ſeene *Flo-*
rence, *Bolonia*, and *Ferrara*, imbarqued on the *Po*, and ſo
returned vnto *Venice*.

Finis lib. 4.

a Chriſtian Poet ſcoffingly :

Sum Deus, aduenio fugiens: præbere latebras,
Occultare ſenem, nati feritate tyranni
Deiectum ſolio: placet hic fugitiuus & exul
Vt lateam, genti atque loco Latium dabo nomen. *Prudent.*

Hither, a God, I flie. The aged hide,
Depriu'd of rule by ſonnes outragious pride.
Here let me lurke exil'd; and to your fame,
The land I'le Latium, people Latines name.

But rather ſo called, for that no Country of *Italy* lies ſo broad and open view, as doth this betweene the ſea and the mountaines. We croſſed the *Formiæ*; in the bottome whereof now ſtandeth a Caſtle, with a towne callec where erſt *Formiæ* built by the *Laconians* ſtood; the recreation and deligh *Romanes*, as appeareth by many notable ruines. A little aboue, *Cicero* had ſlaine by *Herennius*, as his ſeruants bore him from thence towards the ſea ter: whom he had formerly defended, when accuſed for the murther of his Of *Formiæ* I cannot chooſe but inſert this (though long) commendation c *tial*, ſince it alſo toucheth the places ſpoken, and to be ſpoken of :

O temperatæ dulce Formiæ littus,
Vos, cum ſeueri fugit oppidum Martis,
Et inquietas feſſus exuit curas,
Apollinaris omnibus locis præfert.
Non ille ſanctæ dulce Tybur vxoris,
Nec Tuſculanos Algidoſque receſſus,
Præneſte nec ſic, Antiumve miratur,
Non blanda Circe Dardaniſve Caieta
Deſiderantur, nec Marica, nec Liris,
Nec in lucrina lota Salmacis vena.
Hic ſumma leni ſtringitur Thetis vento:
Nec languet æquor: viua ſed quies ponti,
Pictam Phaſelon adiuuante fert aura,
Sicut puellæ non amantis æſtatem
Mulla ſalubre purpura venit frigus:
Nec ſeta longo quærit in mari prædam,
Sed à cubiculo, lectuloq; iactam,
Spectatus alte lineam trahit piſcis.
Si quando Nereus ſentit Æoli regnum,

O temperate Formiæ, ô ſweete ſhore!
Set by Apollinar before
All ſeates; when tierd with graue affaires,
At once he quits both Rome and Cares.
Thy chaſte wiues Tybur, Tuſculum,
The pleaſant vacant Algidum,
Præneſte, Antium, leſſe priz'd are:
Dardan Caieta, Circe faire,
Marica, Lyris, Salmacis
In Lucrine bath'd, not lik't like this.
Here milde winds breathe on Thetis face,
Not dull, but liuely ſmooth; quicke pace
The actiue aire to ſwolne ſales lends:
Such, Ladies, when faint heate offends,
(So coole) with purple plumes do raiſe,
Nor for finn'd prey the line farre ſtraies;
But fiſh it tug, from window hie
Throwne; whom cleere waues betray to th'eie.
When Æolus rage Nereus feeles,

ɔ to cure the colicke,ſaith
ɔathe in Sinueſſan Bath:
r thou,who when thou goeſt to do
:eds,Paula,tell'ſt thy husband true.

Dicet & hiſtericam ſe forſitan altera Mœcha
In Sinueſſano velle ſedare lacu.
Quanto tu melius,&c. *Mart.l.11.ep.8.*

d, the riuer *Liris* hath his waters diſſeaſoned with the Sea: who
ı from the *Apennine*, and giueth a limit to the Weſt of *Campania*:
ın vmpire of many bloudy conflicts, and oft inſidious to the tra-
us reports that he left his courſe (as that of *Vulturnus*) and ranne
ıntaine, at ſuch time as *Ariſtodemus* was tyrant of *Cuma*. There
at the mouth of the riuer bearing this inſcription:

e ſpoild by Saracens, that paſt
g riuer: to reſiſt like waſte,
that heroicke Prince did raiſe
which ſtill renownes the builders praiſe.

Hanc quondam terram vaſtauit gens Agarena
Scandens hunc fluuium: fieri ne poſtea poſſit,
Princeps hanc turrim Pandulphus condidit Heros,
Vt ſit ſtructori decus, & memorabile nomen.

of Pope *Iohn* the eight. The lobſtars of this riuer are commended
ereof when *Apicius* had taſted (who liued in the daies of *Tiberius*)
bſtance, and deuoted wholly to luxury and his belly; he ſeated
urnum (a City which ſtood a little vp the ſtreame) that he might
nore liberally feed on them. And hauing heard that farre greater
ı the coaſts of *Africa*, he failed thither of purpoſe to make proofe.
ıerwiſe, (for the *African* fiſhermen fore-knowing of his com-
:t a ſhip-boord, had preſented him with the greateſt) without ſo
ſhore, hee returned into *Italy*. This was that *Apicius* that wrote
of cookery: whoſe luxury and end are expreſſed in this Epigram:

and pounds vpon his belly ſpent
ft fiue hundred, to preuent
l thirſt (a feare that neare thee went.)
hat, thou didſt in poiſon put:
icius, the great greedy-gut.

Dederis Apici bis tricenties ventri,
Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum.
Hoc tu grauatus, ne famem & ſitim ferres,
Summa venenum potione duxiſti.
Nil eſt Apici, tibi guloſius factum.
Mar.l.3.Ep.22.

f this riuer, thus ſpeakes the ſame Author: